





ANNALES TYPOGRAPHICI

AB ANNO M. D. XXXVI.

AD

ANNUM M. D. LVII.

CONTINUATI:

CUM APPENDICE.

Operâ

MICH. MAITTAIRE A. M.

TOMI TERTII

PARS POSTERIOR.



HAGÆ-COMITUM.

Apud { FRATRES VAILLANT, ET NICOLAUM PREVOST.

M. D. CCXXV.





ANNALES TYPOGRAPHICI.

REdeo jam ad enarrationem, quam dedit operum suorum Conradus GESNERUS, Catalogo librorum (ab ann. 1537.) interveniente abruptam; eámque ipsius GESNERI verbis continuabo.

„ Veterum aliquot Theologorum Græcorum Orthodoxorum libri „ Græci, & iidem Latinitate donati è regione: quorum plerique par„ tim Latinè, partim Græcè antehac non sunt editi; nostrâ plerique „ curâ excusi, Tiguri apud Andream patruelem anno 1552. in fol. „ chartis 104. Sunt autem hi; Canones Apostolorum, & veterum „ tredecim Conciliorum decreta, à *Clemente Romano*, ut quidam pu„ tant, versi & collecti; *Ignatii* Epistolæ 12. *Joanne Brunero* Tigurino „ interprete; *Athenagoræ* pro Christianis Apologia ex nostrâ interpreta„ tione cum annotationibus nostris; Ejusdem de mortuorum resurrec„ tione liber, *Petro Nannio* interprete, cum *Henrici Stephani* typographi „ doctissimi (qui hos duos *Athenagoræ* libellos seorsim (*a*) prius excu„ dit Genevæ) in Græcum simul contextum & *Nannii* versionem an„ notationibus; *Æneæ Gazæi Theophrastus*, *Joanne Wolphio* Ecclesiæ Ti„ gurinæ ministro interprete; *Cydonii* de morte contemnendâ oratio, „ *Raphaele Seilero* I. C. Augustano interprete; *Hermiæ* irrisio gentilium „ Philosophorum, eodem interprete; Expositio capitum admonitorio„ rum *Agapeti Diaconi*, innominato interprete. Ex his ego suppedita„ vi *Æneæ Gazæi* Theophrastum ex nobili Bibliothecâ Augustanæ Reip. „ nactus; & *Ignatii* Epistolas, quas Lutetiæ paulò antè Græcè (*b*) ex„ cusas ignorabam. In *Hieronymi Tragi* de stirpibus Commentarios Ar„ gentinæ excusos apud *Ribelium* anno 1552 præfationem adjeci in „ gratiam typographi, quæ continet Catalogum rei herbariæ scripto„ rum, chartis 3. De thermis & fontibus Helvetiæ & Germaniæ li„ bri

(*a*) Hos libellos excudit Henricus Stephanus (nullo autem urbis nomine addito) in 8. anno M. D. LVII. Quo etiam eodem anno data est Gesneri ad Bullingerum Epistola Athenagoræ, quam edidit, versioni præmissa. Itaque hæc Theologorum Græcorum editio Gesneriana non prodiit anno 1552. (quod procul dubio mendum est typographicum, neque tamen corrigitur in Bibliothecâ Gesneri per Simler. ann. 1574.) sed anno 1559. uti habetur in Clariss. Fabricii Bibliothec. Græc. Lib. V. cap. 1. pag. 87.

(*b*) Apud Guil: Morelium 1558. in 8.

„ bri duo excusi Venetiis in officinâ Juntarum anno 1553. in fol. char-
„ tis 5. cum quadrante, cum permultis aliorum libris, qui thermas Ita-
„ liæ descripserunt. Tabulæ collectionum, quibus per singulos anni
„ menses, quæ stirpes in singulis per Germaniam flores fructûsque ut
„ plurimum proferant, ordine recensetur, Argentinæ à *Ribelio* impres-
„ sæ 1553. in 8. Chartis quinque cum quadrante, cum *Davidis Kyberi*,
„ summi amici mei, rei herbariæ lexico; quod dum sub prelo esset,
„ vir doctissimus peste sublatus obiit, eodem anno, mense Januario;
„ mihi verò jam morti proximus, quæ excudenda supererant, ut ante
„ prelum inspicerem ac emendarem, commendari voluit: itaque &
„ præfationem in illum librum, & in authoris mortem idyllium lugu-
„ bre Græcum condidi. Icones animalium quadrupedum viviparorum
„ & oviparorum, quæ primo & secundo historiæ animalium libris à
„ nobis describuntur, cum nomenclaturis singulorum Latinis, Italicis,
„ Gallicis & Germanicis; Tiguri apud *Froschoverum* 1553. in fol. char-
„ tis 32. Historiæ quadrupedum oviparorum liber, id est secundus
„ de animalibus, cum appendice ad quadrupedes viviparas; ibid. anno
„ 1554. in fol. chartis 37. Historiæ avium liber, qui est tertius de a-
„ nimalibus, cum figuris, ex eâdem officinâ anno 1555. chartis 204.
„ Icones avium omnium, quæ in nostrâ avium historiâ describuntur,
„ cum nomenclaturis, ibidem evulgatæ, anno 1555. in fol. chartis
„ 33 & rursus anno 1560. auctæ atque recognitæ; chartis 37. De
„ Medicinæ Chirurgicæ præstantia & antiquitate scriptum nostrum, &
„ enumerationem alphabeticam illustrium Chirurgorum, GESNERI
„ fratres duo (patrueles mei) Tiguri publicarunt, chartis 7. & dimi-
„ diâ ferè, in volumine satis magno. De raris & admirandis herbis,
„ quæ Lunariæ nominantur, Commentariolus; & obiter de aliis etiam
„ rebus, quæ in tenebris lucent. Descriptio montis fracti sive Pilati
„ vulgò dicti juxta Lucernam in Helvetia; apud patrueles meos Tigu-
„ ri anno 1555. in 4. unà cum *Ioan. du Chaoul* G. F. Lugdunensis de-
„ scriptione Pilati montis in Galliâ, & *Ioan. Rhellicani* idyllio, quo
„ Stocchorum montem altissimum, in Bernensium Helvetiorum agro,
„ versibus heroicis describit: chartæ omnium sunt 12. cum dimidiâ.
„ Epitome Bibliothecæ nostræ tomi primi, à *Conrado Lycosthene* Rubea-
„ quensi edita primùm Basileæ; per *Iosiam Simlerum* Tigurinum reco-
„ gnita & aucta, excusa Tiguri apud *Froschoverum* in fol. 1555. char-
„ tis 105. *Roberti Constantini* Galli Nomenclatorem, scriptorum in-
„ signium (qui velut Epitome brevissima utilissimáque Bibliothecæ
„ nostræ est) *Andreas Wechelus* Parisiis excudit 1555. in 8. chartis 12.
„ (a) *Mithridates*, sive de differentiis linguarum, tum veterum, tum
„ quæ

(a) Hunc Librum Gesnerus Joanni Balæo Anglo, Episcopo Ossoriensi in Hiber-
niâ

„ quae hodie apud diversas nationes in toto orbe terrarum in usu sunt ob-
„ servationes; typis *Froschoveri* 1555. in 8. chartis 10. cum tabulâ,
„ quae orationem Dominicam in plurimis linguis scriptam proponit.
„ Libelli tres medicinales; unus de sanitate tuendâ, alter contra luxum
„ conviviorum, tertius contra notas Astrologicas ephemeridum de se-
„ candis venis; sesqui chartâ à patruelibus impressi 1556. in 8. *Cl.*
„ *Æliani Praenestini* Pontificis & Sophistae, qui Romae sub Antonino
„ Pio vixit, Meliglossus aut Meliphthongus cognominatus, mo-
„ numenta, quae extant, omnia Graecè Latinéque (*a*) è regione curâ
„ & operâ nostrâ in lucem edita. Sunt autem haec: De animalium
„ historiâ lib. 17. ex *Petri Gillii* Galli & nostrâ interpretatione, ad
„ Graecos codices Manuscriptos recogniti, & tertiâ ferè parte ex iis-
„ dem per nos aucti, Graecè quidem priùs antehac non excusi; Variae
„ historiae lib. 14. *Justo Vulteio* Wetterano interprete, nunc etiam re-
„ cogniti; De militaribus ordinibus instituendis more Graecorum lib.
„ 1. à *Fr. Robortello* Utinensi in Latinum Sermonem versus, & ab
„ eodem picturis quamplurimis illustratus, nunc denuo emendatior;
„ Epistolae rusticanae, *Sebastiano Guldebeckio* Tigurino interprete; omnia
„ Tiguri apud patrueles meos anno 1556. in fol. chartis 176. De pi-
„ scibus & aquatilibus omnibus libelli tres; 1. Halieutic. Ovidii emen-
„ datum & scholiis illustratum; 2. Aquatilium enumeratio juxta Pli-
„ nium, emendata & explicata serie literarum; 3. Eorundem nomen-
„ clator Germanicus; & alia quaedam ad piscium historiam pertinentia,
„ apud Andream Gesnerum F. Tiguri, 1556. in 8. chartis 18. De
„ stirpium aliquot nominibus vetustis ac novis &c. chartae tres excusae
„ Basileae apud *Nic. Episcopium* F. 1557. in 8. *M. Antonini* de seipso
„ seu vitâ suâ libros 12. una cum *Marini* Neapolitani (*b*) libro de Pro-
„ cli

niâ nuncupavit Epistolâ, *Tiguri*, *Calendis Augusti*, *M. D. LV.* datâ in quâ haec; ——— *Bibliotheca nostra auctarium non mediocre per te accessit: & qua polyglottum hunc Mithridatem nostrum ornarem, veteris Britannicae linguae specimen, quod orationem Dominicam interpretatur, nobis à te missum est.* ——— *Deo ingentes gratiae debentur, quòd, ut religionem synceram nostris temporibus innotescere, ac variis illustrari linguis largitus est, ita orationes sacras & Psalmos diversae nationes hodie privatim publicéque in templis, invito Antichristo, suâ quaque vernaculâ linguâ proferre inceperint. Siquidem in nostrâ utcunque angustâ civitate, Latinè, Graecè, Hebraicè, Germanicè, Italicè, Gallicè, Anglicè, & aliis quibusdam linguis sacrae literae leguntur, addiscuntur, celebrantur.* ——— *Hoc maximè peto, ut siqua alia Britannici regni lingua est (nam & Hiberniae & Monae insulis suas esse audio) de illis quoque specimen aliquod, praesertim in oratione Dominicâ, maturè ad nos transmittas.*

(*a*) In hujus libri praefatione interpretes Graecorum librorum & typographos admonet, ut Latinis interpretationibus Graeca conjungant. Lege Chevillier. Orig. de l'Imprim. de Paris. pag. 237. 238.

(*b*) Hunc auctiorem & integrum edidit cum versione & notis (anno 1703. Londini in 8. ad Calcem Bibliothec. Latin.) vir de re literariâ perquam optimè meritus Jo. Albertus Fabricius.

„ cli vitâ & felicitate, Græcos è Bibliothecâ principis *Othonis Henrici*, „ cùm *Michael Toxites* nobis communicâsset, describendos curavi, & „ ad archetypum contuli, & patrueli *Andreæ* cudendos dedi, unà cum „ translationibus Latinis, in Antonini libros *Gul. Xylandri* Augustani, „ in Marini *Proclum* amici cujusdam nostri juvenis eruditi, qui præ „ modestiâ nomen suum exprimi noluit; 1558. in 8. chartis 30. Hi„ storiæ animalium liber quartus, de piscibus & aquatilibus, cum ico„ nibus; *Gul. Rondeletii* quoque & *Pet. Bellonii* de aquatilium singulis „ scripta; Tiguri à Froschovero 1558. in fol chartis 335. Hannonis „ navigatio è Græco Sermone in Latinum conversa, adjectis etiam „ scholiis; sesqui chartâ, Tiguri apud *Andream Gesnerum* F. 1559. in „ 8. cum *Joan. Leonis Africani* descriptionis Africæ libris novem. *Xe„ nocratis* de alimento & aquatilibus libellus Græcus nostrâ operâ edi„ tus, idémque Latinus ex nostrâ interpretatione, cum scholiis; char„ tæ sunt 4. cum dimidiâ procusæ Tiguri apud *Andream* patruelem in „ 8. unà cum *Jani Dubravii* Olmucensis Episcopi, de piscinis & piscium, „ qui in eis aluntur, naturis, libris quinque Icones animalium aqua„ tilium in mari & dulcibus aquis degentium, plusquam DCC. cum „ nomenclaturis singulorum Latinis, Græcis, Italicis, Hispanicis, „ Gallicis aliísque interdum. &c. *Froschoverus* cudebat Tiguri 1560. in „ fol. chartis 101.

„ *Valerii Cordi* Simesusii annotat. in Discorid. & ejusd. historia stir„ pium, sylva &c. & de hortis Germaniæ liber à me tum recèns con„ scriptus; apud typographum Argentinensem *Josiam Ribelium* 1562. „ in fol. chartis 303. Hortorum Germaniæ privatim chartæ sunt 32. „ Prolegomena in opera *Galeni* Latina, quæ hôc anno 1562. Basileæ „ prodierunt; chartæ 16. cum quadrante in magno folio. *Cassii* Iatro„ sophistæ quæstiones 48. ex nostrâ interpretatione Latinâ; eædem „ Græcè longè, quàm antehac, castigatiores, cum scholiis nostris &c. „ impress. à *Iacobo Gesnero* Tiguri 1562. in 8. chartis 9. cum dimidiâ. „ *Santis Ardoyni* Pisaurensis Medici libri octo, & *Ferdinandi Ponzetti* „ Cardinalis tres, de venenis; excusi Basileæ apud *Henricum Petri & P.* „ *Pernam* anno 1562. in fol. Utriusque authoris codicem ante annos „ 40. aut ampliùs retro excusum typographis ego suppeditavi, cum in „ nullis ampliùs Bibliopoliis prostarent. [*Libros duos proximè sequentes Conradus Gesnerus, suo nomine celato, publicavit.*] „ Thesaurus *Euony„ mi Philiatri* de remediis secretis liber Physicus, Medicus, & partim „ etiam Chymicus & Oeconomicus in vinorum diversi saporis apparatu „ &c. impressus Tiguri apud *Andream Gesnerum* F. in 8. chartis 39. „ anno (a) 1548. Secunda ejus editio prodiit anno 1558. adjectis qui„ busdam

(a) Sic habet Hottingeri Bibliotheca Tigurina edita 1664. & Bibliotheca Gesner: per

„ busdam instrumentorum figuris. Hunc librum cùm in gratiam *Andreæ Gesneri* patruelis mei, novi tum typographi, immaturum ederem, nomen meum addere nolui. Historia & interpretatio prodigii, „ quo cœlum ardere visum est per plurimas Germaniæ regiones ineunte „ anno 1561. die tertio à Natali Dominico, déque aliis quibusdam „ prodigiis veteribus ac novis; chartæ sunt tres impressæ apud nos eodem anno in 8. *Con. Belovesi* authoris nomine: meum enim nomen „ non ponere placebat, ne quis sutorem ultra crepidam mihi objiceret. „ Dictionarium Germanico-Latinum, nostrâ adhortatione, copiosissimum *Iosua Pictorius* noster confecit, excusum Tiguri à *Froschovero* „ in 8. 1561. cum nostrâ præfatione &c. *Aristotelis* libellum de virtutibus à me translatum passim *Stobæi* collectaneis Græcè & Latinè „ inserui; sicut & *Theophrasti* characteres, Græco contextu & *Politiani* „ translatione, quoad ejus potui, emendatis. His (*a*) ultimus, hôc „ tempore, annumeretur præsens hic de scriptis, tum propriis, tum aliorum à me editis.

[*Ita Gesnerus de scriptis suis editis; de nondum editis, ita idem ille*]

„ —— Nuper doctissimo typographorum *Henrico Stephano*, (*b*) Xenophontis de Venatione libellum ab *Omnibono Leoniceno* minimè bene „ conversum in ejus gratiam ut emendarem, roganti obsecundare vo- „ lui: & spero translationem illam cum scholiis fortè nostris, inter cætera Xenophontis opera Latina ex ejus officina propediem apparituram, unà cum nostris emendationibus Græci contextûs. —— *Ioannes Moibanus* Augustanus Medicus nuper fato suo fungens amicis „ mandavit, ut conversionem suam & annotationes in Euporistωn (*c*) „ Diosco-

per Jos. Simler. 1574. Puto tamen reponi oportere 1548. Nam secunda editio dicitur prodiisse anno 1558. & præterea Andreas Gesnerus non erat *novus typographus* anno 1558. cum anno 1552. excuderit Theologorum aliquot libros curâ Conradi Gesneri.

(*a*) *Conradus Gesnerus* peste obiit anno 1565. 13. Decemb. ætatis suæ 49. Vide Hottinger. Bibliothec. Tigurin. pag. 99. Nescio, quo primùm anno hic de ipsius scriptis libellus prodierit. In Bibliothecâ Telleriana (pag. 548.) hujus editionem reperio authoris morte posteriorem : *Vita Conr. Gesneri Tigur. Philosophi & Medici à Josiâ Simlero; item Epistola Gesneri de libris à se editis* &c. *Tiguri*, *Froschover*. 1566. 4. Lege etiam Bibliothec. Gesner. per Simler. 1574. sub voce *Josias Simlerus*.

(*b*) Henr. Stephanus in suâ ad Joach. Camerarium Epistolâ Xenophontis operibus Latinis præfixâ harum, quas Gesnerus promiserat, annotationum meminit, séque aliquando unà cum suis conjuncturum pollicitus est. Fidem tamen suam quòd nunquam (nisi fallor) liberaverit, ipsine an Gesnero imputandum sit, ignoro.

(*c*) *Fabric. Bibliothec. Græc. lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 95. & Bibliothec. Gesner. per Simler. sub voce [Conr. Gesner.] in Corollar. Libri duo περὶ εὐπορίστων in editionibus antiquioribus omissi, separatim primum è MS. Augustano in lucem editi sunt apud Iosiam Rihelium Argentorati 1556. 8. Chartis 61. cum versione Ioan. Moibani, & cùm hic operi immortuus esset, *Conradi Gesneri*, qui & notas addidit,

„ Dioſcoridis libros duos, nuſquam antehac editos, imperfectos ad me „ mitterent, quos ego propter amicitiam, quæ nobis viventibus interceſſit ipſius nomine perficerem ederémque &c. (*a*) Oppiani de aucupio librorum paraphraſin, quam Venetiis olim mihi deſcribendam „ curavi, Græcam Latinitate donavi, & noſtræ animalium hiſtoriæ „ paſſim inſerui, editurus etiam ſeorſim, ſi occaſio fuerit &c. (*b*) *Procopii Gazæi* in Octoteuchum Commentarios Græcos ex eadem Bibliothecâ nactus ante annos aliquot tranſcribendos curavi, & *Con. Clauſero* convertendos dedi, ubi primùm typographus contigerit, Græcè „ etiam editurus. (*c*) De canibus *Ioannis Caii* Angli Medici & Philoſophi ſummi libellus, cum noſtris quibuſdam additionibus, vel „ per ſe, vel cum alio quopiam ad animalia pertinente libro edendus, „ apud me aſſervatur &c.

CAIUS Anglus & GESNERUS Helvetius, viri ſuæ quisque gentis & eruditione & induſtriâ præſtantiſſimi, ſummâ familiaritate conjungebantur: ad quam artis ejuſdem profeſſio eorúmque ſtudiorum ratio acceſſerat. Uterque (*d*) GALENI exemplo ductus de libris propriis tractatum poſteris reliquit. Quod ſi ab optimis omnibus quibusque authoribus factum fuiſſet, ſummo ſanè beneficio literariam rempublicam demereri potuiſſent.

GESNERI tractatum modò Lectori expoſui; neque par eſt me præterire, quæ de eâdem materiâ CAIUS diſſeruit; qui primùm

GESNERI

didit, & Galeni aliorùmque *συμφωνίας*. Ian. Anton. Saracenus in ſuâ Dioſcoridis *περὶ εὐπορίστων*. editione(1598. fol.) Moibani & Geſneri verſionem & notas memorat.

(*a*) *Conr. Rittershuſius* in ſuo procemio Oppiani editioni (Lugd. Bat. 1597. 8. præfixo ſcribit Oppianum de avibus duos libros compoſuiſſe, quos adhuc in Italiæ *βιβλιοταφίοις ἀνεκδότως* latere aiunt; *Conradúmque Geſnerum*, virum incredibili diligentiâ, tantum paraphraſin illius operis Græcam nanciſci potuiſſe.

(*b*) Bibliothec. Geſner. per Simler. ſub voce *Procopius Gazæus.* „ Græcè extant „ in Bibliothecâ Auguſtanâ, & Latinè „ editi ſunt Tiguri apud Geſneros fratres anno 1555. in fol.

(*c*) Caii de Canibus Britannicis libellus, & de rariorum animalium atque ſtirpium hiſtoriâ alter, & de libris propriis tertius, non antè excuſi primùm prodierunt *Londini per Gulielmum Sereſium typographum* 1570. *in* 12. Duo priores ad Geſnerum *ſcripti ſunt ante mortem Geſneri, etſi non antè publicati. Scripſimus* (inquit Caius) *de canibus quadam ad te ſeorſum; qua in libro tuo de iconibus animalium ordine ſecundo manſuetorum quadrupedum, ubi de canibus Scoticis ſcribis; & in fine Epiſtola tua ad Gulielmum Turnerum de libris à te editis, inter libros nondum excuſos, te editurum polliceris. Sed quia de canibus noſtris quadam in eo libello mihi videbantur deſiderari, editionem prohibui, & alium promiſi. Quamobrem, ut promiſſis meis ſtarem* &c. [Et in fine] *Quanquam forſan omni ex parte non ſatisfecerim tibi in edendo cui in deſideriis omnis feſtinatio in morâ eſſe videatur, quòd inhibuerim editionem rudioris illius libelli, quem ad te tanquam ad privatum amicum, non ad editionem publicam ante annos quinque dederim; tamen in hâc ſpero me ſatisfeciſſe tibi, quòd mora fecit aliquanto meliorem, & δεύτεραι φροντίδες lectu commodiorem.*

(*d*) Galenus ſcripſit *περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων* ad Baſſum.

GESNERI suasu, *paucis* (ut ait) *admodum & jejunè* scripsit; postea autem THOMÆ HATCHERI hortatu librum contexuit: *in quo* (Hatcherum affatur) , *quando nulla ejus Catalogi , quem ad Gesnerum scripsi , copia mihi superest , quum ad te darem , priora omnia repetam & retexam ; quæque ab illis temporibus , quibus illa ad Gesnerum scripsi , commentatus sum , addam atque assuam. Adjungam præterea occasiones atque tempora scribendi , personarum atque rerum circumstantias , & quibus locis sint excusa , quæ edidimus. Exprimam & nomina librorum , quos scripsimus , traduximus , aut emendavimus , & argumenta magnâ ex parte omnia : obitérque ex occasione mentionem faciemus de controversiis anatomicorum ; de morte clarissimi viri Conradi Gesneri ; de Bibliothecis Italiæ ; déque pronunciatione Græcæ & Latinæ linguæ ex Græcorum , Italorum , Germanorúmque sententiâ & usu. Eum librum de libris propriis ad te inscribimus , quòd ipse ejus scribendi & edendi author extitisti.*

Optandum profectò fuerit, ut JOANNIS CAII de suis popularibus tam bene , cùm scribendo tum faciendo , meriti vita , & opera omnia tam edita , quæ non ubivis occurrunt, quàm inedita , undecunque corrogari possint , in unum tanquam corpus compacta , luci publicæ communi eruditorum usui redonarentur. Interim dum vir aliquis, artis, quam CAIUS dignè exercuit, stylíque , quo mirè in scribendo excelluit, & eruditionis, quâ variâ replebatur, magister, opus adeò laudabile tantumque profuturum aggrediatur ; ex illius de libris propriis dissertatione visum est ea, quæ ad rem maximè librariam meorumque Annalium institutum pertinent , huc transcribere.

„ JOANNES CAIUS, *anno* 1510. [*nam sexagesimum agebat ; cùm* „ *hunc librum scriberet:* (*vid. fol.* 28.) *scil. ann.* 1570.] *natus*, cùm „ annum agens alterum & vicesimum , adhuc Cantabrigiæ studeret „ (*fol* 1. 2.) convertit quædam de Græcis in Latinam , quædam de „ Latina in vulgarem linguam : *scil* Nicephori Callisti Zanthopuli „ Græci libellum , quemadmodum quis orando etiam confiteatur ; „ item Chrysostomi de modo orandi Deum libellum : Erasmi etiam „ de verâ Theologiâ librum (cœpit enim per ea tempora nova de „ religione persuasio in Anglia pullulare) , & paraphrasim in E- „ pistolam sancti Judæ. Hæc juvenis scripsit, Post annos sex „ *fol.* 2. 3.) moriebatur Norwici anno 1537. 29. Septemb. annos „ natus 25. menses 7. dies 6. Gulielmus Frammigamus , ejus conci- „ vis, eisdem scholis Nordovici, quibus ille , ab ineunte ætate doc- „ tus; in aula Pembrokiana Cantabrigæ educatus, in Collegium Re- „ ginale collega ascitus, gradu artium magister, quem alii artium doc- „ torem nominant. Is moriens *Caio* commendavit octo libros , quos „ per ætatem scripserat: duos soluta oratione, de continentia; tertium „ versu hexametro & pentametro, de consolatione ad Æmilianum cæ-

„ cum

» cum, quo se consolatur adversus infirmitatem oculorum, quam ex
» immodico studio Cantabrigiæ contraxerat; quartum heroico carmi-
» ne, in quo divi Laurentii martyrium describit; quintum versu item
» heroico de incendio Sodomorum; sextum, Idololatriam vocatum, car-
» mine choriambico gliconio in eos, qui numinis honorem ad idola
» transtulerunt; septimum, Ἀρετὴν nominatum, de virtutis vi &
» potestate; octavum Epigrammatum, vario argumento atque carmi-
» ne scriptum. In hos omnes libros Caius juvenis scripsit Commen-
» tarios: sed hi Commentarii & illi libri, postquam in Italiam pro-
» fectus est, apud eos periere, apud quos in Anglia reliquerat. An-
» no tamen 1570. Mense Aprili, in mensa Matthæi Cantuariensis
» Archiepiscopi, cùm de libris illis sermo esset, Edmundus Roffensis
» Episcopus apud se in Bibliotheca sua superesse, eósque impressos,
» quantum memoria suppetabat, asseruit. Instituit etiam *Caius* suæ
» civitatis Nordovicensis in Britanniâ orientali historiam. Anno 1542.
» *fol.* 4. 5.) libros de medendi methodo ex sententiâ Galeni & Jo.
» Baptistæ Montani (sui in Medicina præceptoris) duos exercitii cau-
» sa juvenis adhuc in Italia lusit; per Hier. Frob. & Nicol. Episcop.
» Romana litera Basileæ anno 1544. mense Maio excusos. Eodem
» tempore (*fol.* 6. 7.) conscripsit Commentarios in Galeni libros no-
» vem περὶ ἐγχειρήσεων ἀνατομικῶν, & duos περὶ μυῶν κινήσεως, ab ipso
» in Italia castigatos ad vetustum quendam librum, cujus ei copiam fe-
» cerat Lazarus Bonamicus per ea tempora humaniorum literarum
» Græcè & Latinæ Linguæ Patavii Professor publicus. Illi libro ac-
» cesserunt ad castigationem notæ quædam Græcæ paucæ, ex vetusto
» libro Græco apud Juntas, per Augustinum Gadaldinum hominem
» commodum & literatum & præli Juntani præfectum, transumptæ,
» atque ad Andream Vesalium (qui eadem communíque domo cum
» Caio usus est Patavii. nempe *casa de gli valli*, seu ut Patavini lo-
» quuntur, *cavalle*, *appresso al ponte della paglia*, ad octo menses, quo
» tempore libros suos de fabrica humani corporis scripsit & depinxit)
» in hoc transmissæ, ut ex eis Galeni libros anatomicos Latinos casti-
» garet Honesta enim æmulatio illis diebus intercessit inter Antonium
» Juntam, Augustinum Richum, & Victorem Trincavellium de cas-
» tigatiori omnium Galeni operum editione Latina. Sed eæ notæ
» erant maxima ex parte falsæ omnes. Invenit aliud exemplar Bessa-
» rionis Græcum in Bibliotheca sancti Marci Venetiis, quod aliquot
» locis juvit. Castigatis novem illis Galeni libris anatomicis, paratís-
» que in eos commentariis, in Angliam revertens, obiter excudendos
» curavit Basileæ apud Hiero. Frob. & Nicol. Episcop. anno 1544.
» unà cum Galeni integris libris περὶ ἀντεμβαλλομένων, & magna parte
» libri septimi de usu partium Græca, & primo περὶ τῶν Ἱπποκράτους

» καὶ

„ καὶ Πλάτωνος δογμάτων Græco cum suâ Latinâ ejusdem interpreta-
„ tione, & libro de comate Græco, & Hippocratis libro περὶ φαρμά-
„ κων Græco, non antè inventis neque excusis. Postquam in Angliam
„ venerit, nactus est aliud exemplar περὶ ἐγχειρήσεων ἀνατομικῶν Joan-
„ nis Clementis Angli, probi viri & singularis Medici; & alterum
„ Thomæ Linacri, hominis præcellentis judicii: ex quibus exempla-
„ ribus multa suis castigatis addidit in aliam editionem, quam unà cum
„ libris Galeni περὶ χρείας μορίων Græcis per se emendatis meditatus est.
„ Thomas Linacrus, inter multa præclara opera, Collegium Medico-
„ rum Londini anno 1520. instituit; cujus Annales (*a*) *Caius* à colle-
„ gio condito scripsit, & ad annum 1565. suæ præsidentiæ ultimum
„ produxit. Præfuit autem annos septem, quousque per ædificatio-
„ nem collegii Cantabrigiæ licuit; quod inchoatum anno 1564. abso-
„ lutum est anno 1569. Annales Collegii Gonevilli Cantabrigiæ
„ ab ipsis primordiis ad annum 1570. & historiam Cantabrigiensis A-
„ cademiæ scripsit. *Annales autem illos* in privatum utriusque collegii
„ usum tantùm scripserat. Magnam (*Caio teste*) anatomicων Galeni
„ partem aliquando apud Antonium quendam vice-comitem fuisse (in
„ Italiâ credit *Caius*) Ambrosius Calepinus in dictione [*Medicina*] confite-
„ tur; eâ videlicet editione, quæ Hagenoæ fuit (*b*) anno 1526. *Caius* suos
„ in Galeni anatomica Commentarios auxit: in quibus (*fol.* 11. (ad-
„ monuit lectorum quorundam Galeni locorum in Anatomicis, quos
„ Vesalius corruperat, cum illi eorum castigandi provinciam (*c*) An-
„ tonius

(*a*) In Oratione, quam anno 1720. die Octobris habuit in Collegii Regal. Medic. Londinens. theatro clariss. vir Joannes Freind M. D. non modò artis, quam profitetur, sed politioris omnigenæ humanitatis peritissimus, leguntur hæc de Caio, pag. 8. *Fuit singulari in hoc domicilium studio atque amore affectus: quod cùm aliàs, tum hinc etiam liquet; quòd; tametsi libros scripsit & multos & eruditos, nullos tamen scripserit vel distinctiùs vel, quod Annalium est longè maximum, candidiùs, quàm quos magni muneris loco nobis reliquit, rerum nostrarum, per lustra ferè quatuor gestarum, Commentarios,* Si lustrum pro quinquennio habeatur, quatuor lustra erunt vicennium. Sed Caius (ut ex ipsius verbis constat) Annales Collegii ab anno 1520. quo institutum est, ad annum 1555. produxit. Quod spatium annorum 45. sive novem lustra complectitur.. Oportet itaque Annales quinque lustrorum aut temporis injuriâ deperiisse, aut adhuc alibi ignotos delitescere.

(*b*) Hanc Calepini editionem vidi quidem; non autem mihi ad manum præsto est, quam consulam. Sed editiones Roberti Stephani 1353. & Caldorianæ societatis 1609. quibus utor, nihil de illo Antonio mihi indicant.

(*c*) De Antonio Juntâ ante dixit, scilicet inter quem, & Augustinum Richum & Victorem Trincavellium magna erat & honesta in edendis Galeni operibus Latinis æmulatio. In Bibliothecâ Gesneri per Simler. celebrantur *Latina Galeni editiones Juntarum Venetiis in fol.* Vide & Fabric. Bibliothec. Græc. lib. 4. cap. 17. pag. 558) & *Victoris Trincavelii ibidem in* 8. *Augustinus Riccus Medicus Lucensis transtulit multos Galeni libros, omnes verò ad antiqua Græca exemplaria contulit, & annotationes adjecit, quæ excusæ Venetiis in* 8. *in officinâ Joannis Farrei.*

„ tonius Junta typographus Venetus commiserat. Cùm *Caius* suam in anatomicis castigandis operam ex eo profuisse deprehendit, quòd honestissimus typographus Gulielmus Rouillius Lugdunensis suos Latinos libros ad illius Græcos castigaverat, & ex illius Commentariis annotationes multas ad verbum penè in suas transfuderat, & anno 1551. Lugduni parvo volumine typis (*a*) excuserat; visum ei fuit etiam Galeni librum τῶν ὑγιεινῶν Græcum castigare, & anno 1549. sinè Commentariis primò in communem usum per Joannem Oporinum edere. Hujus τῶν ὑγιεινῶν castigandi occasio hæc fuit. (*fol.* 12.) Henricus Knolles Anglus à Caio, cùm unà essent Patavii, ut sibi Galeni libros τῶν ὑγιεινῶν Græcos prælegeret, obtinuit. Cui ut castigatiorem librum faceret, omnem diligentiam adhibebat. Sed mendis scatebant omnia. Quocirca *Caius* conquisitis undique exemplaribus manuscriptis non solùm Italicis, sed & Anglicis quoque, cùm reverterat, (ex quibus duo porrexerunt Joannes Clemens & Georgius Owenus clarissimi Medici) studuit emendare diligenter omnia. Perfectos jam tandem libros & ascriptos Commentarios Joanni Oporino Basiliensi typographo imprimendos dedit anno 1563. additis Galeni libris ad Thrasybulum & de parvâ sphærâ Græcis, & eis quoque castigatis; annotationibus etiam adjectis; adjunctòque Galeni libro περὶ χυμῶν, aliquot in locis emendato. Præfixit Epistolam ad Annam Nicolai Bacon magni sigilli Angliæ custodis uxorem Græcè & Latinè doctissimam, sobolem literatissimæ familiæ Cocinæ; cujus familiæ & mares & fœminæ omnes conferri poterant cum laudatissimâ illâ Thomæ Mori familiâ: cujus etiam fecit mentionem, non omissâ recordatione literarum eruditissimæ nuper reginæ Mariæ & præsentis Elisabethæ; clarique Mildredæ Cecilii, Margaretæque Joannis Clementis conjugis, & Gulielmi Roperi uxoris Margaretæ aliarúmque fœminarum illustrium tum suæ memoriæ, tum superiorum temporum in Britanniâ. (*fol.* 13. 14.) Unà cum his suscepit Oporinus ille excudenda Joannis Claymondi eruditissimi viri scholia in omnes Plinii naturalis historiæ libros, præterquam in primos duos, quæ à morte ejus perierunt; quæque Caius impetraverat à præfecto & collegis Collegii Corporis Christi Oxoniæ (cui vivens præfuit (*b*) Claymondus) in gratiam ejusdem Joannis Oporini, qui per multas suas literas â Caio efflagitaverat. Sed nec Caii nec Claymondi libros excudit vir ille, etsi in hoc aut restitutionem Caius non solùm per epistolas suas, sed per amicos etiam, tum alios, tum (*c*)

„ Christo-

(*a*) Antea observavi à verbo *excudo* inflecti perfectum non tantùm *excudi* sed *excusi* (secundùm Charisium, Diomedum, Phocam. Vide Priscian. lib. 10. & Ge. Io. Voss. de Art. Gramm. lib. 5. cap. 26.) imo & *excussi*, quod, quamvìs in sensu verbi *excudo* accipiatur, mallem derivare ab *excutio*.

(*b*) Claymondus obiit ann. M. D. XXXVII. Vide Antiquit. Oxon. p. 232.

(*c*) Orthographiam hujus nominis, quam in impressis codicibus reperio, mutare nolui;

„ Christoferum Montem juris utriusque doctorem & serenissimis
„ Angliæ principibus apud Argentoratenses jamdiu oratorem, &
„ Joannem Gulpinum sæpius sollicitaverat: sive quòd (a) egestas,
„ oberat, sive quòd illud humanum illi inerat, ut quæ non habeas de-
„ sideres; quæ habeas contemnas. Itaque id tunc reverebatur *Caius*,
„ ne eo jam mortuo in discrimen libri venirent, nisi testamenti ejus
„ executores viros esse doctos atque probos intellexisset; quos vehe-
„ menter oravit, ut aut excuderent, aut salvos ad ipsum libros remit-
„ terent. Castigavit libros Galeni de placitis Hippocratis & Platonis
„ omnes, ex occasione à se inventi libri ejus operis primi; omnes de
„ medendi methodo, de simplicium medicamentorum facultatibus
„ omnes, & septendecim περὶ συνθέσεως φαρμάκων libros; etiam de lo-
„ cis affectis, de differentiis febrium, déque purgantium medicamen-
„ torum potestate; ut & libellum, in quo Galenus docet, qui purgan-
„ di sunt, quibus medicamentis, & quo tempore. Librum item de
„ morborum differentiâ castigatiorem fecit, de morborum causis item
„ unum, de differentiâ symptomatum unum, & libros de causis symp-
„ tomatum tres; qui omnes sic Græcè sunt impressi primo Basileæ,
„ si omnes essent ejusdem operis libri sex. Librum de libris Galeni, qui ut
„ non extat, Græcè scripsit. Atque hæc de libris Galeni Græcis e-
„ mendatis. Sequuntur Latinorum libri ab illo quoque castigati. An-
„ no 1543. defunctus publico munere prælegendi Aristotelicam disci-
„ plinam Græcè publico salario illustrium Venetorum, concurrente
„ Realdo Columbo Cremonense, in scholis publicis apud S. Blasium
„ Patavii (nondum enim Artistarum scholæ ad forum boarium ex to-
„ to exstructæ, nec à jurisconsultorum scholis divisæ erant) medita-
„ batur ante reditum in Britanniam, profectionem in omnem Italiam.
„ Cùm igitur eo anno, mense Julio, Patavio Florentiam atque Pisas
„ audiendi causâ Matthæum Curtium suum in Medicinâ præceptorem
„ concessisset, Celsúmque in itinere circumferebat, nactus copiam
„ trium exemplarium manuscriptorum Florentiæ apud Sanctum Lau-
„ rentium in Bibliothecâ publicâ principis Cosmi Medices quæ omni-
„ bus literarum studiosis principis humanitate atque gratiâ patet, dili-
„ gentem navabat operam, ut suis studiis Celsum inoffensum redde-
„ ret;

nolui: quamvis receptior sit *Christophorus* & Græcæ origini ac consuetudini conformior. Altera, scil. *Christoferus*, ad usum Latinum & Anglicanum idioma propiùs accedit.

(a) De egestate, in quam incidit Oporinus, antea dictum est. Huic mortuo, Ludovicus Grempius I. C. Argentinensis reip. advocatus, & Ioannes Sturmius Academiæ ibidem Rector, summam pecuniæ debitæ non exiguam remiserunt. Henricus Petri typographus celebris, quadringentos florenos in usum typographicum Oporino suppeditatos pupillo liberaliter condonavit Lege Melch. Adam. in Vit. Oporin.

„ ret; Latinorum Medicorum primum, sed corruptum, & injuriam
„ temporum atque hominum vitio passum. Cui rei opem ferre cùm
„ studeret, contulit cum Florentinis tribus codicibus (quorum alter
„ vetustissimus, reliqui recentiores erant) Celsum Lugduni excusum
„ anno 1542. (quòd is castigator ei videretur) cum (a) Veneto item
„ & (b) Salingiacensi impressis. *fol.* 15.) Adhibuit alterum Urbina-
„ tem, quem in Bibliothecâ Ducis Urbini (cum libris Galeni de usu
„ partium, Aphor Hipp. & introductione sive Medico) triduanis
„ precibus vix tandem obtinuit: usque adeò difficilis accessus erat in
„ Bibliothecam ejus viri, sive naturâ ingenióque suo, sive quòd paulo
„ antè à typographo, cui librum Galeni περὶ εὐπορίστων integrum com-
„ modaverat, ingratè fuisset habitus. Adhibuit & Lazari Bonamici
„ Oratoris apud Patavinos eloquentissimi alterum, cùm Patavium re-
„ verteretur: utrumque manuscriptum. Quibus non sufficientibus
„ ipsum etiam Hippocratem consuluit: quòd cum ita Celsus imitetur,
„ ut Marcellus Scribonium, Virgilius Homerum, & Oribasius Gale-
„ num; sed tam occultè; ut non facilè deprehendas, nisi in Hippo-
„ crate mùltum sis versatus. Cùm in Britanniam reversus esset, ad
„ alios item diligentiùs per otium contulit; & quæ in Italiâ transcripsit,
„ recognovit omnia. Discordes erant libri sæpissime, & maximè re-
„ center scripti; quòd sæpius fusi ac refusi, librariorum vitio sint cor-
„ rupti. Antiquus ille annorum plùs minus nongentorum integrita-
„ tem majorem retinebat. Ex recentioribus alter Petri Medices erat,
„ à patre Antonio Marii anno 1427. scriptus; alter Angeli Politiani
„ fuit, ut ex ejus subscriptione manu propriâ intelligi poterat, à filio
„ Antonio Marii anno 1453 exaratus. Celso absoluto venit *Caio* in
„ mentem, ut Scribonium quoque corruptissimum, Cornelio coæta-
„ neum (Celsus enim sub Tiberio, Scribonius & sub eodem impera-
„ tore & sub Caligula quoque atque Claudio Cæsare floruit, cujus Me-
„ dicus idem fuit, quíque cum eo in Britanniam transfretavit Lunæ
„ portu solvens) emendaret. Atque ita castigatos & conjunctos Cel-
„ sum & Scribonium, & Commentariis auctos asservavit, si per o-
„ tium licuerit, editurus. (*fol.* 16 17. 18.) Librum unum de peste
„ Ephemera, seu sudore Britannico (morbus anno 1551. in Anglia
„ pullulare cœpit) Roberto Warmyngtono Philosopho & Juriscon-
„ sulto Londinensi alíisque amicis postulantibus scripsit, festinatione
„ potiùs effusum propter morbum præcipitem, & Londini apud Ri-
„ chardum Graftonum typographum regium excusum; quàm curâ di-
„ ligentiùs per maturitatem elaboratum: postea alterum accuratiùs, &
„ propter

(a) Quænam Veneta illa editio fuerit, non indicavit, nam Celsus prodiit Venetiis in fol. 1495. 1497. 1524. 1528. Lege Fabric. Bibliothec. Latin. lib. 2. cap.

(b) Apud Joannem Soterem 1538. in 8. Lege Fabric. Ibid.

" propter magnam accessionem in duos divisum. Istis junxit libros " Galeni Latinos tres ex suâ translatione, postquam Græcos castigâsset: " nempe duos de libris propriis Galeni & ordine librorum eorundem, " tertium de ratione victûs Hippocratis in morbis acutis: non illa com- " mentaria, quæ in Hippocratis librum eâ inscriptione divulgatum " scripsit, sed alterum illum libellum non antè excusum, cujus in libro " de libris suis inter θεραπευτικὰ mentionem fecit. Sed hunc nondum " edidisset, quod Græcum exemplar, quo uno usus est, non ita illi " per omnia satisfecit, etsi in eo castigando (ut & in libro περὶ κώμα- " τος, quem ante annos viginti quinque inter alia Basileæ primus (a) " ediderat) plurimùm insudârit; nisi quòd nollet Medicinæ studiosos " eo aliquâ ex parte emendato tantisper carere, dum adhuc perfectior " per ipsum recudi posset. Verebatur enim, ut si ipse interim morere- " tur, periret liber; eóque consilio brevì etiam Græcè eum se daturum " pollicitus est. Hos *Latinos Galeni libros* Lovanii Italicâ literâ impres- " sit Antonius Maria Bergagne, natione Italus anno 1556. non infœ- " licibus auspiciis eorum, qui in editionibus Latinis omnium Galeni " operum, ultimis jam illis anno 1565. Venetiis excusis, his usi sunt. " Istis libris Caius suos duos de medendi methodo auctos cum indice " locupletissimo adjunxit. Anno 1557. Jo. Oporinus Basileæ excudit " libros Galeni Græcos *à Caio* castigatos; *scil.* περὶ ἑπταμήνων βρεφῶν, " καὶ τὰ χαρακτηρίζοντα τὰ τοῦ Ἱπποκράτους ex Stobæo, quos Thomæ " Wendeo dedit; καὶ τὸ περὶ ὀστῶν τοῖς εἰσαγομένοις (brevibus quidem " scholiis illustratum postea, sed nondum editis) quod correxit Tho- " mæ Maroni Anatomes studioso, qui ad annos penè viginti semper in- " terfuerat *Caii* dissectionibus anatomicis (quas Londini obivit voto " Henrici octavi apud Chirurgos, nam apud Medicos per ea tempora " nullæ erant); & libellum περὶ πτισσάνης Græcum ad vetustum codi- " cem Manuscriptum non solùm castigatum, sed etiam integrum fac- " tum: cùm priùs esset factus lucernâ mutilus, uti Jo. Clemens An- " glus, qui per ea tempora Venetiis apud Aldum agebat, certâ fide " *Caio* retulit; dormitante enim illo, qui Aldino prelo tum præerat, " candela in exemplar cecidit, & combussit. Emendavit (*fol.* 18.— " 25.) *postea Caius* Hippocratis librum περὶ ἀνατομῆς Græcum, valde " dissipatum, sed conjecturâ suâ restitutum. *Optabat*, *ut* viri doctissi- " mi, quos Galeni libros Græcos transtulerunt, sub prelum misissent; " *nempe* Aug. Galdinus familiaris olim suus in Italiâ apud Juntas, li- " bros περὶ μυῶν ἀνατομῆς, περὶ νεύρων ἀνατομῆς, περὶ φωνητικῶν ὀργάνων " ἀνατομῆ, καὶ περὶ τῶν ἰατρικῶς λεγομένων ἐν τῷ Πλάτωνος Τιμαίῳ; Nic. " Machellus, principium Commentarii primi Galeni in librum pri- " mum

(a) Nempe anno 1544. Vide priùs.

„ mum Hippocratis ἐπιδημιῶν; Jo. Bapt. Rasarius, septimum & octa-
„ vum Commentarium Galeni, & dimidium sexti in sextum Hippo-
„ cratis librum ἐπιδημιῶν, & tres Galeni commentarios περὶ χυμῶν. *Caius*
„ proximè scripsit de rariorum animalium atque stirpium historiâ ad
„ Conradum Gesnerum librum unum, & de canibus Britannicis ad
„ eundem item unum: eos unà cum hôc de libris propriis Gulielmus
„ Seresius typographus Londinensis anno 1570. excudit. *Caius suo de*
„ *libris propriis libro* (*fol.* 21. 22. 23. 24) *inseruit eulogium Gesneri*
„ dulcissimi, dum vixit, amici; cujus mors inopinata Idibus Decem-
„ bris 1565. sic ipsius animum afflixit, ut mœrorem ejus bene lon-
„ gum tempus (quod acerbissimis doloribus, etiam in mulierculis,
„ mederi solet) usque adeò non leniverit, ut & paulatim magìs ac
„ magìs cogitatione auxerit. Scripsit *Caius* libellum de Symphoniâ
„ vocum Britannicarum, in quo docuit, quemadmodum cum linguâ
„ Græcâ & Latinâ Britannica consonet. Scripsit, cum collegium suum
„ Cantabrigiæ extrueret, (*a*) Londinensem seu de antiquitate Canta-
„ brigiensis Academiæ libros duos excusos anno 1568. mense Augusto
„ Londini per Henricum Bynneman: historiæ item Cantabrigiensis
„ Academiæ ab urbe conditâ libros duos. *Composuit præterea* libros,
„ de thermis Britannicis unum, de urbibus antiquis unum, de libris
„ Galeni (qui non extant) unum Græcè conscriptum; quos tum non-
„ dum emiserat, propediem se emissurum pollicitus. *Caius* (*fol.* 26.
„ 27. 28.) apparatum sibi fecit & veluti Commentarium in futuram
„ (si fata sinerent) castigationem omnium Galeni operum Græcorum
„ (erant enim corruptissima) partim ex antiquis Italiæ libris, quam, ut
„ mores gentis, urbes, atque Bibliothecas videret, anno 1543. propè per-
„ agraverat. Sed præcipuè ex libris in Bibliothecâ Sancti Joannis &
„ Pauli Venetiis, bonis quidem illis, sed miserè planè habitis &
„ tractatis. Nam rasi multi sunt, & multis in locis, maximè libri de
„ usu partium, sic ut ne vestigia quidem veræ lectionis superfuerint.
„ Ex libris etiam Bibliothecæ Sancti Marci & Sancti Antonii ibidem;
„ Sancti Joannis de Viridario Patavii, quos Bessarion dedit. Ex libris
„ item Bibliothecæ publicæ gentis Mediceæ apud Sanctum Laurentium
„ Florentinæ; ubi inter multos Græcos libros reliquit Dioscoridis περὶ
„ ἐμπειρίας ἰατρικῆς τῶν ἁπλῶν ϗ συνθέτων φαρμάκων librum; Galeni
„ item

(*a*) Titulus hujus libri sic se habet: *De antiquitate Cantabrigiensis Academiæ libri duo; in quorum secundo de Oxoniensis quoque Gymnasii antiquitate disseritur, & Cantabrigiense longè eo antiquius esse definitur; Londinensi authore: adjunximus assertionem antiquitatis Oxoniensis Academiæ, ab Oxoniensi quodam annis jam elapsis duobus* (nempe 1566.) *ad reginam conscriptam, in quâ docere conatur*, Oxoniense *Gymnasium Cantabrigiensi antiquius esse.* Caius in hâc editione suum nomen celavit; sed *hos libros* postea *auxit* (*ut & illos de medendi methodo jam tertiò*) *& denuo typis destinavit. Nostros* (ait) *esse quid attinet occultare, cùm nota rès sit universo populo? etsi diligenter dissimulaverim.*

" item περὶ ὕρων unum; in tertium ἐπιδημιῶν Hippocratis Commentaria ejusdem Galeni; περὶ ἰδίων βιβλίων unum, καὶ περὶ τάξεως αὐτῶν unum; καὶ περὶ συνθέσεως φαρμάκων κατὰ τόπους (uti inscribuntur hodie) πραγματείαν duobus libris comprehensam, ab Angelo Politiano (Leonis Pontificis Romani præceptore) in rusculo suo Fæsulano septimo Calendas Quintiles anno 1497 emptis: ut siquis transcribere eos atque edere cupiat, aut Galeni libros ad eos emendare studeat, indè petat. Potest autem facilè bonâ gratiâ optimi principis Cosmi Medices, in bonarum litterarum studiosos propensissimi. Sunt Fæsulæ urbs Italiæ antiqua: abest Florentiâ sesquimilliario, aut ad summum duobus passuum millibus ad septentrionem in monte posita. Ex libris Bibliothecæ Ducis Urbini quædam selegit *Caius*; quam Federicus Dux Urbinas fabricavit & instruxit; ubi liber est Galeni integer περὶ εὐπορίστων, inter alios raros libros: & Vaticanæ Romæ, pluribus Græcis quàm Latinis refertæ; in quâ vidit Augustinum de Trinitate, Thomam Aquinatem, & Ovidii Metamorphosim Græcè scriptos; & περὶ αἱμάτων Galeni librum; καὶ συναγωγὴν λέξεων παλαιῶν τε καὶ νέων. Ferrariæ in Bibliotheca Sancti Dominici, quam Cælius Calcagninus multis libris instruxerat; & Sanctorum Angelorum, quam Hercules primus Ferrariæ Dux construxerat; & Sancti Marci Sanctæque Mariæ Florentiæ; & Sancti Dominici ac Sancti Salvatoris Bononiæ; pauci boni libri *Caii* tempore erant: at in Senensi Bibliothecâ; quam in Ecclesiâ Cathedrali Pius tertius Romanus Pontifex ædificaverat, prorsus (*a*) nulli. Nec ulli memorabiles in istis jam ultimò commemoratis Bibliothecis libri erant (Græcos manuscriptos magnâ ex parte intelligit, nam eorum præcipua fuit cura), præterquam in Philosophia Plinius manuscriptus, apud Sanctam Mariam Florentiæ; & in Theologia (*b*) Esdras ab ipso Propheta (ut aiunt) conscriptus, apud Sanctum Dominicum Bononiæ. In Academia Pisana beneficio Ducis Cosmi Medices anno 1543. restituta & novis scholis exornata Bibliotheca nulla fuit. Extra Bibliothecas, libros quosdam *Caius* vidit Pisis apud Curtium & Pontremulum; ac Ferrariæ apud Antonium Musam Brasavolam, Nicolaum Bonasciolum, Hippolytum Cananum, & Jo. Baptistam Cananum. Nam & istos viros doctos invisebat propter medicinam: ut & Varinum hominem Latinissimum & Antimachum Græcum, ejus Academiæ humaniorum literarum Professores, propter novam de pronunciatione Græcæ & Latinæ linguæ persuasionem. Quos diligenter usos esse veteri pronunciatione (ut & alios Græcos ex ipsa Græcia oriundos in lectionibus & officiis divinis Venetiis) observabat:

" quem-

(*a*) Id, ut puto, Caius de libris Medicis Galeni intelligit.
(*b*) Lege Annal. Typograph. Tom. 2. p. 99.

„ quemadmodum etiam Patavii Lazarum Bonamicum, Bononiæ A-
„ chillem Boccium & Pompilium Amuseum, & Venetiis Joannem
„ Baptistam Egnatium insignem certè virum. Romæ, quod ascholiæ
„ seu vacationes veteris & novæ sapientiarum erant, *Caius* cùm ibi
„ esset, nullos prælegentes audiebat. Tantùm sibi spectabat ruinas
„ veteris Romæ, & alia spectatu digna monumenta, & Bibliothecam
„ Vaticanam (quæ duabus domibus Græcos cum aliquot Hebraï-
„ cis, tertiâ Latinos libros continebat) perlustrabat. In Germaniâ
„ quoque Melanchthon, Joachimus Camerarius, Sebastianus Munsterus
„ (quibus omnibus usus est familiariter) & Lovanienses quoque om-
„ nes, quos ipse novit & audivit (inter quos erat Hieremias Thriverus
„ Brachelius) veteri pronunciatione usi sunt. Quo modo etiam E-
„ rasmum pronunciâsse & Cantabrigienses nôrunt, apud quos multos
„ annos egit & Levinus, Hieronymúsque Frobenius, quibuscum
„ victitabat, retulerunt, Verùm *Caius* de eâ seorsum multa scripsit in
„ alio libello, cui titulum fecit, De pronunciatione Græcæ & Latinæ
„ linguæ cum scriptione novâ. *Hanc in suo de libris propriis libello* per-
„ sequi decreverat, ex occasione peregrinationis suæ per Italiam, Ger-
„ maniam superiorem & inferiorem, atque Galliam, in quibus usus
„ erat veteris pronunciationis. Verùm cùm institutum esset hìc suos
„ libros enumerare tantum, non integros adscribere, è loco exeruit,
„ & seorsum posuit: atque ad apparatum in futuram castigationem
„ omnium Galeni operum redivit. Quæ ut absoluta & perfecta ante
„ diem suum extremum videret (tunc agens annum sexagesimum, &
„ plus habens senectæ quàm senii) sive operâ suâ sive alienâ, in
„ votis fuit quàm maximè. Quò magìs optavit, ut omnes, quibus
„ Medicinæ studium est, quibus exemplaria Græca sunt antiqua, con-
„ ferant operam in commune ad operis perfectionem in communem
„ omnium usum, liberúmque quisque suum tandem producat in lu-
„ cem. Nam ea studiorum ratio certior potiórque semper illi visa est,
„ quæ ex primis in quavis scientia authoribus, quod discendum sit,
„ eruit, atque idem, ut hac illave lingua scriptum sit, ita quidque pe-
„ tit; tum quòd ex ipso gratius fonte aquæ bibuntur, tum quòd autho-
„ torem usu sibi familiarem facit.

Hactenus duorum medicorum, hujus inter Anglos, illius inter Helvetios, præstantissimorum memoriæ, quàm breviter per materiæ copiam licuit, justa persolvi: in quorum notitiâ dandâ persuasum habeo me non levem gratiam à Medicis iniisse; &, si multa de plurimis bonarum litterarum cultoribus, de editionibus librorum diversis, de codicibus manuscriptis, de Bibliothecis Italiæ celebrioribus, narrationis filo & argumenti ratione ductus, admiscuerim, à proposito tamen Annalium Typographicorum magìs quàm par fuit, nequaquam aberrasse.

Eò

Eò jam revertor, unde me Caii Gesneríque mentio, quam omittere salvo argumento, nec amputare salvo sensu, potui, paulùm ultrà limites his Annalibus à me præstitutos abduxit.

Medio hujus sæculi tempore, cœperunt Parisiis rem typographicam librariamque inter alios multos illustrare Martinus Juvenis, Gulielmus Morelius, Adrianus Turnebus, Jacobus Puteanus, Sebastianus Nivellius, Andreas Wechelus, Henricus Stephanus & Robertus Stephanus *Roberti* filii, Federicus Morellus.

Martinus Juvenis [*le Jeune*] prima suæ artis specimina anno 1549. dedit (*a*) Bibliopola & typographus in Universitate Parisiensi: & in officinâ librariâ spatium temporis (*b*) plusquam tricennale emensus est. Libros ex ejus prelo prodeuntes characterum Hebraïcorum præsertim, & Latinorum, necnon (*c*) etiam Græcorum, venustas commendabat. Suis editionibus subscribere solebat hæc, (*d*) *Apud Martinum Juvenem, sub insigni D. Christophori, è regione Gymnasii Cameracensium.* Vel (*e*) *Apud Martinum Juvenem viâ S. Joannis Lateranensis, ad insigne Serpentis.* Librorum titulus Serpentis Mosaïci signo decorabatur, sive figurâ patibuli cum serpente circumplexo, quod binæ junctim manus sustentabant; hâc aliquando adjectâ (*f*) sententia, (*g*) *Juvenes & virgines, senes cum junioribus, laudate nomen Domini.* Isto serpentis Mosaïci signo usi sunt Conradus etiam *Neobarius*, ac *Jacobus Bogardus*, cujus filiam [(*h*) *Perrette*] *Petronillam Martinus Juvenis* duxerat. (*i*) Fertur *Martinus Roberti Stephani*, post ejus à Parisiensibus ad Genevenses migrationem, typographêum habuisse. Verum id sit, nècne, equidem dubito. *Robertus* certè ante annum 1552. non migravit; & *Martinus* mihi sanè videtur eandem typorum formam in libris ante & post *Roberti* discessum excusis exhibuisse.

(*k*) Gulielmus Morelius Tillianus maximâ cum laude typographiam ab anno 1549. usque ad annum 1564. quo mortuus est, exercuit. In bonarum literarum studiis quàm versatus fuerit, ex ipsius verbis lector accipiet. (*l*) *Ante tres annos, quum illis essem primis lit-*

(*a*) Lege Privilegia ei concessa & libris affixa.
(*b*) Quinquarbor. Institut. Hebr. 1582.
(*c*) Demosth contra Aphob. 1552.
(*d*) Mercer. Tabul Chald. 1550.
(*e*) Sext. Empiric. Latin. 1569 fol.
(*f*) Sext Empiric. 1569. Turneb. Advers. 1580. fol.
(*g*) Ex Psalm. 148. v. 12.
(*h, i,*) Caille. p. 124.

(*k*) Sic se ipse appellat in suo ad Cicer. libros de finibus Commentario apud Joan. Lodoïcum Tiletanum excuso Parisiis 1546. in 4. Alicubi tamen aliam nominis orthographiam reperio per duplicem liquidam, *Morellius*; scil. in editione Cyprian. 1564. Paris fol. Attamen in eâdem, pag. 469. *Morelius.*
(*l*) Lege ejus ad Iacobum Spifamium scholæ Parisiensis cancellarium & in supremo

litterarum & disciplinarum initiis aliquantùm imbutus, nec ea, ut erant rudia & impolita, meo multùm satisfacerent animo, cogitare mecum cœpi, quânam ratione illa possem provehere atque perpolire. Et cùm audito prudentum doctorúmque judicio disciplinarum omnium fontes Græcorum literis atque scriptis intelligerem contineri, diutius in iis mihi ponendam operam studiúmque majus collocandum putavi: non quia Latinis scriptis omne doctrinarum genus tractatum non esset, & illustratum; sed audiebam Græcos omnia multo meliùs, copiosiùs & apertiùs, quàm Latinos, disputâsse; nec id tantùm, verùm Latinorum etiam vel omnia vel quamplurima vix ab eo aut ne vix quidem intelligi, qui progressus in Græcis aliquos non haberet. Itaque tot tantísque hujus cognitionis utilitatibus incitatus, Græca versare cœpi exemplaria tenuiter primùm equidem, non tamen in totum inutiliter: adeóque semel suscepta deserere studia non potui, ut quò longiùs proficiscerer, eò minùs cupiditatem illam coërcere reprimeréque possem. Ergo, ut jam videbar Græcorum institutionibus nonnihil instructior, corrigendis chalcographorum exemplaribus à Joanne Lodoico Tiletano Librario diligentissimo tum demum præficiòr, nactus equidem Spartam, quam ornare pro dignitate ne doctrinâ quidem plus quàm mediocri præditus possit. Operam omnem in eam rem, legendo, describendo, conferendo dum libenter insumo, siquid interea de iis quæ tum occurrebant, animum movebat, id memoriæ commendatum, cum aliis generis ejusdem comparabam, & seorsum nonnunquam, si videbatur, adscriptum mihi reservabam. Ita factum est, ut locos Oratorum, Philosophorum & Poëtarum non paucos antè mihi non satìs cognitos intellexerim: quod me potissimùm consecutum sentiebam, quando vel cum Latinis Græca, (a) vel contrà hæc cum illis conjungebam. Ea verò non aliò referebam omnia quàm ut aut emendandis pro meo officio quæ prodeunt ex illius officinâ, exemplaribus valerent, aut meis privatim studiis juvandis inservirent. Nam unde mihi venisset in mentem, hæc minutula nec in eam unquam rem congesta foras dare, quæ ne mihi quidem plerumque sinè fastidio sese ob oculos offerre poterant? Ea nactus aliquando Lodoicus ille laudat, & de pluribus congerendis mecum agit. Qui ejus animum nesciebam, pergo: ille verò de hâc ingenuarum artium studiosis communicandâ farragine cogitabat. Quod demum ut intelligo, vehementer, id ne faciat, efflagito: efficere tamen non potui, quo minùs, ipsius hortatu quæ collegeram, ea ipsius voluntati consilióque permitterem, ut pro suis uteretur, ac de iis, quicquid vellet, statueret. Statuit autem, ut jamdiu habebat in animo, bonarum artium studiosis ea tradere, quorum ad utilitatem suas omnes refert actiones, studia, cogitationes. Ego verò constanti & perpetuâ hominis expostulatione victus, cogor tam indigesta, ne majori essent dispendio adulescentibus, quàm compendio, sub incudem revocare; & qualia erant

premo Senatu præsidem Epistolam Commentario ad Cicer. de finib. præfixam, & Lutetiæ Parisiorum, Pridie Calend. Novemb. 1545. datam.

(a) Certè, nisi fallor, debuit scripsisse, *vel contrà illa cum his*, id est, *Latina cum Græcis.*

erant cunque nonnihil emendata me prolaturum in lucem polliceri. Et quoniam erant omnia confusa, & in varios Ciceronis librorum, quos (a) *ille potissimùm suis commendat typis, locos delineata quædam explicationum rudimenta, invito de multis unus mihi proponitur liber assumendus; in quem operam jamdudum inchoatam omnem conferrem, siquo pacto fieri posset, ut illis illustraretur selectis, & ad alium profectò usum sepositis adnotatiunculis. Præclusis omnibus, quà possem elabi, tergiversationibus, libros quinque de finibus bonorum & malorum in manus sumo: non quòd mea doctrinæ nescirem impares, sed ut operis difficultate longitudinéve deterrerem hominem, &, si fieri posset, de sententiâ dimoverem. Annuit, sed interea hortari non desinit, undecunque incitat, urget; &, ne ullus recusationi locus esset, libros plures, quàm vellem, suppeditat.* &c. *Ac neminem hominum esse puto, qui, si meam ætatem cognoverit, sique multo magìs animum meum perviderit, ac instituti rationem intellexerit, meum non sit probaturus studium. Neque enim hæc mea ideo proferri patior adnotata, ut aut alicujus studiis detrahere, aut aliorum longè me doctiorum conatus retardare velim: sed tum ab illo, quem dixi, coactus & impulsus, tum ratus non omnibus vacare fortasse, quos legerim libros, unde ista sumi possint, evolvere, operæpretium me facturum existimavi, si viro de me bene merito postulata non denegarem, & studiosorum aliquâ ex parte compendio inservirem. Nec dubito me plura reperire potuisse, si plures libros excutere diligenter vacâsset: verùm hæc paucula, quid spei cæteris perquirendis relictum sit, ostendent. Et ita certè malo, quàm plura proponere: præsertim ego, qui mihi meæ conscius ignorationis, in tanto virorum eruditorum cœtu meas exponam aliorum judicio cogitationes.* &c.

Ab

(a) *Joannes Lodoicus Tiletanus* in excudendis variis Ciceronis tractatibus multum operæ insumpsit, nec minorem ex hâc parte laudem meruit, quàm *Michaël Vascosanus*: cujus editiones quoniam antea (Annal. Typograph. Tom. 2. p. 547.) plurimas recensui, gratum lectori me facturum puto, si ea quoque Ciceronis opera diversa, quæ annis diversis apud *Lodoïcum* excusa in 4. mihi innotuerunt, recenseam

Ad Herennium. 1543.
De Inventione. 1543.
De Oratore. 1542.
Brutus cum not. 1543.
Orator. 1542.
Idem cum not. 1543.
Topica cum not. 1543.
Partition. cum not. 1543.
Oratio pro Q. Rosc. com. 1545.
Pro L. Mur. cum not. 1545.
Pro P. Syll. cum not. 1541.
Pro L. Val. Flacc. cum not. 1545.
Pro P. Quint. cum not. 1543.
Pro domo suâ 1543.
In Verr. 1545.
De Arusp cum not. 1545.
Pro P. Sest. cum not. 1546.
Pro M. Cæl. cum not. 1544.
Pro Marcell. cum not. 1539.
Ante exil. & post redit. 1547.
Ascon. & Lusch. in Oration. 1536.
Tusculan. Quæst. 1541.
De Natur. Deor. 1544.
De Fat. cum not. 1544.
De Legib. . . . 1541.
Et 1545.
Id. cum not. 1538.
De Univers. cum not 1540.
G. Morel in lib. de Finib. 1546.
Versio Arat. phænom. 1540.

Ab his initiis æstimare licet, quid à MORELIO expectandum erat, cùm se ad typographicam artem accingeret: neque eum spem fefellisse testantur satis multæ & elegantes optimorum in omni literarum genere librorum editiones, quas in eruditorum usum per quindenum annorum spatium evulgavit, plures, nisi vita huic brevior contigisset, daturus. MORELII vidua, postquam defuncti conjugis officinam cum laude magis quàm lucro per biennium sola curâsset, JOANNI BENE-NATO industrio typographo nupsit, qui domûs Morelianæ rebus afflictis opem tulit, & eandem artem pari animo ab anno 1566. ad annum 1588. exercuit. MORELII, cui vitam diuturniorem fata inviderant, obitu illatum literis damnum resarcire pro virili parte conatus est non tantùm JOANNES BENE-NATUS, sed etiam STEPHANUS PREVOSTÆUS [Prevosteau] *Morelii*, cujus filiam (*a*) duxerat, gener & hæres; ab anno (*b*) 1581. ad annum (*c*) 1607. Editionum copiâ juxtà ac elegantiâ clarissimus. Moreliani postea nominis famam ad posteros continuaverunt celebres duo typographi, PETRUS PAUTONNIER *Guilielmi Morelii* nepos, & JOANNES LIBERT *Franciscæ* (*d*) *Prevosteau* in primis nuptiis maritus: ille ann. (*e*) 1602 & (*f*) 1607. inclaruit; hic postquam rem typographicam ab anno (*g*) 1609. ad annum (*h*) 1646. adornâsset, defunctus (*i*) viduam reliquit, quæ mortui conjugis officinam à labore feriari non passa procurandis librorum editionibus usque ad annum (*k*) 1652. operam strenuam navavit.

In Scriptoribus (*l*) bibliothecariis mentio fit *Joannis Morel* seu *Morelii*

(*a*) Caille. p. 171.

(*b*) Basil. de honor. parent. de Senect. ac juvent. Græc. Lat. è typographiâ Steph. Prevostæi hæredis Guil. Morelii in ædibus Jo. Bene-nati. 1581. 4.

(*c*) Phil. Cospeani in urbem reversio: è typographiâ Steph. Prevosteau viâ D. Jo. Lateran. in colleg. Cameracensi. 1607. 8.

(*d*) Caille. p. 215.

(*e*) Cicer. de Leg. lib. 1. apud Pet. Pautonnier nepotem Guil. Morellii viâ aurigarum è regione trium crescentium. 1602. 4.

(*f*) Cicer Topic. apud eundem. 1607 4.

(*g*) Jo. Roenni accentiunculæ. ex typographiâ Joan. Libert, viâ D. Jo. Lateran. 1609. 8.

(*h*) Ovid. Fast. apud eund. 1646. 12.

(*i*) Ioannes Libert in secundis nuptiis duxit Ioannam Guillemot viduam Samuelis Thiboust. Lege Caille. pag. 215.

(*k*) Plutarch. Apophthegm. Gr. apud Viduam Ioannis Libert. 1646. 4. Juvenal. Satyr. 12. apud eandem. 1652. 4.

(*l*) Bibliotheq. du Sr. de la Croix du Maine.] *Jean Morel ou Morelli Parisien a escrit un livre de la discipline & police Chrétienne, imprimé à Lion l'an 1562. comme témoigne Charles du Moulin J. C. Parisien en sa defense contre les Calvinistes fol 151. J'ai opinion que c'est celui Morel, frere de Guillaume Morel imprimeur à Paris, tous deux natifs du Tailleul* [aut potiùs Tilleul] *en Normandie, hommes doctes és langues, duquel le plus jeune frere, nommé Jean Morel, fût brûlé à Paris pour son heresie, comme nous avons dit ci-devant, parlant de Guillaume Morel* Bibliotheq du Verdier.] *Jean Morely a escrit en quatre livres par chapitres Traicté de la discipline & police Chrestienne; impr. à Lion.* 4. *par Jean de Tournes* 1562 *Calvinique.* Caille. p. 124.] *Guillaume Morel avoit un frere nommé Jean Morel, qui composa un* Li-

relii vel *Morelli*, & alterius etiam *Joannis Morel*; quorum duorum unus *Guilielmi Morelii* frater fuisse fertur. Utrumque à me confundi, alterúmque pro altero usurpari conqueritur author notarum in librum *Adriani Baillet* [Jugemens des Savans. Tom. 1. p. 368 not. 7] at nulla in me rejici debuerat culpa, qui, judicio meo non interposito, *Joannis de la Caille* (in cujus libro p. 124. legeram, quod exscripsi) nomen & authoritatem allegavi.

Inter multos, quos habuit in re typographicâ socios *Gulielmus Morelius*, nullus ei fuit conjunctior quàm ADRIANUS TURNEBUS, vir nota eruditionis, magníque inter contemporaneos suos posterósque nominis; natus anno 1512. obiit anno 1565. *Jacobo Tusano* Græcæ linguæ professori ann. 1547. successit. Typographiæ Græcæ Regiæ curam gessit per quadriennium ab anno 1552. ad annum 1556. Reliquum vitæ tempus bonarum disciplinarum studiis regius philosophiæ & Græcarum literarum professor tradidit. *Turnebi Morelíque* notitiæ diutius hic immorarer, nisi utriusque vitam in typographorum aliquot Parisiensium historiâ, ad quam lectorem remitto, descripsissem.

Librorum, qui ex *Guilielmi Morelii* officinâ prodierunt, catalogus (Adriano * Baillet teste) lucem aspexit anno 1555. Illum equidem nunquam vidi: verùm alium anno 1560. in 8. excusum, cujus exscribendi copiam mihi fecit *Thomas Rawlinson* armiger, vir in penitissimâ librorum cognitione versatissimus. Hunc rei librariæ curiosis exhibere operæ pretium duxi; eodem, quo impressus est, ordine; pretio singulis libris apposito. Quoniam autem impressionis annus non erat additus, eum, ubicunque certus mihi innotuit, ad marginem adjeci; annos, qui desunt, relinquens deinceps, prout libri occurrent, supplendos. Adjunxi prætera majusculas literas G. M. & A. T. & R. S. nominum *Gulielmi Morelii* & *Adriani Turnebi* & *Roberti Stephani* indices, ubi ambo conjunctis operis libros emiserunt. Libri aliquot repe-

Livre de la discipline & police Chrétienne, & qui fût brûlé à Paris pour le fait de la religion. Author notar. in Baillet. ex Bezæ Historiâ Ecclesiasticâ hæc errata sic restituit: *Le Jean Morel Normand* [Scil. Guilielmi Morelii frater] *âgé d'environ* 20. *ans mourut à Paris en prison, ou il étoit detenu comme heretique, & ayant été deterré fut brûlé le* 27. *Février* 1559. *au lieu que le Jean Morel Parisien étoit plein de vie à Orleans, (auteur d'un livre de la discipline Ecclesiastique imprimé in* 4. *à Lion chés Jean de Tournes) le* 27. *Avril.* 1562. *& n'a jamais été prisonnier pour le fait de la religion.* Franciscus à Cruce Cænomanâ lapsus est, cùm eundem *Joannem Morel* & Parisiensem & Normannum dicit. Non tamen tam facile (quàm putat author notarum suprà dictus Bezæ historiâ adjutus) erat alium ab alio distinguere, ubi ex eodem nomine oritur confusio, & ex eâdem forsan opinione; nam hic hæreseos accusatus in carcere obiit; ille hæreseos suspicione vacare vix potuit, qui librum Calvinisticum (utì ex Antonio du Verdier comperio) scripserat.

* Jugem. des Sav. Tom. 1. pag. 369.

reperiuntur, qui licèt *Adriani* solius *Turnebi* nomen præferunt (e. g. Philo, Apolinarius &c.), huic tamen Moreliano indici inseruntur; in quibus igitur curandis *Morelium Turnebo* adjutorem fuisse putaverim. Denique animadvertendum est multos libros in hôc indice desiderari, qui ex *Morelii* prælo prodierunt; quales Phalaridis Epistolæ, 1549. Homer. Ilias Lat. 1550 Orus Apollo, 1551. Isocrat. contra Sophist. 1552. Buchanani Jephthes, 1554. Terentii Andria, 1555 Hippolyt. de consummatione mundi, 1556. Cicer. de Legib. 1557. &c.



LI.

LIBRORUM INDEX

IN OMNI DISCIPLINARUM

Genere, quos Guil. Morelius *è suâ officinâ suppeditare studiosis possit : Primùm, quos ille typis cudit :*

M. D. LX.

SACRI.

Liturgia S. Jacobi Apostoli, Basilii, & *Jo.* Chrysostomi. Multi veteres auctores eâdem de re & de sacramento altaris. Græc fol.	12. s. 6. d.	1560.
Latinè partim antiquâ tralatione, partim recenti.	12. s. 6. d.	
B. Ignatii Martyris, Archiepiscopi Antiochensis, Epistolæ. Græc. 8. . .	3. s.	155[illegible].
Latinè.	1. s.	
Clementis Romani Episcopi, de rebus gestis B. Petri, ad D. Jacobum. Clementis Vita. Græc. 4.	3. s. 6. d.	1555.
Latinè *Joachimo Perionio* interprete. .	3. s.	
* Basilii Magni Epistola de vitâ solitariâ, & moribus informandis Græc. 8.	3. d.	
Lat. *Budæo* interpr. . .	2. d.	
De capiendâ utilitate ex libris prophanis. Græc. 4 (*a*).	9. d.	
Lat.	6. d.	1551.
Oratio in irascentes. Græc. 4 .	6. d.	
De vitâ & moribus Christianorum conciones vi-		

* Hunc librum vidi à Morelio impressum, sed anno 1562.

(*a*) Hujus libri textum Græcum à Morelio excusum nondum vidi, sed versionem tantùm Latinam.

viginti quatuor, ex omnibus *Basilii* libris, quorum magna pars non extat, per *Simonem Logothetam* jam olim selectæ. Græc. 8. . 7. s. . 1556.

Lat. . . . . . 4. s. . 1558.

Gregorii Nysseni contra eos qui castigationes ægre ferunt. Græc. 4. . 6. d. } . 1550.
Lat. . . . . 4. d.

De iis qui Hierosolyma adeunt. Græc. & Lat. . . . . . . 3. d. . 1551.

Macarii *Ægyptii* homiliæ 50. de Christianorum integritate. Græc 8. . . 9. s. } . 1559.
Latinè, cum indicibus aliquot. . 6. s.

Synesii *Cyrenensis* episcopi opera. Græcè. De regno, ad *Arcadium*. De suæ vitæ ratione, seu *Dion*. *Calvitii* encomium. De providentiâ. Concio panegyrica. De insomniis, cum *Nicephori Gregoræ* commentariis. Epistolæ. fol. 16. s. A. T. 1553.

Gregorii Palamæ orationes judiciales duæ, mentis corpus accusantis, & corporis contrà se defendentis: itemque judicum sententia. Græc 4. . . . . . 1. s. 6. d. A. T. 1553.

Latinè. . . . . 1. s. 2. d. 1553.

Philonis Judæi opera Græcè. De mundi secundùm Mosem opificio. Allegoriæ. De Cherubim, flammeo gladio De Cain & Abel. De agriculturâ & plantatione Nöë. De ebrietate Noë. De gigantibus. De linguarum confusione. Vita Abraami. Vita Joseph. De insomniis. Vita Mosis. Decalogi expositio. De circuncisione & sacrificiis. De præceptorum Judaïcæ legis ad Decalogum revocatione. De Nobilitate De Essæis. De mundi perennitate. Contra Flaccum. De legatione ad Caium. fol. 3. lib. A. T. 1552.

Vita Mosis, *Philone* auctore, versa per *Adr. Turnebum*. 8. . . . . 3. s. A. T. 1554.

Mercurii Trismegisti de potestate

ac sapientiâ divinâ, seu Pœmander. Æsculapii definitiones ad Ammonem regem. 4. Græc. 3. s. 6. d. A. T. 1554.

Latinè *Marsilio Ficino* interpr. . 2. s. 6. d. 1554.

Prudentii veteris poëtæ Christiani de pugnâ vitiorum & virtutum. Lat. 4. . 10. d.

Apolinarii antiqui poëtæ Christiani metaphrasis seu interpretatio psalmorum, versibus heroicis. Græcè. 8. . . . . 4. s. 6. d. A. T. 1552.

Joan. Damasceni hymnus de Nativitate Christi. 8. . . . 4. d. . 1551.

Cantica R. Haai & Joseph *Hyssopei* versibus, de moribus & vitâ instituendis, Hebraic. . . . . 15. d.

Lat. *Jo. Mercero* interprete. * . 9. d.

LEGALES.

Ulpiani Jurisconsulti veteris, liber titulis XXIX. quorum in Pandectis nulla mentio est. . . . . . 1. s.

Siculi Flacci, Hygeni & aliorum veterum jurisconsultorum opera, de limitibus agrorum & metiendis agris, coloniis Romanis. Liber figuris illustratus, & nunc primùm in lucem editus. 4. . . . 15. s. A. T. 1554.

HISTORICI.

Plinii de viris illustribus. 4. . 14. d.

Heliæ Vineti Scholia & emendationes in Florum. 4. . . . 8. d.

Suetonii Julius Cæsar. 4. . . 1. s. 4. d.

MA-

* Hujus libri anno 1561. in 8. excusi apud Morelium fit mentio in Buxtorfii bibliothecâ Rabbinicâ.

MATHEMATICI.

ARtis metiendi, seu Geometriæ praxeos liber. 4.	6. d. .	1549.
DIONYSII AFRI de situ orbis, Græcè. 4.	2. s.	
Latinè *Fannio Rhamnia*, veteri grammatico, interprete.	10. d.	1556.
Tabulæ duæ, quæ nomina regionum, populorum, urbium, montium, promontoriorum, fontium, insularum totius orbis terrarum complectuntur, tum vetera, tum recentia.	8. d.	
ARATI Phænomena & Prognostica. THEONIS commentaria & LEONTII Mechanici de Sphæræ fabricâ, Gr. cum tabulis. .	6. s. 6. d.	
Latinè, *Cicerone Germanico* & *Festo Avieno* interpretibus. HYGINI astronomicon. Omnia emendata, & emendationum ratio exposita.	5. s.	1559.

MEDICI.

THEOPHILI de fabricâ hominis, quæ est velut epitome librorum Galeni de usu partium, & anatomicorum. Græc. 8. .	2. s. .	1555.
Latinè, *Paulo Crasso* interprete. .	1. s. 4. d.	1556.
ORIBASII collectaneorum artis medicæ liber, quo totius corporis humani anatomia explicatur. Græc. 8. . . .	2. s. 4. d.	1556.
EURITII CORDI herbarium. VALERII CORDI in Dioscoridem annotationes, in quibus de omnibus simplicibus, quibus utuntur medici, disceptatur, quæ quæque hodie sint, & quibus vulgò nominibus appellentur. 16.	3. s. 6. d.	1551.

ACTUARII medici opera. De actionibus & affectibus spiritûs animalis, ejusque nutritione, lib. 2. De Urinis, lib. 7. Methodi medendi, lib 6. in quorum quinto de compositione medicamentorum liber continetur, quem alii

per-

perperam ſejunxerant, ac quaſi novum librum ederent, curârunt edendum. Scholia, item index copioſus. 8. Lat.	12. ſ.		1556.
GALENI de alimentorum facultatibus. Græc. 8.	4. ſ.		1557.
Ejuſdem de Præcognitione. Græc. 8.	1. ſ.		1550.
De Paratu facilibus remediis, Latinè, ſcholiis illuſtratus. 8.	18. d.		
De febribus. Græc.	1. ſ. 8. d.		1557.
De Maraſmo. Græc.	8. d.		1557.
De purgantibus medicamentis & de ſuccedaneis pharmacis. Gr.	8. d.		1557.
De tumoribus præter naturam. Gr.	4. d.		1557.
HIPPOCRATIS de diætâ lib. 3. Græc. 4.	2. ſ. 6 d.		
Latinè.	2. ſ.		
Ejuſdem Aphoriſmorum lib. 7. Prognoſtica. Coacæ prænotiones. Prorrheticorum lib. 2. De inſomniis. Jusjurandum. Omnia Græca Latinis è regione reſpondentibus. 16.	6. ſ.		1557.
Epidemiorum lib. tertius. Gr.	1. ſ.		
ARETÆI *Cappadocis* medici de ſignis, cauſis & curatione morborum acutorum & diuturnorum, lib. 8 Græc. 8.	4. ſ. 6 d.	A. T.	1554.
RUFFI *Epheſii* medici de morbis Renum & veſicæ. De purgantibus medicamentis. De partibus corporis humani, externis & internis, quoque nomine ſingula nuncupentur. Græc. 8.	18. d.	A. T.	1554.
ARETÆI & RUFFI eadem opera. Lat. 16.	5. ſ.		1554.
DEMETRII *Pepagomeni* de Podagrâ, & reliquis fluxionibus, quos rheumatiſmos vocant, ad *Michaëlem Palæologum* Imperatorem Conſtantinopolitanum. 1. Gr.	1 ſ		1558.
Latinè.	6. d.		1558.

PLUTARCHI de tuendâ bonâ valetudine, Lat. Eraſmo Roterodamo interprete. 4. (a) 1. ſ.

PHILOSOPHICI.

TAbula una de origine, ſectis, ſucceſſione, dogmatibus, & ætate veterum philoſophorum. . . . . . 4. d.

Dialectica *Politiani*. 4 . . . . 8. d.

PORPHYRII inſtitutiones de quinque vocibus. 4. . . . . 1. ſ.

ARISTOTELIS Categoriæ, quæ vulgò Prædicamenta dicuntur. Græc. 4. . 1. ſ 3. d.

Analytica poſteriora Græc. 4. . 1. ſ. 10. d. 1552.

Ejuſdem ars poëtica emendata, & emendationum explicatio. Græc. 8. . . . 1. ſ. 6. d. 1555.

Ejuſdem libri octo Phyſicorum. 6. ſ Lib. 3. de cælo. 3. ſ. 3. d. Lib. 2. de ortu & interitu. 1. ſ. 9. d Meteor. lib. 4. 3. ſ. 9. d. De animâ lib. 3. 2. ſ. 3. d. De ſenſu & ſenſilibus, memoriâ & recordatione, ſomno & vigiliâ, inſomniis, divinatione per ſomnum, longitudine & brevitate vitæ, juventute & ſenectute, vitâ & morte, reſpiratione & ſpiritu. 3. ſ. 3. d. Gr. (b) 4. . . . . . 20. ſ. . 1556.

Libellus de virtutibus. Græc. 3 d. Lat (c). 2. d.

Ethica ſeu de moribus ad Nicomachum libri decem. *Petri Victorii* in eaſdem correctiones, & variarum in vetuſtis codicibus lectionum annotationes. Græc. 4. . . . 7. ſ. . 1560.

Eadem Ethica Latina, Græcis ex adverſo reſpondentibus, ut conferri poſſint. fol. 16. ſ. A. T. & G M. . . 1555.

Po-

(a) Hunc tractatum in 4. Græcè excuſum vidi, ſinè anni & typographi notatione: ſed ex charactere vix dubito, quin à Moreliano prælo prodierit.
(b) Initio præfert annum 1561.
(c) Vidi hunc libellum Græcè, ex Morelii (ut ex charactere conſtat) officinâ, ſed abſque ejus nomine & anni indicio.

Politica iridem correcta, & *Petri Victorii* castigationes. Græc. 4.	8. f.		1556.
Oeconomica Lat. *Gilberto Cognato* interpret. 4.	4. d.		1551.
PLATONIS Mænon. fol. Græc.	2. f. 3. d.		
Ejusdem Phædo seu de animo. Græc. 4.	2. f. 6. d.	A. T.	1553.
Latinè.	2. f.		1554.
Erastæ seu de philosophià. Græc. 6. d. Lat. (*a*).	4. d.		
Theages seu de sapientià. Græc. 6. d. Lat.	4. d.	[Græcè, 1558.]	
Minos sive de lege. Græc. 6. d. Lat. (*b*).	2. d.		1558.
Primus de leg. Græc. 1. f. secundus (*c*).	1. f.		
Hipparchus. Gr. 3. d. Lat. (*d*).	3. d.		
Ejusdem Platonis oratio Socratis de amore, ex convivio. Græc.	6. d.		
De republicâ liber sextus. Græc. 15. d. septimus.	15. d.		
Ex epistolis selectiores. Græc.	3. d.		
Axiochus sive de morte. Græc.	6. d.		
Lat. Cince Romano interpr.	4. d.		
PLUTARCHI de procreatione animi, seu in Timæum Platonis. Græcè & Lat. Turnebo interpr. 4.	3 f.	[Gr. G. M. Lat. A. T.]	1552.
THEOPHRASTI de igne. Græc. 4.	1. f.	A. T.	1552.
Latinè cum Scholiis, auctore *Turnebo*.	10. d.	A. T.	1553.
Ejusdem lib. sextus de causis plantarum, de odoribus & saporibus. Græc. Lat. è regione.	2. f.		1558.

PLU-

(*a*) Vidi equidem hunc tractatum sine notâ anni & typographi, sed character prodit Morelium.

(*b*, *c*, *d*,) Vidi etiam Græcè Minoem, secundum de legibus; Græcè & Latinè Hipparchum; apud Morelium (ut credo) excusos, sed absque ejus nomine., & tempore impressionis.

PLUTARCHI *Chæronei*, de primo frigido. Græc. 4.	1. f.	A. T.	1552.
Latinè, *Turnebo* interprete.	10. d		
TIMÆI LOCRI de Univerſitate rerum, ex quo Platonis Timæus factus eſt. Græc. 8.	6 d.		1555.
ALEX. APHRODISEI de fato, de eo quod eſt in noſtrâ poteſtate, & de fortunâ. Græc. 4.	1. ſ.		

POETICI.

MImi PUBLII SYRI commentariis Eraſmi explicati, & utrique Gallici. 8.	1. ſ.		1549.
AUSONII opera. 16.	20. d.		1551.
Ejuſdem ludus ſeptem ſapientum & eorundem ſententiæ. 4.	4. d.		
TIBULLI carmen de laudib. Meſſalæ Corvini. 4.	4. d.		
COLUMELLÆ liber decimus, de cultu hortorum. 4.	4 d.		1549.
JUVENALIS ſatyra prima. 2. d. Tertia. 4 d. Quarta 2. d. Quinta. 2. d. Sexta. 6. d. Septima. 2. d.			
PERSII ſatyræ ſex. De ſatyrographis commentatio. 4.	8. d.		1549.
De Caletis receptis Panegyricus *Turnebi* verſibus heroicis. 8.	6. d.		
Epithalamium *Franciſci*, Franciæ delphini & *Mariæ* Scotiæ reginæ, per eundem *Turnebum*. 8.	6. d.		1558.
Sententioſi poëtæ 17. d. ſententiæ Theognidis, 18. d. Phocylidis. 3. d. Pythagoræ aurea carmina. 3. d. Solonis Tyrtæi, Simonidis & aliorum. 18. d. Græcè. 4.	3. ſ.	A. T.	1553.
Idem Latinè, verſibus.	2. ſ.		1553.

In

In eadem carmina Pythagoræ commentarius Steph. Nigri. 8. . . . 1. ſ.

HESIODI opera & dies Græc. 4 1. ſ. Lat. 8 d.

LUCIANI Epigrammata Græca. . 3. d. . 1551.

Epigrammata ſelecta ex variis auctoribus. Græc. 4. . . . . 3. d. ſinè anno.

PALLADÆ epigrammata. Græc. 4. 6. d.

ANTIPATRI epigrammata. Græc. 4. 6. d. . 1551.

THEODORI PRODOMI Exulans amicitia vers. jambicis. Græc. Lat. 4. . 10 d. . 1549.

THEOCRITI ſelecta Edyllia. Græc. 4. 6. d.

Ilias HOMERI, ſeu de rebus ad Trojani geſtis lib. 24. Græc. 8. . . 10. ſ. A. T. 1554.

OPPIANI opera. De piſcatu. De venatione. Græc 7. ſ. Latinè. . : . 5. ſ. [Gr. A. T. Lat. G. M.] 1555.

NICANDRI opera Theriaca, Alexipharmaca, Græcè, & Latinè, Jo. Gorrhæo interprete. Scholia Græca in eadem, & item ejuſdem Gorrhæi ſcholia Latina de ponderibus & menſuris, Græc. item Gorrhæi apologia de lepore marino ad Guil. Rondeletium. 4. 10. ſ. . 1557.

Ex 42 Comicis Græcis quæ ſuperſunt ſententiæ, Græcè & Latinè. 8. . . 4 ſ. 6. d. 1554.

ANACREONTIS odæ, item aliorum lyricorum, Græcè. In eaſdem obſervationes. Eædem Latinæ, Heliâ Andreâ, & Henric. Stephano interprete. 8. . 3 ſ. 6 d. [G. M. & R. S] 1556.

PINDARI opera. Græc. Olympia, 3. ſ. Pythia. 3 ſ. Nemea. 2. ſ. Iſthmia. 15. d. 4. 9. ſ. . 1558.

ÆSCHYLI Tragoediæ emendatæ. Græc. 8. 4. ſ. 5. d. A. T. 1552.

SOPHOCLIS tragœdiæ, ſtrophis, antiſtrophis, & epodis ac aliis ejus generis notis diſtin-

ctæ,

ctæ, singulæ seorsim, 4. Græc. 3. f. Omnes simul.	13. f.	A. T. 1553.	
Demetrii Triclinii commentaria in easdem Sophoclis tragœdias, in quibus & metrorum genera & schemata, & loci quique difficiles explicantur. Græc. 4.	7. f.		

ORATORII SIVE RHETORICI.

Aristotelis Rhetoricorum libri tres. Græc.	6. f.		1559.
Latinè Hermolao Barbaro interpr.	4. f.		
Rhetorica *Isidori* 4.	2. f.		
Rhetorica *Cassiodori.* 4.	6. d.		
Quintiliani institutionum oratoriarum universarum Epitome, auctore Petro Paulo Vergerio. 8.	2. f. 2 d.		1554.
Quintiliani liber octavus. 4.	18. d.		
M. T. Ciceronis De optimo genere oratorum. 4.	2. d.		
Partitiones oratoriæ 4.	1. f.		
Locorum in Partitionibus difficilium explicatio, quæ vice aliorum commentariorum esse possit 4.	20. d.		1549.
Topica. 4.	8 d.		
Joci Cicer. Lib 2. de Oratore à *Turnebo* explicati. 4.	2. f.		1554.

Dionysii Halicarnassei ad Cn. Pompeium epistola de Platonis stilo. Comparatio Herodoti cum reliquis historicis, & historicorum inter se ad Ammæum, quòd Demosthenes ab Aristotele Rhetoricam non didicerit. Scriptorum præcipua elogia. Prooemium ejusdem de antiquis oratoribus. Maximi, qui Ju-

liano

liano præceptor fuit, quomodo Demoſthenes & alii veteres iis quæ diſſolvi non poſſunt, obſtiterunt. Græcè. Ciceronis & aliorum elogia doctorum quæ ſuperioribus Dionyſii reſpondent. 8. (*a*). . . . 1. ſ. 8. d.

Demetrius Phalereus de Elocutione. Græc. 8. . . . 2. ſ. 6. d. . . . 1555.

T. Livii Conciones ſelectæ. . . . 6. d.

Oratio Ciceronis pro Rabirio Perduellione, commentariis *Adr. Turnebi* explicata. . . . 10. d. A. T. 1553.

Gorgiæ Leontini defenſio Palamedis contra Ulyſſem. Græc. 4. . . . 6. d.

Lysiæ oratio pro eo qui adulterum deprehenſum interfecerat. Græc. 4. . . . 6. d.

Latinè cum ſcholiis. . . . 10. d. . . . 1549.

Aristidis oratio, quod in comœdiis non ſit ſuggillandum. 4. . . . 3. d.

Ejuſdem oratio adversùs oratores qui à vulgatis rhetorum præceptis recedunt. 4. . . . 6. d.

Demosthenis opera. Græcè.

Demoſthenis olynthiacæ tres. prima. 6. d. ſecunda. 6. d. Tertia. 6. d. Græcè 4. 18. d. Lat. (*b*). . . . 16. d.

Philippicæ quatuor. Prima 6. d. ſecunda . . . 3. d.
Tertia 9. d. Quarta 9. d. Græc. 4. . . . 2. ſ. 3. d. } 1552.
Latinè Paulo Manutio interpr. . . . 2. ſ.

De rebus in Cherroneſo. Græc. . . . 9. d.

De pace. Græc. (*c*). . . . 3. d.

De

(*a*) Hunc librum vidi ſub nomine Caroli Stephani & Henrici Stephani curâ anno 1554. excuſum; nunquam ſub nomine Morelii.

(*b*, *c*,) Vidi (abſque typographi & temporis notâ) olynthiacas ſecundam & tertiam; de pace; de Rhodiorum libertate; Græcè & Latinè: pro Megalopolitis; Latinè: omnes Morelianum characterem referentes.

De Halonefo Græc.	6. d.
De claffibus ordinandis.	6. d.
De Rhodiorum libertate (a) De Cherronefo.	
De Megapolitis. (b) De pactis cum Alexandro.	1. f.
Contra Epiftolam Philippi. Græc.	3. d.
Contra Timocratem.	2. d.
De falsâ legatione. Græc.	2. 1. 6. d.
Contra Androtionem Græc.	6. d.
Contra Midiam. Græc.	2. f.

GRAMMATICI.

ALphabetum Græcum. De fingularum literarum appellatione & fignificatione. De literarum nexibus, & fyllabarum compendiis. De numero Græcorum. Medicinæ & aliarum artium notæ. *Ignatii* & *Gregorii* Theologi Alphabeticæ fententiæ, verfibus Jambicis. Sacræ preces. Decalogus ex Nicephoro. 4. & 8. 1. f.

Aliud Alphabetum, in quo de literarum appellatione, pronunciatione, divifione & vocalitate, ex *Dion. Halicarnaff.* Græcè & Lat. Menfium Græcorum & Latinorum comparatio, ac plena defcriptio. Sententiæ aliquot infignes Græcè & Latinè. 8. 1. f.

Græcarum inftitutionum liber, in quo cafuum, temporum, & perfonarum canones & & indeclinabilium ratio tractantur. 4. 1. f. 3. d.

CLENARDI inftitutiones in linguam Græcam. Inflectendi formulæ. Inveftigatio the-

matum

(a, b,) Vide notam præcedentem.

matum ſeu de verbis Anomalis. De Accentibus. De Syntaxi. Scholia in univerſum opus, in ſuos redacta locos. 4. . 3. ſ.

ANGELI CANINII Grammatica Græca: in quâ quicquid vetuſtiſſimi ſcriptores de Græcæ linguæ ratione præcipiunt, atque adeò omnia quæ ad Dialectos intelligendas, & poëtas penitus cognoſcendos pertinent, facili methodo exponuntur. Eò accedit plurimorum verborum omnis generis linguarum originis explicatio. 4. 10. ſ. . 1555.

Tabulæ duæ, quæ totius Græcorum grammatices ſummam, methodo facili complectuntur. . . 8. d.

De verbis Anomalis, in quo ſingula verba anomala, aut alioqui difficilia, ordine alphabetico ad ſua themata revocantur, liber auctior. . . 3. ſ. . 1558.

GEORGII FABRITII Syntaxis Græca, in quâ quæ Latini à Græcis mutuârunt tractantur, & exemplis propoſitis regulæ examinantur. . . 1. ſ.

FRANCISCI VERGARÆ Grammatica Græca. Præfatio de ratione ſtudii Græcanici. Lib. primus de inflexione nominum & verborum & de indeclinabilibus. Secundus in quo præcepta declinandi & conjugandi traduntur. Tertius de conſtructione octo partium orationis. Quartus de Orthographiâ, de accentibus & ſpiritibus, de ſyllabarum quantitate. Quintus de Dialectis, & poëtarum licentiâ ac proprietate. 8. . . 7. ſ. . 1557.

HEPHÆSTIONIS *Alexandrini* enchiridium, de metrorum omni genere, de ſtrophis, antiſtrophis, epodis, & id genus poëmatiis. Scholia in idem enchiridion. Græcè. 4. 4. ſ. A. T. 1553.

Tabella quæ diagramma pedum & poëmatum complectitur, Græcè. . 3. ſ.

Tabulæ ſex de pedibus, & omni genere metrorum. Lat. . . 1. ſ.

Dictionarium Latino-Græco-Gallicum, in quo voces omnes Latinæ Græcis & Gallicis exponuntur, accentus earum, quantitas, inflexio, genus, caſus, conjugatio, modi, tempora. Item quæ Cicero, Varro, Columella, Plinius, & cæteri claſſici Latini de Græcis verterunt: & viciſſim quæ Græci de Latinis. 4. 50. ſ. . 1554.

De ſingulis conſcribendarum epiſtolarum formulis. Græc. 8. 3. Lat. . 2. d.

De optimo genere colloquiorum & eorum formulis. 8. . . . 1. ſ.

Colloquiorum quotidianorum formulæ. Græc. 3. d. Lat. . 2. d.

MISCELLANEI.

PLutarchi, de puerorum educatione. Græc. (*a*). . . 9. d.

Latinè. . . 6. d.

De virtute & vitio. Græc. 3. d. Lat. (*b*). 2. d.

De virtute morali. Græc. 9. d. Lat. 6. d. . 1555.

De fortuna Romanorum, Guil. Budæo interprete. 4. . . 6. d.

De procreatione animi, ſeu in Timæum Platonis. Græcè & Lat. Turnebo interprete. 4. (*c*). . . . 3. ſ.

Contra Herodotum. Græc. 4. . 9. d. . 1556.

Liber quartus ſympoſiacon. Græc. 4. (*d*). 9. d.

Xe-

(*a*) Hunc librum vidi, ſed ann. 1561. 4.

(*b*) Hunc etiam, at (uti priorem) Græcè tantùm, typis, qui ſanè ſunt Moreliani; ſed ſinè nomine typographi, & anno.

(*c*) Hujus Libri mentio in hôc indice antea facta eſt inter philoſophicos.

(*d*) Librum non tantùm quartum, ſed & quintum vidi; ſed, quoniam pagina tituli deſiderabatur, annum comperire non potui.

Xenophontis Lacedæmoniorum Politia. Græc. 4. (a).	9. d.
De disciplinâ & Rep. Persarum. Græc. 4.	3. d.
Latinè.	2. d.
Apologia Socratis. Græc. 6. d. Lat.	4. d.
Agesilai laudatio. Gr.	1. d.
Plinii Liber XXXIV. qui est de metallis.	14. d.

Huic Moreliano Catalogo alium subjungere ab re non erit, nempe JOANNIS LODOICI TILETANI; quem Parisiis ann. 1546 in 8. (teste Adriano Baillet, Tom. 1. Jugem. des Sav. pag. 367) impressum aspicere mihi nondum contigit. Qualem tamen ex editionibus, quas vidi, licuit contexere, exhibebo.

Librorum à JOANNE LODOÏCO TILETANO excusorum. Catalogus juxta annorum seriem dispositus.

Anno 1536. Bed. in Proverb. & Cantica, fol.
Gelen. in Plin 8.
Cicer. Oration. cum comment. fol.
Ascon. & Lusch. in Cicer. 4.
Cicer. Somn. Scip. cum not. Olivar. 4.
Quintilian. Institut. & Declamat. fol.
Aul. Gell. cum Schol. fol.

1537. Lombard. Sentent. 4.
Theognid. Sentent. & Pythagor. Vers. Gr. 4.

1538. Hor. Virgin. &c. Gr. 12.
Zoroastr. Magic. cum schol. Pleth. Gr. 4.
Aristot. Ethic. ad Nicom. Gr. 4.
Schol. in Cicer. de Legib. 4.
Cicer. Tusculan. Quæstion. 8.

1539. Cicer. pro Marcell. cum not 4.
Ejusd. Offic. Cat. Læl. Paradox. Somn. 4.
Zoroastr. Magic cum schol. Pleth. Lat. 4.
Cæsar. Comment. 8.
D. Justin. admonitor. ad gent. Gr. 4.

1540. Niph.

(a) Hic tractatus nondum mihi occurrit; sed alter de Atheniensium politia, sine nomine & anno.

1540. Niph. in Sophiſtic. Ariſtot. fol.
Ariſtot. Ethic. ad Nicom. Gr. 4.
Ejuſd. Politic. Gr. 4.
Perion. de optim. gener. interpret. &c. 4.
Sophoc. Antigon. Gr. 4.
1541. Geſner. hiſtor. Plantar. 12.
Quintilian. Inſtitut. fol.
Cicer. Tuſcul. Quæſt. 4.
Ejuſd. de Legib. cum ſchol. 4.
Ejuſd. pro P. Syll. cum not. 4.
1542. Platon. Tim. Gr. 4.
Ariſtot. Topic. Latin. cum comment. Aphrodiſ. fol.
Carol. V. expedit. per Villegagn. 4.
Cicer. de Oratore. 4.
Ejuſd. Orator. 4.
Macropæd. Rudiment. Græc. 4.
1543. Perion. pro Ariſtot. in Ram. 8.
Procl. Sphær. Gr. 4.
Juſtin. Hiſtor. 8.
Cicer. Rhetoric. ad Herenn. 4.
Ejuſd. de Invent. 4.
Ejuſd. Brut cum not. 4.
Ejuſd. Orator, cum not. 4.
Ejuſd. Partit. cum not. 4.
Ejuſd. Topic. cum not. 4.
Ejuſd. Orat. pro P. Quint. cum not 4.
pro domo ſuâ. 4.
Theognid. Sentent. Gr. Lat. cum not. 4.
Horat. Poemat. 4.
1544. Leod. à Querc. Epitom. in Ruell. 8.
Cicer. de natur. Deor. 4.
Ejuſd. de fat. cum not. 4.
Ovid. Epiſtol. 4.
L. Vall. Elegant. 4.
1545. Pſell. Arithmetic. Gr. Lat. 8.
Gemm. Friſ. Arithmetic. 8.
Varr. de re ruſtic. 4.
Cicer. Orat. pro Q. Roſc. com. 4.
de Aruſpic. reſponſ. cum not. 4.
in Verr. 4.
Ejuſd. de Legib. 4.
Moſellan. Tabul. de Schemat. 8.

Eu-

Euripid. Med. Gr. cum schol. Gr. 4.
Ejusd. Hecub. Gr. cum schol. Gr. 4.
Aristoph. Thesmoph. Gr. cum schol. Gr. Bourdin 4.
Les X. prem. livr. de l'Iliade, par Salel. fol.
Vergar. de Dialect. 8.

1546. Morel. in Cicer. de finib. 4.
Cicer Orat. pro P. Sest. cum not. 4.

1547. Sallust Jugurth. 4
Cicer. Orat. ante & post exil. 4.
Rob. Vall. in art. versif. Hutten. 8.

Non (ut spero) gravabitur lector, neque magnum erit temporis aut chartæ dispendium, si *Lodoici* catalogo CONRADI NEOBARII catalogus jungatur; quos commercium aliquando junxit typographicum, ambos coætaneos, industriâ & peritiâ pares; quorum uterque temporis, quod ipsis ad suam artem exercendam contigit (annorum illi duodecim, huic duorum) inopiam operum copiâ ita compensavit, & ætatem breviorem labori impensam redemit cum tantâ erga rempublicam literariam utilitate, ut nemo non annos Nestoris utrique optaverit.

Librorum à CONRADO NEOBARIO excusorum Catalogus.

Anno 1539. Actuar. de medicam. composit. Latin. 12.
Fuchs. de medend. meth. & Hippocr. de medicam. purgant. Latin. 12.
Ocell. Lucan Gr. 4.
Cleomed. Cyclic. Gr. 4.
Comment. in Aristot. Rhetoric. Gr. fol.
Velcur. in Erasm. cop. 8.

1540. Canon. Apostol. Gr. 4.
Adamant. Physiogn. Gr. 12.
Aristot & Phil. de mund Gr. 12.
Epictet. Gr. 4.
Id. Latin 4.
Aristoph. Plut. Neb. Ran. Gr. 4.

Apud Conradi Neobarii Viduam.

1540. Alex Aphrodis. medicin. problem. Gr 12.
Georg. Gemist. de different Aristot. & Plat. Gr. 12.

1541. Cass. medicin. Quæst. Gr. 12.

Ho-

Horum Catalogorum particularium libri in annuâ generalium ſerie fusè deſcripti continentur. Ex uſu nihilominus φιλοβίβλοις ſunt hi ſingulares (ut ita dicam) indices, ubi ſingulas clarioris cujuſdam unius typographi editiones intuitu faciliori perluſtrare & diſtinctiùs obſervare poſſint; exemptas quippe ſelectâſque ex iſto communi acervo, in quo omnes indiſcriminatim typographi, obſcuriores, celebriores, mixti, prout annus & materia poſtulant, neglectâ dignitatis ratione, recenſentur.

JACOBUS PUTEANUS [*du Puys*], (*a*) mercator librarius juratus univerſitatis Pariſienſis, officinam habuit (*b*) in vico D. Joannis Lateranenſis, ſub inſigni Samaritanæ (quod libris apud ſe venalibus præfigere ſolebat) (*c*) è regione collegii Cameracenſis ſitam: in quâ cum laude per reliquum (*d*) ferè hujus centuriæ ſpatium ſe exercuit. (*e*) Duxit CATHERINAM Sonnii filiam; (*f*) mortuúſque 1591. 3. Novemb. ſuas in S. Benedicti æde exuvias reliquit. *Jacobo* fuit (*g*) frater *Mathurinus*, cujus impenſis (*h*) libros aliquot excudit *Gulielmus Morelius*. JACOBUS PUTEANUS *Gulielmi* etiam aliquando (*i*) *Morelii*, (*k*) *Dionyſii du Val*, (*l*) *Franciſci Stephani* & (*m*) *Joannis Benenati* operâ ac conſortio uſus eſt. Quò clariùs eluceſcat eximia *Jacobi Puteani* induſtria, ipſius verba hìc ſubnectam, quæ Dictionario Gallico-Latino apud ipſum ann. 1573. in fol. edito præfatus eſt; quæque huc traducere eò lubentiùs volui, quòd magni illius typographi Roberti Stephani laudes complectantur.

„ A tres illuſtre Prince Georges Jehan, Conte Palatin
„ du Rhin, Duc de Baviere &c.

„ Monſeigneur, comme tout le monde tient pour un ſingulier bien-
„ faict, venant de la providence de Dieu d'avoir de noſtre temps ſuſ-
„ cité infinis gens de bien & de ſcavoir pour eſclaircir les bonnes let-
„ tres & diſciplines &c. On ne doibt pareillement moins recognoiſtre
„ venir de la meſme providence l'inſtrument & moyen de faire tous les
„ hommes participants de ce grand bien, qui eſt l'Imprimerie. Le-
„ quel moyen comme il n'a eſté trouvé à une fois en telle perfection
„ comme nous le voyons maintenant; auſſi ceulx qui ſe ſont le plus
„ employez par le paſſé, & ont le plus apporté d'induſtrie & travail
„ pour

(*a*) Vide privilegia ei conceſſa.
(*b*) Brocard. in Ariſtot. Rhetor. 1549. 8.
(*c*) Theodoret. Quæſtion. in Sac. Scriptur. Gr. Lat. 1558. 4.
(*d*) Ab ann. 1549. ad 1588. quo vulgavit *Hiſtoire de Bretagne par Bertrand d'Argentré*, *fol.* Vide Long Bibliotheq. Hiſt. num. 14869.
(*e*, *f*, *g*,) Caille. p. 133. 134. 111.
(*h*) Vide ann. 1550.
(*i*) Aret. Lat. 1554. 12.
(*k*) Juſtin. Hiſtor. 1581. 8.
(*l*) Dictionar. Lat. Gall. 1571. fol.
(*m*) Cicer. Oper. 1572. 8.

„ pour l'amener à cette perfection, doibvent estre grandement esti-
„ mez, & reputez veritablement comme suscitez de Dieu &c. Je ne
„ parleray des autres nations. Quant à la France, elle ne peut, qu'elle
„ ne celebre grandement la memoire, comme elle se sent avoir esté or-
„ née par son industrie, de defunct Robert Estienne, lequel peut estre
„ dict avoir esté le premier, qui a faict, que la France pour ce regard
„ ne cede à aulcune autre nation; tant pour les graces qu'il a eu pro-
„ pres pour l'ornement de cet art d'imprimerie, que pour l'amour in-
„ fini qu'il a porté à l'utilité publique, & le grand labeur & peine qu'il
„ a pris, sans y espargner rien qui fust en sa puissance, pour l'advan-
„ cer & mener à sa perfection: De quoy font foy tant de beaux & ex-
„ cellens livres, & Latins, & Grecs, & Hebrieus, plus encores re-
„ cerchez aujourd'huy que du vivant de l'Imprimeur. Et n'eust été la
„ calamité qui luy survint, comme à la moytié de son chemin, la-
„ quelle luy retrancha une bonne partie des commoditez desquelles il
„ se servoit pour cet effect, nous eussions un nombre infini de livres de
„ son impression plus que nous n'avons; & de ceulx qu'il avoit desja
„ mis en lumiere, venants principalement de sa diligence, comme
„ de Dictionaires pour soulager la jeunesse, nous en verrions un bon
„ nombre augmenté & corrigé en infinis endroicts. Entre lesquels il
„ deliberoit mettre le Dictionnaire Francois-Latin des premiers pour
„ n'avoir ja rien espargné à le faire reveoir à plusieurs scavants person-
„ nages qui l'avoient en cet endroict infiniment aydé, & nomméement
„ à M. Jean Thierry, homme de grande erudition: & pour scavoir
„ tres bien que tel qu'il avoit peu sortir de son imprimerie pour la
„ premiere fois, il avoit esté soigneusement recueilly & apporté une
„ utilité grande à tous desirants entendre la proprieté de la langue
„ Francoise &c. Car je puis dire qu'il n'y a ne science, ne art, ne
„ mestier, desquels les propres & plus particuliers mots n'y soyent di-
„ ligemment & proprement expliquez &c. Laquelle chose m'a prin-
„ cipalement incité à r'imprimer ledict livre, duquel y a quelque temps
„ que j'ay recouvré l'exemplaire laissé par deça par ledict Robert E-
„ stienne, avant que partir de France: lequel je me suis ingeré, Mon-
„ seigneur, de vous dedier, pour ce que je scay qu'avez bien bonne
„ cognoissance de nostre langue, encores que n'ayez jamais veu la
„ France, ayant esté à ce tres heureusement conduict par M. Jean Pi-
„ lot, homme de tres grande erudition & d'une humanité singuliere,
„ qui mesmes a communiqué au public, il y a ja assez long temps, la
„ methode de laquelle il a usé à vous enseigner. Il y a plus, que me
„ souvenant de tant de bien & d'honneur qu'il vous pleut me faire lors
„ qu'estiez à Heydelberg, & lequel je reçoys continuellement de vostre
„ tres noble maison, marchant à seureté, frequentant les foyres de

„ Francfort, ſous ſa protection par ſes terres &c. Voſtre tres humble „ ſerviteur Jaques Dupuys.

„ Jacques Dupuys au Lecteur.

„ Mon intention n'eſtoit pas de r'imprimer ſi toſt ce dictionaire „ François Latin, que par ma premiere impreſſion j'avoy mis en lu- „ miere avec le plus de perfection qu'il m'eſtoit lors poſſible: mais ayant „ veu que la cupidité de gain d'aucuns les a meus depuis nagueres le „ mettre en avant du tout ſelon mon premier exemplaire &c. n'ay vou- „ lu plus avant differer de vous communiquer ce que j'ay fait extraire „ de pluſieurs eſcripts de M. Nicot conſeiller & maiſtre des requeſtes „ de l'hoſtel du Roy, concernant le fait & pour pris de ce dict Dictio- „ naire, qui en eſt augmenté d'un tiers plus qu'il n'eſtoit en ma dicte „ premiere impreſſion. Et ſi la precipitation d'iceulx ne m'euſt quaſi „ oſté des poings cette preſente augmentation, j'euſſe retiré encores du „ meſme endroit pluſieurs choſes, qui euſſent indubitablement rendu „ ce Dictionaire au plus pres de la perfection qu'on luy peult deſirer. „ Mais je ne lairray pourtant à ſuyvre ces erres de croiſtre & mener cet „ œuvre juſqu'a ſon comble & à l'égal des Grecs & Latins Dictionai- „ res; & dedans brief temps vous l'aurez en main: ce que le Sei- „ gneur Nicot m'a octroyé, pour en recueillir ce & tant qu'il me „ plaira. Cependant & par ceſte mienne deuxieme edition je vous „ baille à preſent tous les mots concernant le faict de la navigation: le „ tout prins d'un traité redigé par ledict Seigneur Nicot, De la fabri- „ cation des navires. Vous y trouverez auſſi les mots de la venerie & „ faulconnerie, & en plus grande quantité, meilleur ordre & aſſiette „ que n'eſtoit en ma dicte premiere impreſſion des ſusdicts &c. Vous „ jouïrez de ceſte mienne diligence en attendant l'effect de ma promeſ- „ ſe ſusdicte, dont je vous puis hardiment aſſeurer; me tenant deſja „ pour nanti de tout ce qui m'eſt requis pour l'augmentation. Et à „ Dieu.

SEBASTIANUS (*a*) NIVELLIUS, librarius inclytus, librorum cultu & copiâ longóque, quo arcem illam excoluit, temporis ſpatio celeberrimus, anno 1523. natus eſt. Cœpit inclareſcere (*b*) anno 1551. ſuóque munere naviter fungi non deſtitit uſque ad annum (*c*) 1603. Habitavit in viâ Jacobæâ ſub ſigno duarum ciconiarum, quo ſuos ſolebat

(*a*) Baillet. Jugem. des Sav. Tom. I. pag. 369. *Nivelle se diſtingua du commun des imprimeurs par ſon exactitude, & l'on recherche encore aujourd'hui ſes editions avec ſoin, quoiqu'on n'ignore pas qu'il n'y ait eu un peu de préjugé dans l'eſtime qu'on en faiſoit autrefois.*

(*b*) Gnomolog. Demoſt. 1551. 8.

(*c*) Caille. p. 133.] Theodori Petreii Campenſis Carthuſiani confeſſio Tertulliana. 1603. 8.

bat libros insignire, cum his plerumque (*a*) lemmatibus; כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ לְמַעַן יַאֲרִיכוּן יָמֶיךָ עַל הָאֲדָמָה *Exod.* 20. *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut sis longævus super terram.* (*b*) Ἱκανῶς βιώσεις γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς, αὐτὴ γὰρ ἀντιπελάργωσις ἱκανεῖ. *Ciconia in cœlo cognovit tempora sua. Hieremiæ.* 8. *c.* (*c*) Sepultus est in æde S. Benedicti, ubi legitur hoc epitaphium: *Cy-devant gisent honorables personnes* SEBASTIAN NIVELLE *Marchand Libraire juré en l'Université, & Bourgeois de Paris, & Magdelaine Baudeau sa femme, qui ayant vescu ensemble l'espace de cinquante-cinq ans, sont decedés, sçavoir ledit Nivelle âgé de quatre-vingts ans, le dix-neufiéme Novembre* 1603. *& ladite Baudeau âgée de soixante & dix-huit ans, le neufiéme May* 1611. *PRIEZ DIEU POUR EUX.*

SEBASTIANO NIVELLIO fuit filia (*d*) *Elizabetha*, mater Sebastiani (*e*) Cramoisy, typographi regii; qui sui avi Nivellii librariam supellectilem adeptus ejusdem etiam insigne sibi adoptavit: suique primùm anno 1609. notitiam dedit.

ANDREAS WECHELUS (*f*) *Christiani* filius anno (*g*) 1554. primùm cœpit libros evulgare: in vico Bellovaco, sub Pegaso; quo insigni pater antea usus fuerat. Ab industriâ paternâ hunc non degenerâsse testantur plurimæ cùm nitidæ tum emendatissimæ editiones, quæ ab ejus officinâ in eruditorum manus venerunt. Neque sanè libri poterant esse non accurati, quibus recognoscendis plerisque & illustrandis *Federici Sylburgii* labor & judicium adhibebatur. Annos ferè totidem in librariâ hâc provinciâ administrandâ transegit *Andreas* filius, quot *Christianus* pater; hic triginta duos [(*h*) à 1522. ad 1554.] ille viginti octo [à 1554 ad (*i*) 1582] Quin mihi

(*a*) Vide Gnomolog. Demosth. 1551. & Chrysostom. Homil. 1554. 8.

(*b*) Lege Erasm. Adag. in ἀντιπελαργεῖν.

(*c*) Caille. p. 133.

(*d*) Id. p. 193.

(*e*) Id. pag. 194. 195. 196. „ Il estoit „ de toutes les compagnies de libraires „ pour l'impression des meilleurs livres. „ Sa marque estoit celle de son grand „ pere. Il eut deux freres, Gabriel & „ Claude. Il epousa Marie Chaillon, „ dont il eut plusieurs enfans, entr'au- „ tres un qui fut Secretaire du roy. Il „ fut receu imprimeur & libraire juré au „ lieu d'Abel l'Angelier, 30. Janv. 1610. „ & imprimeur ordinaire du roy, 24. „ Dec. 1633. & le premier directeur de „ l'imprimerie royale au Louvre établie „ en 1640.

(*f*) Annal. Typograph. Tom. 2. pag. 438.

(*g*) Dion. Chrysostom: Oration aliquot Græcè; 1554. 4. Christianus Andreæ pater ante annum 1553 non obiisse constat. De Joan. Quintini Hædui libro, quem Joannes de la Caille ab Andreâ Wechelo prodiisse (p. 126) anno 1550. scribit, valde dubito, ne pro 1550. reponendum sit 1559. uti habetur non tantùm in Bibliothecâ Tellerianâ (p. 166) sed etiam in Barberinâ (Tom. 2. p. 263).

(*h*) Annal. Typograph. Tom. 2. pag. 405. 438.

(*i*) Virgil. Bucolic. cum P. Rami prælectionibus; apud Andr. Wechelum. Francofurti 1582. 8. Sylburg. Rudiment. Græc. apud hæredes Andr. Wecheli. Francofurti. 1582. 8. Lapsus est igitur Joannes de la Caille (p. 126.) dum ejus mortem ad an-

mihi verisimillimum videtur filium à patre, antequam de vitâ decederet, in laboris partem (*a*) adscitum fuisse. Præli paterni typis aliquandiu usus est *Andreas*, donec (*b*) tandem conspectióres nitidiorésque comparâsset. Pater quidem (*c*) triplici charactere inclaruit; filius

annum 1600. promovet; quod erratum corrigitur in Baylii Dictionario (tom. 4. p. 2863.) *André Wechel mourut le* 1. *jour du mois de Novembre, comme on le peut inferer de la preface, que Jean Obsopœus son correcteur mit au devant des commentaires de Pierre Ramus sur quelques harangues de Ciceron imprimées à Francford, apud heredes Andreæ Wecheli, l'an* 1582. Nec obstat, quin Bucolica Virgilii supra dicta, quæ anno 1582. prodierunt, nomen præferant Andreæ Wecheli anno 1581. defuncti; quorum scilicet editio eo vivente & incepta & ferè ad umbilicum perducta est.

(*a*) Andreas Wechelius in suâ ad lectorem ante quasdam Dionis Chrysostomi orationes præfatione anno 1554. hæc habet; *Dionis Chrysostomi orationes edidimus anno superiore*; nempe anno 1553. quo anno eas (uti titulus præfert) *excudebat Christianus Wechelus*. Christiano igitur patri filius Andreas subsidiariam operam præstabat.

(*b*) Sicui libitum fuerit Græcos characteres, quibus Christianus & Andreas usque ad annum 1560. (quo Synodus Gangrensis Græcè & Latinè apud Andream prodiit in 4) cum iis, quos postea (Plutarch. Conviv. sept. sapient. Græcè: apud Andream 1566. 4.) Andreas usurpavit, conferre; liquidò constabit ab his illos longo intervallo superari, hósque ad pulchritudinem typorum, quibus libri Stephanorum aliorúmque insignium typographorum exornantur, prorsus accedere. Nonnulli putaverunt magnam illorum typorum partem ab Henrico Stephano ad typographêum Wechelianum transiisse. Baillet. Jugem. des Sav. Tom. 1. pag. 366.] „ Les Wechels, Chrétien & An„ dré son fils, imprimeurs de Paris & de „ Francfort. Leurs editions sont assés „ estimées, & on dit qu'en effet ils a„ voient une bonne partie des characte„ res d'Henri Estienne. Le catalogue „ des livres sortis de leur presse parut à „ Francfort en 1590. in 8. où André s'é„ toit retiré sous la protection du Com„ te de Hanau apres l'execution de la „ S. Barthelemi. Ce qui a aussi contri„ bué à rendre leurs editions plus cele„ bres, & qui les fait encore aujour„ d'hui rechercher avec empressement, „ est la grande reputation du correcteur „ de leur imprimerie Frederic Sylburge, „ grand homme de lettres, qui passoit „ pour un des premiers Grecs, & pour „ un des plus excellens critiques d'Alle„ magne. In his duo admittuntur errata. 1. Wechelis duobus tribuitur, quòd uni tantùm Andreæ potest competere. Christianus enim Wechelus, qui ultra annum 1554. non vixit, non potuit uti typis Henrici Stephani, qui ante annum 1554. nihil impresserat. 2. Erratum alterum Adriano Baillet commune est cum Joanne de la Caille; qui (p. 126.) hæc habet: „ André Wechel fut obligé de „ se retirer à Francfort sous la protection „ du Comte de Hanau. Francofurtum ab Hanoviæ comitibus non pendere observatum est in Baylii Dictionatio (tom. 4 p. 2863.) ubi lege plura.

(*c*) Christianus Wechelus cœpit imprimere Gallicè *Les Oeconomies d'Aristote translatées par Sibert Lowenborch*, anno (si Joanni de la Caille credimus) 1522. in fol. [Is quidem liber in Wecheliano catalogo recensetur. Consule Annal. Typograph. Tom. 2. p. 431. Ejus etiam meminit Antonius du Verdier in Bibliothecâ suâ; *Sibert Lowemborch licencié ès loix demeurant en Cologne a translaté en Francois les Oeconomiques d'Aristote, impr. à Lyon par Francois Juste sans datte*. Sed de editione Wechelianâ tacet] Latinè, *Galen. de plenitud.* 1528. in fol. Græcè, *Isocrat. Orat. de pac.* 1529. in 8. [Chevillerius (p. 256.) ante ann. 1538. & Baylius (in Dictionar. tom. 4. p. 2862. not. A.) ante ann. 1530. nil à Christiano Græcè excusum proferunt.] Hebraïcè, *Exod.* 1536. in 4. Chevillerius (p. 296.) citat annum 1535. Sed consule Annal. Typograph. Tom. 2. p. 816. not. b. An-

lius Latino multa, multa Græco, nihil (quod sciam) Hebraïco emisit. Uterque religionis causâ venit in discrimen; ille ob librum (*a*) pravitatis hæreticæ suspectum in ipsius officinâ venalem pecuniâ multatus est; hic anno circiter (*b*) 1572. solum vertere, & cum familiâ

Andreas Wechelus cœpit imprimere Latinè, & Græcè, *aliquas Dionis Orationes* 1554. in 4. Chevillerius (p. 141. 142.) Christianum Wechelum vocat correctum typographum, qui in Francisci Buranæ Veronensis ad Aristot. prior. resolut. commentario indicem duorum tantùm erratorum adjecit.

(*a*) Chevillier, p. 353.] „ Chrétien „ Wechel vendoit l'Ecrit d'Erasme intitulé, *De interdicto esu carnium*: La „ Faculté l'avoit censuré, & l'Université „ le regardoit comme un livre suspect, „ qu'elle mettoit au nombre des livres „ defendus. Le Procureur Syndic porta „ sa plainte l'année 1534. contre ce li„ braire; & requit dans l'Assemblée te„ nuë aux Mathurins le 5. Novembre, „ qu'il fût puni de quelque amende. On „ deputa des docteurs en Theologie pour „ terminer cette affaire. *Supplicavit ut*, „ *cùm libellum Erasmi de esu carnium ab* „ *Academiâ Parisiensi tanquam suspectum* „ *reprobatum Christianus Wechelus venden*„ *dum exposuisset*, —— *pœnâ*, *quâ vi*„ *debatur dignus*, *mulctaretur* &c." Lego in Baylii Dictionario (tom. 4. p. 2862.) nonnullos scriptores tradere Christianum Wechelum ad inopiam redactum fuisse, & ultioni divinæ debitas pœnas persolvisse, qui libros duos infames impiósque edidisset, alterum hôc titulo [*Exactissima infantium in limbo clausorum Querela adversùs divinum judicium apud æquum judicem proposita. Apologia divini judicii contra Querelam infantium. Infantium ad Apologiam divini judicii responsio. Æqui judicis super hâc re sententia. Autore Antonio Cornellio juris utriusque licentiato doctiss. Lutetiæ apud Christianum Wechelum in viâ Jacobeâ sub scuto Basiliensi, anno M. D. XXXI. mense Januario.* in 4. Continet 70. circiter paginas, & Antonio Borg judici civili apud Parisienses præsidíque sacri consistorii illustriss. D. Lodovicæ Galliarum gubernatricis dedicatur.] in quo nihil omnino impium aut profanum; judéxque tandem inducitur decernens *infantes de divino judicio injustè queri.* Alterum opus, quod Christiano Wechelo fertur fuisse exitiale, erat *impii & immemorandi cujusdam hominis, imò dæmonis corporati, de tribus magnis impostoribus, Mose, Christo, Mahumete.* At verò Baylius ibidem non tantùm hoc libri adeò detestabilis edendi crimen Christiano illatum diluit; sed etiam librum ipsum nunquam extitisse affirmat.

(*b*) Caille. p. 126.] *Il fût obligé de se retirer pour le sújet de la religion vers l'an* 1575. *avec Marguerite Frenot sa femme*: [Et Baillet Jugem. des Sav.] *après l'execution de la S. Barthelemi* Bartholomaïcâ Laniena incidit in diem 24. August. 1572. Andreas Wechelus ante hunc annum, quo officinam adhuc typographicam Parisiis habuisse eum constat, minimè mihi videtur recessisse. Vidi enim librum hôc titulo: *Grammaire de P. de la Ramée lecteur du Roy en l'Université de Paris, à la Royne, mere du Roy: à Paris, de l'imprimerie d'André Wechel.* 1572. in 8. Author libri Petrus Ramus eodem hôc anno, cùm *biduum à strage Bartholomæi feriis in vulgus editâ prætererat, à duobus subornatis homicidis trucidatus est.* (Vide P. Rami vitam à Nic. Nancelio conscriptam, editámque Paris apud Claud. Morellum 1599. in 8. pag. 74. 75.) Liber itaque ab Andreâ Wechelo probabiliter impressus est & editus aliquantisper ante Bartholomæi ferias, anno forsan 1572. ineunte. Andreas autem Wechelus, postquam hunc librum excudisset, migrare potuit; sed num ante, num post illas ferias, nondum satis exploratum habeo. Author eruditissimus notarum in Baylii Dictionarium (tom. 4. p. 2863, C.) putat Wecheli fugam Bartholomaïcæ internecioni antecessisse; fretus authoritate Melchioris Adami, qui in Laurentii Zincgrefii jurisconsulti vitâ sic scribit: *Sedatis paulùm Gallicis tumultibus*, Zincgrefius *ad Parisienses rediit, anno* 1569. — *Multa hôc itinere perpessus est indigna* —— *propter rei pecuniariæ penuriam, cùm illa*,

lià migrare Francofurtum coactus fuit. Ibi maximâ cum laude de bonis litteris optimè mereri non cessavit, donec anno 1582. negotiorum typographicorum cursum mors interrupit. (a) Post Wecheli ta-

illa, quæ —— *transmissa fuerant, interciperentur apud Wechelium bibliopolam notissimum; quippe cujus bona omnia confiscata fuerant, ipso regni limitibus proscripto, reliquisque ut plurimum Protestantium libris ab officinâ illius Lutetiæ publicè combustis.* —— *Interim cum Wechelianis transigere, próque pecuniâ sibi debitâ libros nonnullos, quos clam adhuc illi servârant, ac confiscatoribus regiis subduxerant, sumere coactus fuit.* —— Postea *acceptâ iterum aliquâ pecuniâ, Aurelias sese contulit, ubique gradu utriusque juris anno* 1570. *ornatus est.* Hæc omnia (inquit author notarum) cruento illo Bartholomæi festo priora sunt. Et id quidem est certissimum. At certissimum est etiam, *Julii Cæsaris commentariorum de bello Gallico Librum primum Parisiis, apud Andream Wechelum, sub pegaso, in vico Bellovaco, anno Salutis* 1571. in 4. (18 foliis, sive 16. paginis comprehensum) prodiisse. Quo pacto hæc sibi tam apertè pugnare visa concilientur, non invenio; nisi ut putem Andream Wechelum anno 1569. [cujus initio prodierant *Philippi Cominæi de rebus gestis Ludovici XI. commentarii, ex Gallico Latini à Joanne Sleidano facti, ab Andreâ Wechelo Parisiis excusi* 1569. in 12.] religionis causâ vexari cœpisse, libris suis fuisse spoliatum, & proscriptum; postea aut alicubi latebras quæsivisse, aut fugam aliquò ornâsse [per totum annum 1570. quo nihil mihi occurrit ab illo excusum]; deinde sedatis paulùm tumultibus, ad officinam, fractam utcunque & afflictam, rediisse: in quâ (post librum unum anno 1571. & alterum anno 1572. excusum) vix se fore deinceps tutum satis & quietè suis rebus literariis vacaturum ratus, cum totâ familiâ eâque (quam ipsi suæ fortunæ calamitas reliquam fecerat) supellectile Francofurtum concessit. Ibi anno 1577. Aristotelis Organum Græcè in 4. *sibi & Thomæ Guarino excudit.* Thomas Guarinus Basileæ degebat sub Palmæ signo, quod Adriani Turnebi Adversariis ex illius officinâ emissis in fol. 1581. præfixum est.

(a) *Martini Crusii Æthiopica Heliodori historia epitome: Francofurti excudebat Joannes Wechelus, impensis Bernardi Jobini. M D LXXXIIII. in* 8. [Is Jobinus officinam habuit Argentorati; ex quâ prodierunt in 8. ann. 1588. Proverbia Salomonis carmine Latino à Pantaleone Candido reddita; & ann. 1589 Nicodemi Frischlini poemata. Jobini insigne erat laureatum caput termino insistens, cum his verbis, *sapientia constans*] *Philonis opuscula tria, de nominum in sacris literis mutatione; de formatione Evæ ex Adami latere, & utriusque lapsu; de somniis Josephi, Pharaonis, pincernæ ac pistoris; Græcè nunc primùm edita cum David. Hœschelii notis: Francofurdi, apud Joannem Wechelum, M D LXXXVII.* in 8. Charactere sanè nitido. Joannis Wecheli vidua Francofurti emisit S. Macarii Homilias Gr Lat. 1594 in 8. impensis Nicolai Bassæi typographi & civis Francofortensis, qui anno 1598. D. Basilii Orationes morales Gr. Lat. in 8 excudit, *ante annos* 40. *à regio* (ut ipse in sua præfatione notat) *Galliarum typographo Morellio publica luci datas, sed per aliquot annos inopiâ & defectu exemplarium suppressas.* Hujus Bassæi insigne erat imago Occasionis rotæ insistentis. Caille. p. 126.] „André Wechel eut plusieurs enfans de „ Marguerite Frenot sa femme, entr'autres Jean marié à une des filles de Jerosme Drouart libraire à Paris, qui en „ se retirant à Francfort avec son pere, „ emporta la moitié de l'edition de *Polybii opera Gr. Lat. cum notis Casauboni* „ in fol. en 1609. ce qui fait qu'on trouve de ce Polybe à son nom, qui est „ la mesme edition, que celle de Paris. „ Jean Wechel fils d'André imprima dans „ Francfort des l'année 1583 & ensuite „ *Diodori Siculi Biblioth. Histor Gr. Lat.* „ en 1604 & autres, qui luy ont attiré „ la reputation d'avoir esté l'un des plus „ habiles imprimeurs & libraires, qu'il „ y ait eu de son temps " Multa hìc affirmantur, quæ animadversionem non effu-

tamen obitum typi Wecheliani diu in honore permanserunt. Joannes Wechelus Francofurti; & Andreæ Wecheli hæredes Claudius Marnius & Joannes Aubrius, Francofurti primùm, postea Hanoviæ; ho-

effugiant. In notis ad Baylii Dictionarium (tom. 4. p. 2863) observatum est, Joannem Wechelum secum dimidiam Polybii Casauboniani partem auferre non potuisse anno 1573. quo à Johanne de la Caille dicitur cum patre Andreâ recessisse; quippe eo anno Casaubonus nondum erat quindecim annos natus: [Nam obiit ann. 1614. suæ ætatis 55.] Joannem porrò Wechelum Andreæ Wecheli filium non fuisse, quòd neque in ullius libri titulo, neque à Ioanne Obsopæo recenseatur tanquam Andreæ *hæres*; solos Andreæ hæredes Claudium Marnium Ioannémque Aubrium typographi illius generos ab Obsopœo nominari; Diodorum Siculum à Claudio Marnio & filiis Ioannis Aubrii anno 1604. editum esse; Ioannem Wechelum seorsim officinam typographicam habuisse, ex quâ Monlorii in Aristotelis Analytic. prior. scholia & ejusdem de entelechiâ & universis tractatus prodierunt [*Francofurti in officinâ Joannis Wecheli*, 1593.]. Hæc in notis ad Bayl. Dictionar. leguntur. Præterea observo Polybium Casauboni sub duplici quidem titulo emissum; scilicet *Parisiis cum privilegio Regis apud Hieronymum Drouardum*, 1609. & *Francofurti typis Wechelianis, apud Cl. Marnium & hæredes Jo. Aubrii*, 1609. *cum privilegio Cæsareo ad sexennium*: nullâ factâ Ioannis Wecheli mentione. Ioannes porrò Wechelus (si Andreæ filius non fuerit) aliquâ tamen cognatione eum attigisse mihi videtur; non solùm quòd ei sit idem cognomen; sed quòd insigni typographico penè consimili utatur, non autem absque aliquâ varietate. Insigne est Caduceus binis alis, anguibus & copiæ cornibus cinctus, noctuâ apicem insidente, & Minervâ juxtà adstante. Andreæ hæredibus Claudio Marnio & Ioanni Aubrio idem insigne typographicum, quod ipsi Andreæ, ipsiúsque antea patri (Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 406. lin. 15. 16.) Christiano, fuit. *Pausanias, Græcè, apud hæredes Andreæ Wecheli*. 1583. *fol.* Andreæ Wecheli hæredibus Claudio Marnio & Ioanni Aubrio Cæsareum Aristotelis imprimendi privilegium, Viennæ, xxv. Maji, anno M. D. LXXXII. datum est. Aristotelis editio illa Græcè in 4. prodiit 1587. Francofurdi, cum Friderici Sylburgii præfatione, in quâ *Andreæ Wecheli hæredes* laudat, quòd *Soceri* exemplum in optimis authoribus emittendis imitentur. Sylburgius eandem Wecheli hæredibus, quam antea Andreæ, operam commodabat; ejúsque epistolæ quibusdam libris (E. G. Virgilii operibus, 1583. in 8. Aristotelis operibus, 1587. in 4) præfixæ, *è museo Wecheliano* dabantur. Ille aliquando apud Joannem Wechelum hospitatus est, unde ad Joannem Aubrium migravit; uti ex ipsius Sylburgii epistolâ (Vide not. in Bayl. Dictionar. p. 2863) 20. Jun. 1587. datâ constat. Anutius Fœsius in suâ ad lectorem epistolâ Hippocratis editioni (*Francofurti apud Andr. Wecheli hæredes Claud. Marnium & Joan. Aubrium* 1595. in fol.) præfixâ scribit: *Joannem Aubrium typographum vigilantissimum publicæque utilitatis studiosissimum Lutetiâ duo Hippocratis exemplaria, unum Aldinum, alterum Frobenianum, ad ipsum attulisse.* Curtius Pichena, Ducis Etruriæ à secretis, in suis ad Corn. Tacitum notis *apud hæredes Andreæ Wecheli Claud. Marnium & Jo. Aubrium*, 1600. *in* 8. excusis, *Claudium Marnium typographum Francofordiensem clarissimum* salutat; & ut has (inquit) notas tibi promissas mitterem, *impulit me, præter veterem inter nos amicitiam, exquisita quadam diligentia, quam in omnibus editionibus tuis adhibes, ut nihil desiderari possit. Idque ego maximè sum expertus, qui, dum in aulâ Cæsaris diu agerem, libros tuos mihi avidè paravi.* Hôc eodem anno 1600. Epigrammatum Græcorum, cum Jo. Brod. & Vinc. Obsop. notis & Græc. Schol. libri VII. lucem aspexerunt in fol. *Francofurti apud Andr. Wecheli hæredes Claud. Marnium & Jo. Aubrium*, *M. D. C.* Epistola ad lectorem huic editioni præmissa, de quorundam typographorum *avaritiâ, quæ hanc liberalem sanè ar-*

horúmque hæredes etiam posteríque, in opus typographicum strenuè incumbentes, Wecheli memoriam interire vetuerunt.

Quod attinet ad HENRICUM STEPHANUM ROBERTÚMQUE STEPHANUM fratres, *Roberti Stephani* filios & FEDERICUM MORELLUM, Michaelis Vascosani generum; quorum primus ab anno 1554. ad annum 1598. secundus à 1556 ad (*a*) 1571. tertius à 1557. ad 1583. artem typographicam tractavit; malo lectorem ad illorum (*b*) vitas jam dudum à me conscriptas remittere, quàm actum

artem corrumpit, conqueritur, & *Wechelianorum Claud Marnii Johannisque Aubrii liberalius ingenium* laudat. Occurrunt libri [E. G. *Henrici Stephani Orationes duæ adversùs Folietam* &c. in 8. *M D LXXXIIII.*] qui, *Francfordii typis Wechelianis* excusi, typographi nullius nomen indicant. Anno 1600. exeunte, aut 1601. ineunte, Joannes Aubrius decessit. Ovidii enim Opera duob. tomis in fol prodierunt Francofurti, *typis Wechelianis*, *apud Claudium Marnium & hæredes Joannis Aubrii. M. DCI.* Horum editiones partim Francofurti, partim Hanoviæ, eodem anno datæ sunt. *Demosthen. Gr. Lat. Francof.* 1604. *fol. Horatii odæ in locos communes à Josepho Langio digesta, Hanoviæ, M DCIIII. in* 8. *Grammatic. Latin. authores, Hanoviæ, M DCV. in* 4. His authoribus additur Henrici, Galliæ regis privilegium concessum *à nostre bien aimé Claude de Marne marchant libraire demeurant à Francford, & aux heritiers de Jehan Aubri demeurans à Hanaw.* Libri igitur communibus illorum impensis editi, utriusvis loci, ubi degebant, nomen præferebanr *Jul. Cæsar. Comment. Francof. M. DCVI. in* 4. *Dion. Cass. Gr. Lat. Hanov. M DCVI. in fol. Concordant. Vet. Testam. Francof. M DCVII. in* 4. *Boet. de Consolat. philos. Hanov. M. DCVII. in* 8. *Jul. Polluc. Onomastic. quad. Gr. Lat. Hanov. M DCVIII. in* 8. Claudius Marnius & hæredes Joannis Aubrii aliquando inter se dissenserunt; ut comperimus ex Gothofredi Jungermanni epistolâ (citatâ in not ad Bayl. Dictionar. p. 2863): *Aubriani* (inquit) *rationes reddi sibi à Marnio volunt, & hæreditatem prorsus dividi; adeò ut aliquoties officina claudi debuerit, quum aliàs inter has occupationes ad calculos sedere quietè nequeant.* Claudii Marnii ante annum 1613. defuncti hæredes, seorsim à Joannis Aubrii hæredibus typographêum habuisse Hanoviæ videntur; hi tamen & illi typis Wechelianis usi sunt. *Prudentii opera, Hanoviæ apud hæredes Joannis Aubrii. M. DC. XIII in* 8. *Pausan. Gr. Lat. Hanoviæ, typis Wechelianis, apud hæredes Claudii Marnii M. DC. XIII. in fol. Quint. Smyrn. Gr. Lat. prostat Francofurti in officinâ Aubrianâ, M. DC. XIV. in* 8. *Clenard. Institut. Græc. cum not. Antesignan. Hanoviæ, typis Wechelianis, apud hæredes Joannis Aubrii. M. DC. XVII. in* 4. Hæredes Joannis Aubrii (nisi fallor) vocabantur Daniel & David, cum Clemente Schleichio associati; & typis Wechelianis Hanoviæ & Francofurti libros excudebant. *Juvenal. & Pers. cum not. Lubin. Hanoviæ, typis Wechelianis, apud Danielem ac Davidem Aubrios & Clementem Schleichium. M. DC. XIX. in* 8. *Apul. opera, Francofurti, in officinâ Wechelianâ, apud Dan. ac David. Aubrios, & Clem. Schleich. Francofurti, M. DC. XXI. in* 8. *Rutil. Itinerar. typis Wechelianis, sumptibus Danielis ac Davidis Aubriorum & Clementis Schleichii. M. DC. XXIII. in* 8. *Joseph. Scaliger. Epistolæ, Francofurti, sumptibus Aubriorum, & Clementis Schleichii. M. DC. XXVIII. in* 8 *Erasmi Adagia. Typis Wechelianis sumptibus Clementis Schleichii & Petri de Zetter. M. DC. XXIX.* Omnes hi Wecheli posteri Wechelianum symbolum typographicum suis editionibus præfigebant. Mihi autem ex proposito itinere, dum Wecheliani nominis, generis, typographeíque famam se latè spargentem prosequor, longiùs progresso jam tandem revertendum est.

(*a*) Non idem forsan fuit Robertus Stephanus, qui à 1556. ad 1571. & qui à 1571. ad 1588. libros excudit. lege Histor. Stephanor. pag. 515, 516.

(*b*) Histor. Stephanor pag. 125. 504. & Histor. Typographor. aliq. Parisiens. pag. 81.

actum agere. Quæcunque autem nova & priùs aut inobservata aut correctione digna mihi deinceps occurrerunt, ea suis quæque locis, ut in mentione librorum, quorum catalogos hi Annales exhibent, dabitur occasio, distribuam. Interim, quoniam multos librorum indices à typographis celebribus vulgatos his antè passim Annalibus interjeci, indicem ab Henrico Stephano epistolæ, quam de suæ typographiæ statu anno 1569 in 8. edidit, subjunctum prætermittere non visum fuit. Horum indicum commemorationem, non est ut quisquam, quasi futilem otiosámque prorsus & supervacaneam, damnet. Quid enim ad typographorum notitiam (quod est horum Annalium institutum) magis pertinet, quàm data ab ipsis librorum suorum notitia? Neque fortè indignati fuissent eruditi, si ab Artis inventæ initiis omnes typographi hujusmodi suarum editionum *Inventaria* (ut cum jurisconsultis loquar) excusa ad posteros transmisissent: & hôc pacto tenebras historiæ typographicæ offusas maximâ ex parte removissent. Sunt quidem generales, ex iisque nonnulli accurati admodum & minimè aspernandi, quarundam bibliothecarum catalogi; in quibus illorum typographorum libri recensentur. Quàm tamen sæpe lectorem aut fallant aut dubium dimittant, nemini rerum istarum satagenti non notissimum est. At verò catalogus ab ipso typographo conscriptus & vulgatus omnem tollit dubitationem; fidémque certiorem facit, & oculato testimonio proximam. Pauci sunt istiusmodi indices, ab uno vel altero typographo emissi; iique rarissimè occurrunt. Qui mihi fuerunt obvii, in curiosi lectoris usum exscripsi: non solùm, ut id habeat, cujus unicum suâ solâ raritate constet pretium: sed ut exinde utilitatis fructum haud mediocrem percipiat; & variam catalogos conficiendi, libros disponendi describendíque rationem à diversis veteribus typographis institutam observet; quod puto bibliothecariis non omnino inutile futurum.

Indici proximè sequenti annos, quos non addidit Henricus Stephanus, adscripsi.

INDEX LIBRORUM,
Qui ex officinâ HENRICI STEPHANI hactenus prodierunt.

Quibus inserti sunt nonnulli ex iis autoribus, quos ejus pater ROBERTUS STEPHANUS *edidit: (significati literis R. & S.) quorum paucula exemplaria apud eundem Henr. supersunt.*

Unicuique adjecta est impressionis forma, declarata verbis typographicis seu bibliopolicis: fol. significante eam quæ vulgò appellatur In folio: 4. Eam quæ vocatur In quarto: itidémque 8. In octavo: & 16. In 16. Eorum autem librorum nominibus qui minore etiam formâ sunt, subjuncta est nota p°. p°. de quâ in calce hujus indicis dicetur.

POETÆ GRÆCI.

Poetæ Græci principes heroici carminis, & alii nonnulli. HOMERUS, HESIODUS, ORPHEUS, CALLIMACHUS, ARATUS, NICANDER, THEOCRITUS, MOSCHUS, BION, DIONYSIUS, COLUTHUS, TRYPHIODORUS, MUSÆUS, THEOGNIS, PHOCYLIDES, PYTHAGORÆ aurea carmina. FRAGMENTA aliorum poetarum. In fol. gr. lit. 1566.

HENRICI STEPHANI *Tetrastichon de hâc suâ editione.*

Quæ facie invitat, plures invitat ocellos,
Quum cultu corpus compta decente nitet.
Nativo priùs hi nos illexere decore:
Illecebras cultus dat novus iste novas.

Dionysii Alexandri de situ orbis poemation, Eustathii Thessalonicensis archiepiscopi commentariis illustratum. . . R. S. In 4. 1547.

Florilegium diversorum epigrammatum veterum in septem libros divisum. Magno epi-

gram-

grammatum numero & duobus indicibus auctum. In 4. 1566.

HENRICI STEPHANI *de hâc suâ editione distichon.*

Pristinus à mendis fuerat lepor antè fugatus :
Nunc profugæ mendæ, nunc lepor ille redit.

Æschyli tragœdiæ VII. Quæ omnes multo quàm antea castigatiores eduntur, tum verò una, quæ mutila & decurtata priùs erat, integra nunc profertur. In 4. 1557.

Scholia in easdem plurimis in locis locupletata, & in penè infinita. Petri Victorii curâ & diligentiâ.

Sophoclis tragœdiæ septem unà cum omnibus Græcis Scholiis, & cum Latinis Joach. Camerarii. In 4. 1568.

Annotationes Henr. Stephani in Sophoclem & Euripidem seorsum excusæ, simul prodeunt. [in 8.] 1568.

Ejusdem HENR. STEPHANI *distichon de suis edit. Æschyli & Sophoclis.*

Æschylon edideram, Sophocles invidit: at idem
Cur ab eo posthac invideatur, habet.

Tragœdiæ selectæ Æschyli, Sophoclis & Euripidis. In 16. 1567.

Cum duplici interpretatione Latinâ, unâ ad verbum, alterâ carmine.

Ennianæ interpretationes locorum aliquot Euripidis. In 16.

Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia.

Cæterorum octo lyricorum carmina, ALCÆI, SAPPHUS, STESICHORI, IBYCI, ANACREONTIS, BACCHYLIDIS, SIMONIDIS, ALCMANIS.

Nonnulla etiam aliorum.

Editio II. Græcolatina H. Stephani, recognitione quorundam interpretationis locorum, & accessione lyricorum carminum locupletata. [in 16] 1566.

Anacreontis Teii Odæ, cum aliquot earum interpretatione Latinâ, eodem metri genere.

Autore Henrico Stephano, cujus etiam annotationes calci adjectæ sunt. . In 4. 1554.

Comicorum Græcorum sententiæ, id est γνῶμαι. Latinis versibus ab Henrico Stephano redditæ, & annotationibus illustratæ. In 8°. 1569.

Ejusdem HENR. STEPHANI *tetrastichon de his comicorum sententiis.*

Quem permixta jocis offendunt seria multis,
Quem minùs idcirco comica Musa juvat:
Paucis mixta jocis hinc seria plurima carpat.
Namque cothurnata hic plurima soccus habet.

Synesii Cyrenæi episcopi Ptolemaidis, hymni vario lyricorum versuum genere. In 8°. 1568.

GREGORII NAZIANZENI odæ aliquot. . .

Utrisque nunc primùm in lucem prodeuntibus Latinam interpretationem adjunxit Fr. Portus Cretensis. .

Psalmi Davidis aliquot, metro Anacreontio & Sapphico. Autore Henrico Stephano, cujus etiam ex officinâ prodeunt. . In 16°. 1568.

Ejusdem HENR. STEPHANI *odarion de Psalmis aliquot Davidicis à se* ἀνακρεοντειομελοποιηθεῖσι.

Anacreontis olim
Modos dedi jocosos:
Anacreonticam nunc,
Sed nil Anacreontis
Dabo lyram sonantem.
Sic æmulabor hastam
Quæ vulnus inferebat,
Addebat & medelam.
Quos sauciavit olim
Nervis chelys profanis,
Sanabit illa nervis
Aptata Christianis.

POETÆ LATINI.

P. Terentii comœdiæ, cum commentariis Ælii Donati. . R. S. In 4. 1541.

P. Virgilii Maronis opera. .

Mauri Servii Honorati grammatici in eadem commentarii, ex antiquis exemplaribus suæ integritati restituti. . .

Index eorum quæ à Servio explicantur, ita co-

copiosus ut vel dictionarii instar esse possit.			1532.
Castigationes & varietates Virgilianæ lectionis, per Joannem Pierium Valerianum.	R. S.	In fol.	1529.
Ejusdem P. Virgilii Maronis opera.	R. S.	In 8.	1540.
Q. Horatii Flacci poemata. Variæ lectiones ex vetustissimis codicibus in calce libri annotatæ.	R. S	In 8.	1544.
M. Annei Lucani poema de bello civili, libris X, ad vetustissima exemplaria emendatum, quorum etiam variæ lectiones ad calcem rejectæ sunt.	R. S	In 8.	1545.
Junii Juvenalis satyræ XVI, & A. Persii satyræ VI, ad vetustissima exemplaria emendatæ	R S.	In 8.	1544.
Disticha moralia nomine Catonis inscripta, cum Gallicâ interpretatione, &, ubi opus fuit, declaratione Latinâ. Hæc editio, præter præcedentes, non solùm recentem autoris Maturini Corderii recognitionem, sed & Græcam Maximi Planudæ interpretationem & distichorum indicem habet. Dicta sapientum septem Græciæ ad finem adjecta cum suâ quoque interpretatiunculâ. [Olivâ Rob Stephani.]		In 8.	1561.
Fragmenta poetarum veterum Latinorum, quorum opera non extant: ENNII, ACCII, LUCILII, LABERII, PACUVII, AFRANII, NÆVII, CÆCILII, aliorúmque multorum.		In 8.	1564.
Psalmorum Davidis Paraphrasis poetica nunc primùm edita, Autore Georgio Buchanano, Scoto, poëtarum nostri sæculi facilè principe. Ejusdem Davidis Psalmi aliquot in versus item Græcos nuper à diversis translati. [*De hâc editione consule Histor. Stephan. pag. 505.*]		In 8	sine anno.
Psalmorum Davidis Paraphrasis poetica nunc primùm edita, Autore Georgio Buchanano, Scoto, poetarum nostri sæculi facilè principe. Ejusdem Buchanani tragoedia quæ inscribitur Jephthes.		In 16.	1566.

Davidis psalmi aliquot Latino carmine expressi à quatuor illustribus poetis, quos quatuor regiones, Gallia, Italia, Germania, Scotia, genuerunt. In gratiam studiosorum poetices inter se commissi ab Henrico Stephano: cujus etiam nonnulli psalmi Graeci cum aliis Graecis itidem comparati in calce libri habentur.	In 4.	1556.
Theodori Bezae Vezelii poemata, quibus adjuncta sunt varia ex praestantissimis quibusdam nostri seculi poetis carmina	In 8	1569.
Artis typographicae querimonia, carmine elegiaco ab Henrico Stephano scripta. EPITAPHIA DOCTORUM quorundam typographorum, ab eodem scripta.	In 4.	1569.

HISTORICI GRÆCI.

Herodoti Halicarnassei historiae lib. IX. & de vitâ Homeri libellus. Illi ex interpretatione Laur. Vallae adscriptâ: hic ex interpretatione Conradi Heresbachii, utrâque ab Henrico Stephano recognita. Ex Ctesiâ excerptae historiae. Icones quarundam memorabilium apud Herodotum structurarum. Apologia Henrici Stephani pro Herodoto. *Ejusdem* H. STEPHANI *de hâc suâ editione distichon.* *Herodoti Latium possederat hactenus umbram,* *Nunc Latium corpus possidet Herodoti*	In fol.	1566.
Thucydidis Olori filii de bello Peloponnesiaco libri octo Unà cum scholiis Graecis suas in sedes magnâ ex parte repositis, & integritati suae restitutis plerisque in locis. Iidem Latinè, ex interpretatione Laurentii Vallae, ab Henrico Stephano recognitâ.	In fol.	1564.
Xenophontis omnia quae exstant opera, multorum veterum exemplarium ope, (quorum bonam partem bibliotheca viri illustris Huldrichi Fuggeri suppeditavit) à multis mendorum sor-		

dibus

dibus ita purgata, ut longè majore cum fructu legi, multóque faciliùs quàm antea intelligi possint.

Epistolarum Xenophontis fragmenta quædam hæc editio præter alias habet.

In Xenophontem annotationes Henrici Stephani, quibus partim varias lectiones examinare, partim mendosos quosdam (in quibus veterum codicum auxilio destitutus fuit) suæ integritati restituere conatur.

Eorundem operum interpretationem à diversis editam Henricus Stephanus partim ipse recognovit, partim per alios recognoscendam curavit, in iis potissimùm locis in quibus minùs tolerabilis esse videbatur.

Huic præfixa est ejusdem Henrici Stephani oratio de conjungendis cum Marte Musis, exemplo Xenophontis.

Hujus editionis margini appositi sunt numeri qui Græcam paginam Latinæ respondentem indicant, ut index (qui paulo superioribus accuratior operi extremo adjectus est) ad utranque editionem lectori usui esse possit. | In fol. | 1561.

Diodori Siculi bibliothecæ historicæ libri quindecim de quadraginta. Decem ex his quindecim nunquam priùs fuerant editi. | In fol | 1559.

Plutarchi Chæronensis Parallela, seu Vitæ parallelæ. id est, Vitæ illustrium virorum, quos binos quasi paria composuit. | In 8. | 1572.
Cum Latinâ interpretatione. *.

Dionysii Halicarnassei antiquitatum Romanarum libri XII. Ejusdem, de compositione seu orationis partium aptâ inter se collocatione, ad Rufum.

Ejusdem, Artis Rhetoricæ capita quædam ad Echecratem.

Item, quo genere dicendi sit usus Thucydides. | R. S. In fol. | 1547.

Ejus-

* Hæc editio Plutarchi, quæ ante annum 1572. non prodiit, nondum absoluta erat anno 1569. quo hic index editus est.

Ejusdem Responsio ad Cn. Pompeii epistolam, in quâ ille de reprehenso ab eo Platonis stylo conquerebatur. Ejusdem comparatio Herodoti cum Thucydide, & Xenophontis, Philisti, Theopompi, inter se. Ejusdem, ad Ammæum epistola, adversùs eos qui Demosthenem ab Aristotele præcepta eloquentiæ didicisse contendebant. Ejusdem, de præcipuis linguæ Græcæ autoribus elogia. (a).	In 8.	1554.
Dionis Romanarum historiarum libri XXIII, videlicet à XXXVI. ad LVIII. usque	R. S. In fol.	1548.
Appiani Alexandrini Romanarum historiarum, Celtica, Libyca vel Carthaginensis, Illyrica, Syriaca, Parthica, Mithridatica, Civilium bellorum, in libros quinque distincta. (b)	In fol.	1551.
Appiani Alexandrini Iberica, seu Hispanica, & de gestis Annibalis. Eadem Latinè, interprete Francisco Beraldo, linguæ Græcæ professore doctissimo.	(in 8.)	1560.
Ex Ctesiâ, Agatharchide, Memnone exceptæ historiæ	In 8.	1557.
Apophthegmata Græca regum & ducum, philosophorum item, aliorúmque quorundam, ex Plutarcho & Diogene Laertio.	In 16.	1568.
Epitome historiæ Dionis Nicæi, autore Joanne Xiphilino, cum interpretatione Latinâ Gulielmi Blanci.	In 8.	
Herodiani historiæ de imperio post Marcum, vel de suis temporibus, multo quàm antea emendatiores: cum interpretatione Latinâ Angeli Politiani.	In 8.	

Sunt autem inserti hi duo historici operi quod inscriptum est, Varii historiæ Romanæ scriptores, partim Græci, partim Latini, in unum velut corpus redacti.

HIS-

(a) Lege notas hujus libri editioni adjectas in Catalog. sequent. ann 1554.

(b) Hæc Appiani editio nomen Caroli tantùm Stephani præfert. Tamen credibile est junctis Caroli Stephani & Henrici Stephani operis eam prodiisse.

HISTORICI LATINI.

VArii historiæ Romanæ scriptores Latini in unum velut corpus redacti. De rebus gestis ab Urbe conditâ, usque ad imperii Constantinopolin translati tempora. CAROLI SIGONII FASTI consulares ac triumphi, à Romulo rege usque ad Tiberium Cæsarem. Ejusdem in Fastos & triumphos, id est in universam historiam Romanam, commentarius. Cui subjunctus est de nominibus Romanorum liber. C. VELLEIUS PATERCULUS, EUTROPIUS, C. SUET. TRANQUILLUS, ÆLIUS SPARTIANUS, JULIUS CAPITOLINUS, ÆLIUS LAMPRIDIUS, VULCATIUS GALLICANUS, FLAVIUS VOPISCUS, TREBELLIUS POLLIO, AMMIANUS MARCELLINUS, POMPONIUS LÆTUS, JO. BAPT. EGNATIUS. Inserti sunt autem huic operi etiam duo Græci historici; Dion Nicæus in epitomen à Xiphilino redactus, & Herodianus, uterque Latinâ interpretatione.	In 8.	1568.
Gentium & familiarum Romanarum stemmata, Richardo Streinnio Barone Schwarzenavio autore Ad illustrissimum principem Carolum Archiducem Austriæ.	[in-fol.]	1559.

ORATORES GRÆCI.

THemistii (Euphradæ ab eloquentiâ cognominati) orationes XIIII. Harum sex posteriores, sunt novæ: cæteræ emendatiores quàm antea prodeunt.	In 8.	1562.
Polemonis, Himerii & aliorum quorundam declamationes, nunc primùm editæ	In 4.	1567.

ORATORES LATINI.

ORationes aliquot Ciceronis seorsum excusæ, in puerorum gratiam. . . R. S. In 8. (*a*).

Orationes seu conciones ex Græcis Latinisque historicis collectæ: cum indice earum artificiosissimo & utilissimo, quo velut in quosdam communes locos earum argumenta reducuntur. (*b*). . . . In fol. 1570.

PHILOSOPHI GRÆCI.

ARistotelis & Theophrasti scripta quædam, quæ vel nunquam antea, vel minus emendata quàm nunc edita fuerunt. . In 8. 1557.

Plutarchi opuscula quæ moralia vocantur. Cum Latinâ interpretatione. (*c*). In 8. 1572.

Maximi Tyrii philosophi Platonici Sermones sive Disputationes XLI. Cum Latinâ interpretatione Cosmi Paccii archiepiscopi Florentini, ab Henrico Stephano quamplurimis in locis recognitâ. . . In 8. 1557.

Sexti philosophi Pyrrhoniarum hypotyposeωn libri III, quibus in tres philosophiæ partes severissimè inquiritur. . .

Libri magno ingenii acumine scripti, variâque doctrinâ referti: Græcè nunquam, Latinè nunc primùm editi, interprete Henrico Stephano. . . . In 8. 1562.

(*a*) Vide Annal. Typogr. Tom. 2. p. 467 490. Vix ullia vidi harum orationum seorsim excusarum exemplaria. Una mihi occurrit pro lege Manilià. 1533.

(*b*) Dubito; an hæc editio anno 1569. (quo hic index prodiit) emissa fuerit; nam ejus titulus habet 1570. Sed solent nostri typographi (& antiqui etiam forsan solebant) libris (quorum editio anno exeunte finem accipit) anni, non tunc decurrentis & penè finiti, sed sequentis & penè incepti, notam præfigere.

(*c*) Vide prius Plutarch. Vit. inter Historic. Græc.

AD JURISPRUDENTIAM PERTINENTES LIBRI.

Imperatoris Justiniani, Justini, Leonis novellæ constitutiones. Justiniani Edicta. Justiniani quidem opus antea editum, sed nunc primùm ex vetustis exemplaribus studio & diligentiâ Henrici Scrimgeri Scoti restitutum atque emendatum, & viginti tribus Constitutionibus, quæ desiderabantur, auctum. Cui & edicta ejusdem imperatoris, non priùs edita, tanquam corollarium, accesserunt. Justini autem & Leonis Constitutiones (quæ & ipsæ in antiquis codicibus novellæ cognominantur) nunquam antea in lucem prolatæ.	In fol.	1558.
Imperatoris Leonis Augusti Constitutiones novellæ, aut correctoriæ legum repurgationes, Latinæ nunc primùm ab Henrico Agylæo factæ. Imp. Justiniani Edicta. Imp. Justini Constitutiones aliquot. Imp. Tiberii Constitutio una. Imp. Zenonis Constitutio una. Eodem interprete. Hujus editionis margini appositæ numerorum notæ paginas Græci exemplaris indicant ab Henrico Stephano excusi.	In 8.	1560.
Gulielmi Budæi annotationes in quatuor & viginti Pandectarum libros, postremùm auctæ & recognitæ. [*Vascosan. pro R. S. & Roigny.*]	In fol.	1543.
Ejusdem Budæi DE ASSE & partibus ejus libri quinque, ab eo novissimè & recogniti & locupletati. [*Vascosan. pro R. S. & Roigny.*]	In fol.	1542.
Gulielmi Budæi Forensia. Forensium verborum & loquendi generum quæ sunt à Gulielmo Budæo proprio commentario descripta, Gallica de foro Parisiensi sumpta interpretatio. Gallicus forensium verborum index; cui ex		1544.

adverso respondet Latina ex Gulielmi Budæi Forensibus collecta interpretatio. . R. S. In fol. 1545.

MEDICI,

Aut ad Medicinæ Artem Pertinentia Scripta.

ALexandri Tralliani libri XII.

Rhazæ de pestilentiâ libellus, ex Syriacâ linguâ in Græcam translatus. . R. S. In fol. 1548.

Medicæ artis principes, post Hippocratem & Galenum. . .. . In fol. 1567.

Græci Latinitate donati, ARETÆUS, RUFUS EPHESIUS, ORIBASIUS, PAULUS ÆGINETA, AETIUS, ALEX. TRALLIANUS, ACTUARIUS, NIC. MYREPSUS.

Latini, CORN. CELSUS, SCRIB. LARGUS, MARCELL. EMPIRICUS.

Aliíque præterea, quorum unius nomen ignoratur.

Index non solùm copiosus, sed etiam ordine artificioso omnia digesta habens.

Hippocrat. aliquot loci cum Corn. Celsi interpretatione.

HENR. STEPHANI *de hâc suâ editione tetrastichon:*

Quærere quos ægri per compita multa solebant,
Hospita nunc per me est omnibus una domus.
Prima saluti feræ medicorum est gratia dextra:
Sistenti medicos nónne secunda mihi?

Dictionarium medicum, vel, Expositiones vocum medicinalium, ad verbum excerptæ, Ex Hippocrate, Aretæo, Galeno, Oribasio, Rufo Ephesio, Aetio, Alex. Tralliano, Paulo Æginetâ, Actuario, Corn. Celso. Cum Latinâ interpretatione.

LEXICA duo in Hippocratem huic Dictionario præfixa sunt, unum EROTIANI, nunquam antea editum: alterum, GALENI, multo emendatiùs quàm antea, excusum. [in 8.] 1564.

De

De dissectione partium corporis humani, libri tres, à Carolo Stephano, doctore medico, editi. Unà cum figuris & incisionum declarationibus à Stephano Riverio chirurgo compositis. [*Apud Sim. Colinæum.*]	In fol.	1545.

GRAMMATICI GRÆCI,

AUT SCRIPTA AD GRAMMATICAM GRÆCAM PERTINENTIA.

ALphabetum Græcum, cum Theodori Bezæ scholiis, in quibus de germanâ Græcæ linguæ pronuntiatione disserit. [*olivâ Rob. Stephani*]	In 8.	1554.
Manuelis Moschopuli liber de ratione examinandæ constructionis.	R S In 4.	1545.
Institutiones linguæ Græcæ, Nicolao Clenardo autore.	R. S. In 4.	1549.
De puerili Græcarum literarum doctrinâ liber, Lodoico Enocho autore.	R. S. In 8.	1555.
Ciceronianum Lexicon Græco-Latinum. Id est, Lexicon ex variis Græcorum scriptorum locis à Cicerone interpretatis collectum ab Henrico Stephano. Loci Græcorum autorum cum Ciceronis interpretationibus.	In 8.	1557.
Dictionarium medicum, seu Expositiones vocum medicinalium, vide paulo antè inter scripta ad medicinæ artem pertinentia.		
Thesaurus linguæ Græcæ, ab Henrico Stephano constructus ad exemplar Thesauri linguæ Latinæ à Rob. Stephano patre suo editi, brevi in lucem (Deo juvante) proditurus.	In fol. [*prodiit* 1572.]	

Henrici Stephani annotationes in Sophoclem & Euripidem.
Quibus variæ lectiones examinantur & pro mendosis emendatæ substituuntur.

Ejusdem Tractatus de orthographiâ quorundam vocabulorum Sophocli cum cæteris tragicis communium.

Ejusdem Dissertatio de Sophocleâ imitatione Homeri. [*Vide priùs inter poet. Græc.*]

Ejusdem distichon de suis illis annotationibus.

Spuria germanis primum est dignoscere verba.
Germana est tibi mens elicienda dehinc.

GRAMMATICI LATINI,

AUT SCRIPTA AD GRAMMATICAM LATINAM PERTINENTIA.

MAuri Servii Honorati commentarii in Virgilium. Vide suprà in poetarum catalogo.		
Ælii Donati antiquissimi & celeberrimi grammatici commentarii in Terentium. [*Vide etiam priùs in poetarum catalogo.*] .	R. S. In 4.	
Ælii Donati de octo partibus orationis libellus. . . .	R. S. In 8.	1536.
Prima pars grammaticæ Johannis Despauterii Ninivitæ, diligentissimè recognita.	R. S. In 4.	1550.
Syntaxis Johannis Despauterii Ninivitæ, quartò edita. . .	R. S. In 4.	1550.
Rudimenta prima Latinæ grammatices, Joanne Pellissone Condriensi autore. (*a*).	R. S. In 8.	
Contextus universæ grammatices Despauterianæ, Joanne Pellissone Condriensi autore. (*b*)	R. S. In 8.	
Rudimenta grammaticæ de partium orationis declinatu, ab autore Maturino Corderio recognita & aucta. Appendix ejusdem Corderii ad suum rudimentorum libellum, nunc primùm edita. (*c*)	In 8.	

Col-

(*a*, *b*, *c*,) Hos libros nondum vidi. Horum quidem primum & secundum vidi, sed apud Carol. Stephanum excusos, illum 1560. hunc 1559.

Colloquiorum ſcholaſticorum libri IIII, ad pueros in ſermone Latino paulatim exercendos, autore Maturino Corderio. Colloquiorum ſeu dialogorum Græcorum ſpecimen, autore Henrico Stephano. (a)		In 8.	
Paraphraſis ſeu potiùs epitome, inſcripta deſiderio Eraſmo Roterodamo, luculenta juxtà ac brevis, in Elegantiarum libros Laurentii Vallæ, ab ipſo recognita. Cum Gallicâ tum dictionum, tum loquutionum expoſitione. Cui addita eſt FARRAGO SORDIDORUM VERBORUM, ſive Augiæ ſtabulum repurgatum, per Cornelium Crocum.	R. S.	In 8.	1548.
Ars verſificatoria Hulderici Huteni	R. S.	In 8.	1526.
Dictionariolum puerorum Latino-Gallicum, ex poſtremâ recognitione Rob. Stephani: in quâ illorum conſilio qui quotidiano & aſſiduo uſu in docendis juvenibus exercitatiſſimi ſunt, adjecta eſt ſingulorum Verborum conſtructio, Nominúmque regimen: nec non dicendi formulæ, ſinè quibus varia illorum ſignificatio rectè dignoſci non poterat. Huic ſubjunctum eſt Dictionariolum Gallico-Latinum, ex poſtremâ ejuſdem recognitione.	R S.	In 4.	1557.
Dictionarium propriorum nominum virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, fluviorum, montium, cæterorúmque locorum quæ paſſim in locis profanis leguntur.	R. S.	In 4.	1541.
De vaſculis libellus, adoleſcentium causâ ex Bayſio decerptus, additâ vulgari Latinarum vocum interpretatione.	R. S	In 8.	1547.
De re hortenſi libellus, vulgaria herbarum, florum ac fruticum qui in hortis conſeri ſolent, nomina, Latinis vocibus efferre docens, ex probatis autoribus: in adoleſcentium gratiam, multo quàm antea locupletior factus. Cui nuper additus eſt alius de cultu & ſatione hortorum.	R. S.	In 8.	1545.

Se-

(a) Vide notam præcedentem.

Seminarium & Plantarium fructiferarum præsertim arborum, quæ post hortos conseri solent, denuo auctum & locupletatum. Huic accessit alter libellus de conserendis arboribus in seminario, déque iis in plantarium transferendis atque inserendis. .	R. S. In 8.	1547.
De Latinis & Græcis nominibus arborum, fruticum, herbarum, piscium & avium liber: ex Aristotele, Theophrasto, Dioscoride, Galeno, Aetio, Paulo Æginetâ, Actuario, Nicandro, Athenæo, Oppiano, Æliano, Plinio, Hermolao Barbaro, & Joanne Ruellio: cum Gallicâ eorum nominum appellatione. Tertia editio. (*a*) . .	R. S. In 8.	1547.
Adagiorum chiliades quatuor cum sesquicentum, Des. Erasmi Roterodami. Hæc editio multos Græcorum Latinorúmque autorum locos emendatiores quàm in aliis sint editionibus, indicem item longè locupletiorem habet. HENRICI STEPHANI Animadversiones in Erasmicas quorundam Adagiorum expositiones. . . .	R S. In fol.	1558.
Jani Parrhasii liber de rebus per epistolam quæsitis. HENRICI STEPHANI *tetrastichon de hôc Jani Parrhasii aliísque quibus poëtas illustravit libris.* *Si migrare animas aliena in corpora nostras* / *Veridico Samius protulit ore senex*, / *Migrâsse in Janum Latiorum pectora vatum*, / *Aut vatem Oedipodis more fuisse reor.* Francisci Campani Quæstio Virgiliana adjuncta est. . . .	[in 8.]	1567.
Francisci Hotomani commentarii in aliquot Marci Tullii Ciceronis orationes. [*Olivâ Roberti Stephani.*] . . .	In fol.	1554.
In M. T. Ciceronis quamplurimos locos castigationes HENRICI STEPHANI: partim		

cx

(*a*) Hujus editionis mentio fit in Catalog. Biblioth. Græv. p. 182.

ex ejus ingenio, partim ex vetustissimo quodam & emendatissimo exemplari. . In 8. 1557.

SACRA SCRIPTA,

AUT, QUÆ AD EA PERTINENT.

HEBRAICA,

AUT AD HEBRAICAM LINGUAM PERTINENTIA: NONNULLA ITEM AD CHALDAICAM, ET SYRIACAM.

Biblia Hebraica, in quibus duodecim parvi qui vocantur prophetæ, adjunctos habent commentarios R. David Kimhi, à Francisco Vatablo, Hebraicarum literarum doctiss. professore regio, accuratissimè emendatos, & locorum Scripturæ passim citatorum annotatione illustratos. . . . R.S In 4. 1539-1544.

Biblia Hebraica. . . R.S. In 16. 1544-1546.

Prophetæ quinque, Osee, Joel, Amos, Abdias, Jonas, cum Thargum, id est Chaldaica paraphrasi Jonathan, & commentariis Rabbi Selomoh Iarhi, R. Abraham Aben Ezra, & R. David Kimhi, variis lectionibus ex multorum exemplarium diligente collatione in margine descriptis. . . . R S. In 4. 1556.

Alphabetum Hebraicum, in quo literæ Hebraicæ describuntur, punctorum vocalium, accentuum forma & vis: cum appellatione syllabarum & dictionum Hebraicarum.
Ex Antonii Cevallerii Hebraicarum literarum professoris recognitione. . [In 8.] 1566.

Hebraicæ linguæ rudimenta, accuratâ methodo & brevitate conscripta Eorundem rudimentorum praxis, quæ vivæ vocis loco esse possit. Omnia recognita & aucta ab ipso autore Antonio Rodolpho Cevallerio, ejus linguæ professore

De Hebraicâ Syntaxi Canones generales nunc primùm editi . . .	In 4.	1567.
Hebraicarum inſtitutionum libri IIII. Sancte Pagnino Lucenſi autore, ex R. David Kimhi priore parte מכלול, quam חלק הדקדוק inſcripſit, ferè tranſcripti. . .	R. S. In 4.	1549.
Inſtitutionum Hebraicarum abbreviatio, M. Sancte Pagnino Lucenſi autore.	R. S. In 8.	1546.
Theſaurus linguæ Sanctæ, ex R. David Kimhi ספר השרשים, Sancte Pagnino Lucenſi autore. . . .	R. S. In 4.	1548.
Grammatica Chaldæa & Syra, Immanuelis Tremellii, Theologiæ doctoris & profeſſoris in ſcholâ Heidelbergenſi. . .	In 4.	1569.
Syriaca interpretatio Teſtamenti Novi, Hebraicis typis deſcripta, pleriſque etiam locis emendata, necnon ſermone Latino reddita, ab Immanuele Tremellio theologiæ doctore & profeſſore in ſcholâ Heidelbergenſi. Appoſitus eſt autem è regione Græcus Textus, necnon ejus interpretatio. . . .	In fol. grandibus literis .	1569.

G R Æ C A.

Novum Teſtamentum, adſcriptas habens varias lectiones ex collatione exemplarium XVI. . . .	R. S. In fol.	1550.
Idem ad fidem illorum veterum exempl. diligentiſſimè excuſum. . .	R. S. In 16.	1549.
Novum Teſtamentum cum interpretatione & annotationibus Theodori Bezæ. .	In fol.	1565.
Novum Teſtamentum cum interpretatione Theodori Bezæ, & ſummis brevibus doctrinæ unoquoque Evangeliſtarum & Act. Apoſtolicorum loco comprehenſæ: necnon cum brevi explicatione methodi Apoſtolicarum epiſtolarum.	In 8	1565.
Juſtini philoſophi & martyris, ſcriptoris perantiqui, opera. . .	R. S. In fol.	1551.

Athe-

Athenagoræ Atheniensis philosophi Christiani Apologia pro Christianis, ad imperatores Antoninum & Commodum: Ejusdem, De resurrectione mortuorum. Ex antiquis exemplaribus libellus ille nunc primùm profertur, hic autem castigatior quàm antea editur. Eorundem libellorum interpretatio Latina, hujus quidem à Petro Nannio, illius autem à Conrado Gesnero. . . .	[in 8.]	1557.
Eusebii Pamphili Ecclesiasticæ historiæ libri X. Ejusdem de vitâ Constantini libri V. Socratis Scholastici Ecclesiasticæ historiæ libri VII. Theodoriti Episcopi Cyrensis Ecclesiasticæ historiæ libri V. Collectaneorum ex historiâ ecclesiasticâ Theodori lectoris, libri II. Hermiæ Sozomeni libri IX. Evagrii Scholastici libri VI. .	R. S. In fol.	1544.
Eusebii Pamphili, Evangelicæ præparationis libri XV. . . .		1544.
Ejusdem, Evangelicæ demonstrationis libri X . . .	R. S. In fol.	1545.

LATINA.

Biblia Latina ex tralatione quæ vetus appellatur, diligentissimè cum multis pervetustis exemplaribus collata: quorum variæ lectiones margini adjectæ sunt. Icones structurarum quæ in Bibliis describuntur . . .	R. S In fol.	1540.
Biblia ex duplici tralatione, vetere & novâ, eâque ex prælectionibus Francisci Vatabli emendatâ. Unde magnâ ex parte sumptæ annotationes, eorundem textui circunjectæ sunt.	R. S. In 8. valde minutis literis.	1545.

Bibliorum vulgata editio, in quâ juxta Hebraicorum versuum rationem singula capita ver-

ſibus diſtincta ſunt, numeris præfixis qui reſpondent iis quos annotatos habent Concordantiæ.	R. S. In 8.	1555.
Pſalmi Davidis, ex tralatione Sanctis Pagnini & veteris interpretis: cum annotationibus diffuſioribus quàm quæ in Bibliorum volumine habebantur. . .	R. S. In 8.	1556.
Geneſis cum catholicâ expoſitione Eccleſiaſticâ, ab Auguſtino Marlorato collectâ.	(in fol)	1562.
Pſalmi Davidis cum catholicâ expoſitione Eccleſiaſticâ: ab eodem Aug. Marlorato collectâ. Cantica ex diverſis Bibliorum locis, cum ſimili expoſitione. . .	(in fol.)	1562.
Eſaiæ prophetia, cum catholicâ expoſitione Eccleſiaſticâ, ab eodem Aug. Marlorato collectâ. Adjectus eſt index locuples & artificiosè digeſtus, huic Expoſitioni communis cum ejuſdem generis expoſitionibus in Geneſin & in Pſalmos ante hac ab eodem Marlorato editis.	(in fol.)	1564.
Novi Teſtamenti catholica expoſitio Eccleſiaſtica, id eſt, ex variis probatis theologis excerptâ, ab Auguſtino Marlorato. Sive BIBLIOTHECA EXPOSITIONUM Novi Teſtamenti. Id eſt, Expoſitiones ex probatis omnibus theologis collectæ, & in unum corpus ſingulari artificio conflatæ: quæ inſtar bibliothecæ multis expoſitionibus refertæ eſſe poſſint. Editio II. . . .	In fol.	1564.
In Matthæum, Marcum, & Lucam commentarii ex Eccleſiaſticis ſcriptoribus, qui ſunt novæ gloſſæ ordinariæ ſpecimen .	R. S. In fol.	1553.
Hebræa, Chaldæa, Græca & Latina nomina virorum, mulierum, populorum, idolorum, urbium, fluviorum, montium, cæterorúmque locorum quæ in Bibliis leguntur, reſtituta: cum Latinâ interpretatione Locorum deſcriptio ex coſmographis. Index in Biblia, id eſt, rerum & ſententiarum quæ in iiſdem continentur. .	R. S. In 8.	1537.

Phra-

Phrases Hebraicæ, seu Hebraica loquendi genera, quæ in veteri præsertim Testamento passim leguntur, ex commentariis Hebræorum aliísque doctissimorum virorum scriptis explicata. . . .	R. S. In 8.	1558.
Concordantiæ librorum veteris & novi Testamenti, novæ, id est ab integro ex ipso textu excerptæ, ac multis partibus auctiores superioribus.	R. S In fol.	1555.

Nota illa p°. p°. significat in parvo parvo, ita vocantibus quibusdam bibliopolis libros qui minore sunt formâ quàm qui appellantur in 16.

Observavi (*a*) jam pridem typographis veteribus eandem non fuisse catalogos suos construendi rationem. Duo præterea hìc mihi occurrunt adnotanda. 1. Quod iis diversus sit libros enuntiandi modus: brevior (*b*) aliquando, cùm tractatus & authoris nomen tantùm exprimatur; aliquando diffusior, cùm tota prima ferè libri pagina sive titulus ad verbum recitetur. Hôc modo usus est plerunque in Indice præcedente *Henricus Stephanus*. Mihi quidem modus ille tantùm deficere videtur, quantùm hic abundare. Tum sanè liber in catalogo rite enuntiatur, ubi ad dandam libri ideam nihil desit, nihil supersit. 2. Quòd inter catalogorum structores, qui libros juxta scientiarum artiumque classes disponunt, de ordine minimè conveniat. Henricus Stephanus à prophanis orditur, in sacra desinit: (*c*) alii à sacris incipientes ad prophana transeunt. Neque aut illis, quòd posteriorem teneant locum, honor minuitur; aut his, quòd priorem, augetur. In pompis enim solennibus claudunt agmen, qui dignitate sunt potiores De generali scientiarum artiumque (*d*) distributione in Theologiam, juris-prudentiam, Historiam, Philosophiam, & Literas humaniores, plerique consentiunt: verùm cùm illæ in alias partes, eæ in particulas minores, tum hæ porrò in minimas dividendæ sint, sententiis ita variatur, ut, si singula, quibus alii ab aliis diffident, persequi vellem, nugari forsan me potiùs putarem quàm prodesse. Ea interim suos libris locos assignandi ratio videtur mihi potissima, quâ cavetur, ut, neque duntaxat

(*a*) Vide Annal. Typograph. Tom. 2. pag 461. 462. & præfat. pag. IV. V.

(*b*) Vide Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 421.

(*c*) Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 471. 521.

(*d*) Consule Catalogos celebriores Bibliothecarum Thuanæ & Tellerianæ; ac Catalogum Manuscriptum Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, quem, cùm aliquot abhinc annis Parisiis agerem, evolvi.

* Notat hic, ni fallor, *Apollodori editionem Græc. Lat.* in 8. *Romæ, apud Antonium Bladum.* 1555.

1557. (*a*) PETRUS ANTESIGNANUS; JOANNES GROS & (*b*) PETRUS MICHEL: Pinensis Reip. Dominos epistola, Lausannæ Idibus Februarii 1583. data: in titulo libri conspicitur quædam sylvæ effigies; & vir arborem mediam reliquis sublimiorem conscendens, ut coronam in ejus apice positam prehendat. Illi libro (scil. Demosthen. Orat.) præfigitur figura *vera Religionis*, qualem in Theodori Bezæ epigrammatibus legimus descriptam hôc dialogo decasticho.

Quænam, age, tam lacero vestita incedis amictu?
Religio, summi filia vera Patris.
Cur vestis tam vilis? opes contemno caducas.
Quis liber hic? Patris verba sacrata mei.
Cur nudum pectus? decet hoc candoris amicam.
Cur innixa cruci? crux mihi grata quies.
Cur alata? homines doceo super astra volare.
Cur radians? mentis discutio tenebras.
Quid docet hoc frænum? mentis cohibere furores.
Cur tibi mors premitur? mors quia mortis ego.

Hoc epigramma Gallicis carminibus redditum in plerisque Psalmorum ad usum congregationum Protestantium excusorum editionibus occurrit.

(*a*) *Clenard. Institut. & meditat in Græc. Ling. Lugduni, per Petrum Antesignanum. M. D. LVII* in 4. Et ad calcem Institutionum, *Lugduni excudebat Matthias Bonhomme, M. D. LVI.* Initio Insigne præfigitur VIRGULA DIVINA [De quâ consule Erasm. Adag. sub titul. *Bon. Fortun.*] cum his sententiis, Hebræâ (ex Psalm 4 v. 6.) נסה עלינו אדר פניך יהוה & Græcâ 'ΕΠΙΣΤΗ'ΜΗ ΠΛΟΥΤΙ'ΖΕΙ. Petrum Antesignanum librariorum albo inserui, quòd ipse suum nomen in eâ subscripserit tituli parte, ubi sua solent librarii. An verò hujusmodi artem exercuerit, aut mercaturam fecerit, adhuc dubito. * Hic fuit Rapistagnensis [*de Rabasteins, petite ville de Languedoc, au Diocese d'Albi*], grammaticus optimus; qui, *dum* † *doctrina opinionem affectabant alii, ipse pro suâ virili parte puerorum & formandis & promovendis studiis omnem suam operam addixit.* Scholia & praxin (insigne laboris, eruditionis & industriæ specimen) in Græcas Clenardi institutiones (quibus præfixit epistolam ad Petrum Labadensem, Lugduni, 4. Id. April. 1554. datam) conscripsit, curâ postea Friderici Sylburgii (Hanoviæ, typis Wechelianis, apud hæredes Joannis Aubrii, M. DC. XVII. in 4.) recusas. Antesignani industria sinistram Adriani ‡ Baillet censuram non effugit. Antesignanus ‖ tribus ex illis, quos in suo literario Lugduni erudiebat, discipulis inscripsit suas in fabulas *⁎ Terentianas lucubrationes. His imprimendis privilegium in ** Mathiæ Bonhomme, cujus operâ utebatur, gratiam anno 1556. impetravit; & anno 1560. emisit triplex poëtæ hujus exemplar. Primum notulas continet, & singularum scenarum argumenta; secundum his adjicit omnium ferè, qui in Terentium aliquid ediderunt, commentarios; Tertium compendiosam ex omnium interpretum commentariis expositionem & Gallicam præterea trium priorum comœdiarum translationem complectitur. †‖ Antesignanus Latinarum Græcarúmque cognitioni Hebræarum etiam peritiam conjunxit; ideóque Baylius eum in Colomesii Galliâ Orientali fuisse prætermissum miratur.

(*b*) Hic Petrus, non dubito, quin affinis fuerit illius Johannis, cujus hæredes anno 1556. artem exercuisse dicuntur.

* Lege Diction. de Bayle. Tom. 1. p. 341.

† Præfat. Antesignan. in Terent. 1560. 4

‡ Jugem. des Sav. Tom. 2. pag. 623. *Les grammaires universelles de Scot & d'Antesignan sont mal digerées, sans aucun ordre, sans aucuns principes, & remplies de tant de choses ou inutiles ou embarassantes, qu'on ne se peut presque resoudre à les lire.*

‖ Antonio, Theophilo & Joanni Saræis fratribus.

*⁎ Singulis omnium fabularum versibus exactam pedum rationem ad interiorem marginem apposuit; singulisque vocabulis hyperdissyllabis accentus affixit.

** Hunc Baylius in Dictionario vocat *Matthieu Bonhomme.*

†‖ *Simler. in Epitom. Bibliothec. Gesner.* Petri Antesignani epistola Hebræa ad P. Costum, cum ejus libro de Messiâ impressa. De ratione Græci carminis, & quædam alia.

Pictavii. 1552. Boucheti Fratres.

A typographis, qui in Galliâ artem excoluerunt, pergo ad illos, quos in aliis Europæ partibus floruisse accepimus. Inter Italos, *Aldi Pii Manutii* Romani famam noménque continuaverunt illius posteri. Inter Allobrogas, dum Genevæ *Calvinus* cum suis fidem & politiam refingit, Joannes Crispinus typographiam reformat. Inter Belgas, dum tremendum inquisitionis tribunal severam in libros exercet quæstionem, nequid adversùs Romanæ sedis edicta peccent, Christophorus Plantinus Antwerpiæ censurâ laudabili curam adhibet, ne quid in literas peccati admittatur.

(a) *Aldo Manutio* (b) *Romano, ejusque filiis atque hæredibus, quantum erudita respublica & renascentes præsertim Græcæ literæ debeant, nemo panlò humanior est, qui nesciat.* Aldo seniori anno (c) 1515. successit in ejusdem ædibus Andreas Asulanus socer, qui ejus socius ab anno (d) 1501. fuerat: Librique ex Aldinâ officinâ prodeuntes exhibuerunt subscripta hæc verba, *in ædibus Aldi & Andreæ Asulani soceri*, usque (e) ad annum ferè 1530; deinde, *in ædibus hæredum Aldi Manutii & Andreæ Asulani soceri*, nescio an ultra (f) annum 1540; postea, *apud Aldi filios*, usque ad annum (g) 1555. Anno 1554. & deinceps hanc lego subscriptionem (h), *in ædibus Pauli Manutii, Aldi filii.*

Paulus Manutius *Aldi* filius, anno circiter (i) 1512. natus, *sub*

(a) Phil. Labb. Nov. Biblioth. pag. 389. ubi addit *Catalogum librorum, qui ex Aldinâ bibliothecâ prodierunt, extare; sed se, ubi & quo anno editus sit, cùm in manus suas nondum venerit, prorsus ignorare.*

(b) Author Notar. in Jugem. des Sav. de Baillet. tom. 1. pag. 347.] „ Alde, „ quoique né à Bassano dans la Marche „ Trevisane, & par cette raison appel- „ lé *Bassianus*, aima mieux dans la suite „ être appellé *Romanus*. Il y joignit „ peu après le nom de *Manutius*, & „ depuis en reconnoissance de la prote- „ ction dont l'honoroit le prince de Car- „ pi Alberto Pio son disciple, il prit „ aussi le nom de *Pius*, devenant par „ ce moyen *Aldus Pius Manutius Roma-* „ *nus*. On peut voir cette gradation a- „ greablement contée dans la XI. orai- „ son de Majoragius. Aldus tamen, quamvìs se Romanum appellari sæpius maluerit, loci natalis nomen non semper dissimulavit; imò utrumque aliquando conjunxit: διξιότητι Ἄλδου Μανουκίου τοῦ Βασσιανέως; *Aldus Manutius Bassianâs Romanus*; Lege Annal. Typograph. Tom. 1. pag. 241. 245. Et Jugem des Sav. Tom. 6. pag. 318. & ibidem notas editoris accuratissimi.

(c) Lege Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 53. Sed Almeloveen. in Vit. Steph p. 215. & Baillet. in Jugem. des Sav. Tom. 1. p. 347. scribunt Aldum obiisse anno 1516. utì & Mallincrot. de Typograph. p. 91. ex Jacob. Tirin.

(d) Annal. Typogr. Tom. 2. p. 46.

(e) Ibid. p. 150. & p. 715 scilicet, ann. 1501. 1529.

(f) Ibid. p. 788. & Ibid. Tom. 3. scilicet, ann. 1533. 1540.

(g) Vide Ibid. Tom. 3. ann. 1545. 1554. 1555.

(h) Jovit. Rapic. de num. Orator. 1554.

(i) Nam epistolam ad Gulielm. Paccium sic concludit: *Vale, Venetiis. M. D. XXXIII. prid. id. Jun. qui mihi primus dies est anni XXI.* Consule *Paul. Manut. Epistol. edit. in ædibus Manutianis.* 1571. in 8. pag. 267.

(*a*) *sub patris ipsius moderatione, Erasmóque praeceptore, annos pueritiæ transegit.* Mihi tamen videtur annos infantiæ potiùs quàm pueritiæ sub patris (qui post ejus natalem annos quatuor non numeravit) moderamine egisse. Quamdiu & quantum sub *Erasmo* profecerit, non satìs adhuc mihi est compertum: dubitóque an post *Aldi senioris* mortem (*b*) *Erasmus* ullam in Aldinâ familiâ moram longam traxerit. (*c*) Quidam putant *Baptistam Egnatium* in *Paulo* bonis literis erudiendo multum contulisse. Sed quid ipse de suorum studiorum initiis & progressu *Paulus* scripserit, attendendum est. (*d*) *Equidem, ut, quod res est, aperiam, fateor à primâ pueritiâ ita me in literis esse versatum, ut unam maximè spectarem eloquentiam, unam colerem, unam admirarer: atque hôc me studio satìs meâ sponte flagrantem acriùs inflammabant ii, qui tum homines vivebant,*

(*a*) Zeltner. Corrector. Centur. p. 332. Ubi hæc leguntur: *Quandiu in familiâ paternâ idem vixit, tamdiu, quamvìs in matrimonio jam constitutus, adstitit ei in opere typographico, corrigendo præcipuè, tum verò etiam aliis negotiis agendis. Atque id etiam non sinè causâ gravissimâ, nam diligentiam accuratam requirebat Aldus* &c. At verò quam operam patri præstaret, non satìs intelligo, cùm in patris obitu nondum esset quadrimus Neque ergo sunt verisimilia, quæ in historiâ de la Caille (pag. 25.) occurrunt: *Il imprima aussi avec André son beau-pere Biblia sacra des LXX. en Grec in-fol.* 1518. Ob ætatem sanè erat tum multo junior, quàm qui illius operis curandi particeps esse potuerit. Præterea *Andreas* non erat (*beau-pere*) socer Pauli, sed *Aldi Romani*.

(*b*) Erasmus Lovanii degens anno 1519. [Annal. Typograph. Tom. 2. pag. 135.] Paulum Manucium, tunc septennem, sub *Manucioli* (ut puto) appellatione diminutivâ, suo nomine salutari jussit. Aldo seniori tres fuere filii, [Vide Annal. Typogr. Ibid.] Manucius primogenitus, Antonius, & Paulus: quem natu minimum Aldus genuit ætate jam valde affectâ, quippe tum oportet eum annos numeravisse plùs minùs sexaginta quinque. Hìc integrum de Aldo patre & Paulo filio locum ex Jac Philip. Bergom. supplemento Chronic. [edit. ann. 1535. pag. 435] exscribere non pigebit. „ Aldus Manutius Romanus, vir admodum eruditus „ & diligens, primus artem impressoriam „ nobilem fecit: cui, quòd viros doctos „ aluerit, amârit, summo honore affecerit, plurimum debemus; eorum enim „ operâ ac diligentiâ in emendandis voluminibus tum Græcis tum Latinis utebatur; atque ob hoc à Leone X. Pont. „ Max plurimùm amatus, ut etiam persæpe familiariter Aldum suum per literas concitaret ac cohortaretur. Cæterùm quod ad artem suam spectat, tam „ curiosus fuit ac diligens, ut paulò antequam nobis eriperetur, characteres argenteos mirâ dexteritate efformârit; „ quòd existimaret argentum ipsum vivacius atque integre magìs formas literarum referre, quàm aut plumbum aut „ stannum: adeò neque operæ suæ neque „ sumptibus pepercit, ut rempublicam literariam juvaret. Quia etiam idem „ grammatices principia atque elementa „ diligentissimè conscripsit, quæ nunc „ quoque in manibus omnium sunt. Mortuus est autem hôc anno [*scilic* 1516. „ *sed malo* 1515.] quatuor relictis liberis: „ quorum duo publicis negotiis dant operam; Alda filia nobili cuidam Mantuano nupsit; postremus Paulus Manutius „ patrem & ingenio & arte omnino referens, ac de quo omnes eruditi spem „ optimam conceperunt, rem paternam „ non minore diligentiâ quàm ingenii vigore quotidie augere studet.

(*c*) Bergam. Supplem Chron. Ibid.] „ Baptista Egnatius Aldum suâ operâ plurimùm juvit: ac Paulum Manutium bonis literis tinctum nobis reddidit, qui „ patris officio nunc quam diligentissimè „ fungitur.

(*d*) Lege Paul. Manut. Epistol. lib. 1. pag. 7.

bant, Bembus, Sadoletus, Bonamicus. Polus hic noster suis me scriptis capiebat, atque afficiebat maximè. Ego tum, ut erat ætas mea, præter verborum & nonnullarum sententiarum ornamenta nihil agnoscebam. Purè & eleganter scribere, putabam esse id, quod unum si assequerer, excellerem. Sed Rhambertus meus, qui ex Gasparis Contareni consuetudine prudentiam hauserat, præclara quædam notabat in Polo: méque paulò ætate inferiorem, ex vulgatâ venalium magistrorum disciplinâ rudem atque impolitum, erudiebat, & conformabat exemplo. Tum quidem, quantum proficerem, non me pœnitebat: & ex iis, quæ jeceram, fundamentis aliquid ejusmodi, quale ego vellem, excitari aliquando posse videbatur. Sed in rebus humanis, quis est, cui nihil unquam secus accidat? Cùm in eloquentiæ studio multus essem, nec satis valetudini parcerem, incidi in morbum: qui cùm esset per se gravis, tum eò factus est periculosior, quòd, usu mihi librorum à medicis interdicto, magna sanè est animi mei affectio atque ægritudo consecuta. Post biennium denique valetudine recuperatâ, cùm præteriti temporis jacturam sarcire diligentiâ vellem, ad pristina studia redeuntem exceperunt domesticæ controversiæ, quas neque sedare minimo negotio, neque negligere sinè gravi mearum fortunarum exitio licebat. His quoque me difficultatibus aliquando is, cui omnia debeo, eripuit Deus. Lucem jam, quasi diu per tenebras errâssem, videbar aspicere: & quanquam, multorum annorum amisso fructu, erat sanè, cur ingemiscerem, vitámque mihi haud satìs jucundam putarem; tamen, otii spe recreatus, facilè impetrabam à me ipso, ut ex animo meo superiorum molestiarum atque incommodorum memoriam oblivione delerem. Vigebat item, ut antea, pristina illa cura; nec erat quidquam in meis consiliis antiquius, quàm ut abditas atque implicatas in mente cogitationes non modò aperire, atque explicare verbis, verùm etiam exornare, quasíque pigmentis & coloribus illustrare possem. Res erat nec exigui temporis, & maximi laboris. Tempus non, quantum rei magnitudo ferret, suppetebat; cùm ex vetere patris instituto in hôc imprimendorum librorum munere & restituendæ antiquitatis curâ distinerer. Laborem autem, vel si abundarem tempore, perspecta valetudinis meæ ratio recusabat. Utrumque tamen cùm voluntas vinceret, quotidiéque aliquot horas occupationibus ereptas stylo darem; ecce me nescio quis, homo certè satis à fortunâ felix, præmiis commotum & blanditiis captum atque irretitum Romam abduxit. Ubi cùm aliquot menses non in iis, quæ semper amaveram, studiis, sed inani officiorum genere consumpsissem; & ille, quem secutus eram, montes aureos pollicitus vix minima præstaret; collegi ipse me: neque solùm studiorum meorum, quæ intermiseram potiùs quàm dimiseram, verùm etiam rei familiaris, cui nisi consulerem, ipsa quoque jacere studia necesse erat, habendam mihi rationem duxi. Quo consilio in patriam retuli omnino me ad veteres meas tum legendi, tum scribendi exercitationes: sed tum in domesticâ re constituendâ, tum in emendandis antiquorum libris districtus, postea verò etiam erudiendâ duodecim nobilium adolescentium academiâ per triennium occupatus, quantulam habuerim excolendæ facultatem

tatem

tatem eloquentiæ, quantùmque in tantis temporum angustiis per eam, quam ingressus eram, Latinè scribendi viam procedere potuerim, facile est existimare. Hic styli exercendi assiduitate consecutus est Paulus, ut magnam (a) sermonis Latini facultatem habuerit, paucissimíque illis temporibus fuerint

(a) Scaligeran. Prim. edit. Groning. 1669. 8. pag. 113. *Paulus Manutius vir Romanè scribens siquis alius hôc nostro sæculo, Longolio omnino contrarius. Cùm enim hic Ciceronis verbis & phrasi adeò alligatus fuerit, ut Ciceronis sensu, non suo, cogeretur scribere; ille contrà suo sensu scribit, Ciceronis, Terentii, & ejusmodi excellentum virorum verbis & stylo utens, quem suo instituto optimè accommodare novit.* Mar. Corrad. de ling. Latin. edit. Bonon. 1575. 4. pag. 511. *Paulo Manutio Aldi filio Venetias —— Interim de me & sententiâ de te meâ sic habeto, neminem esse hâc ætate, ac ne fuisse quidem jam mille quingentos annos amplius, quem Latinis literis illustrandis tantum, quantum te unum contulisse putem. Si ad ea præsertim, quæ sunt à te scripta divinitus, antiquitates etiam accesserint, & quæ habes in manibus monumenta pulcherrima ingenii & scientiæ tuæ Hæc tamen opera, & in omnes homines beneficium tuum, quantum sit, nemo potest satìs intelligere, nisi qui rectè cogitet artes omnes, ac disciplinas, divinas humanásque leges, sacra, ritus, religiones, instituta majorum, & quicquid literis continetur, unius cum Latina lingua cultu manere, & illius interitu interire. Ego quidem sic delector tuis studiis, doctrinâ, cultu orationis, & famâ laudum tuarum, ut mihi vehementer sit in optatis, aliquo tandem loco esse apud animum tuum, & cognitam esse tibi veterem in te benevolentiam meam —— Quum verò mihi non contigit, quod tantopere cupiebam, ut tecum vel de studiis vel de meo in te animo præsens communicarem, oro te saltem literis, quàm potest per longinquitatem creberrimis, mutuam nostri memoriam conservemus. Scipionem meum optimis moribus adolescentem & bonis literis deditum valde tibi commendo: quem si operâ & consilio tuo juveris, facies & illi & mihi gratissimum.* Quam vicissim de Corrado opinionem Paulus conceperit, in epistolâ (pag. 84.) ad eum datâ ipse indicat: *Velim* (inquit) *mihi credas affirmanti, neminem me tibi Latinâ in oratione anteponere, conferre admodum paucos.* Marius Corradus aliquando Paulum rogavit, ut ipsi Aldinorum fragmentorum copiam faceret, cui sic rescripsit Paulus (per epistolam datam Romæ VI. Id. Nov. M. D. LXV. Vide pag. 403.) *Fragmenta patris mei quòd requiris, apud me nulla sunt: furto ablata, quo ille tempore vitâ excessit, creditum est.* Non defuerunt, quibus Pauli stylus non in omnibus placuit: inter quos Pascasius Grosippus (Vid. Consil. Var. studior. à Cren. collect. ann 1692. pag. 398.) *A phrasibus & à significationibus novandis magno studio ei, qui puræ dictionis Latinæ laudem affectat, cavendum est. Quod quidem si Paulus Manutius fecisset, scripta ejus, caterùm cultissima, sordibus quibusdam deturpata non haberemus; ut sunt*, ingratitudo, speculatio &c. Legenda est etiam præfatio epistolis P. Manutii ann. 1669. in 8. Lipsiæ editis præmissa, quâ Jacob. Thomasius censuræ à Scioppio (in judic. de styl historic.) contra P. Manutium latæ respondet. Henricus Stephanus (in præfat. ad Epistol. Bunell. Manut &c. edit. ann. 1581. in 8) Paulo Manutio præfert Longolium & Bunellum & queritur Paulum Bunello, quem suum quasi magistrum agnoscit, minùs gratum fuisse Quo meliùs judicet lector, loca ipsa ex Manutii epistolis proferam. (p. 13) *Fac*, inquit P. Manutius ad Vidum Fabrum, *existimes ex Bunelli mei interitu tantum me cepisse dolorem, quantum fortasse dies exhaurire nulla poterit. Vixerat mecum Venetiis per quadriennium: cùm ego in illo probitatem morum virtutémque diligerem; ille in me propensionem, credo, quandam ad literas non improbaret. —— Ego ab illo maximum habebam beneficium, quòd me cum Philelphis & Campanis* [Henr. Stephanus notat in editionibus prioribus scriptum fuisse, *Politianis & Erasmis*] *nescio quibus (ut aliis parcam) miserè errantem in hanc rectè scribendi viam primus induxerat.* Et (p 12) *Quis* (inquit P. Manutius ad Steph. Saulium) *rationem & quasi viam, quâ pervenire ad eloquentiam liceat nobis indicavit?* Hic arreptâ cavillandi ansâ Henr. Stephanus, *Bunellum,*

rint ob eruditionem celebres, quibuscum non inierit gratiam, & epistolare exercuerit commercium. (*a*) Suos præterea labores jam à primâ adolescentiâ, patris adductus exemplo, ad restituendam antiquitatem contulerat. Hâc de re ipse in suâ ad Hippolytum Estensem epistolâ libro de legibus anno 1557. edito præfixâ sic scribit. *Ego olim (decennium, opinor, abiit, eóque amplius) auctoribus Petro Bembo Cardinali, & Bernardino Maffeo, qui postea dignitatem eandem est consecutus, dederam me ad res Romanas, illas veteres, observandas, & ex omnibus antiquorum monumentis omni studio colligendas. Res erat præclara, méque delectabat vehementer. Itaque meam omnem industriam, omnem curam, omnes denique in hôc studio cogitationes fixeram ac locâram. Sed accedit iniquo meo fato, ut Bembum primò jam senem, cujus in benevolentiâ ornamenti mihi erat plurimum, deinde Maffeum non ætate minùs quàm virtute florentem, à quo pendebam totus, importunâ morte ereptum amiserim. Destitutus eo præsidio, institutum antiquitatum Romanarum omiseram, & ad alia me converteram. Postea verò*

lum, ait, *excipere debebat, & dicere, Quis præter Petrum Bunellum, præceptorem meum, rationem* &c. At verò id Henricum urebat, quòd Manutius Longolium minùs probaverit, quod ex his in eâdem epistolâ Manutii verbis constat; *si quando, quid de Longolii scriptis existimem, interrogor, ita soleo respondere, exilem esse in sententiis, non luculentum in verbis; ut tamen de eo, si vitæ contigisset usura diuturnior, bene censeam sperandum fuisse. Sed, ut nunc est, meâ quidem sententiâ, nullus est. Quid enim affert exquisitum, quid singulare, quid non vulgatum, non ex quotidianâ consuetudine usûque sumptum? At scribit interdum & de rebus familiaribus & ad familiares. Quid tum? Quasi non vel in obscuro argumento possit ingenii lumen elucescere.* Juréne an injuriâ id scripserit Manutius, lectori judicandum relinquo. Interea quid Bunellus de Manutio senserit, ex illius epistolâ (Vid. Epistol. Bunell. & Manut. ann. 1581. pag. 58.) discendum est. *Petrus Bunellus Paulo Manutio S. Fuit tempus, cùm ego Paulum Manutium ob suavissimos mores & præclaram ad summa omnia indolem plurimi facerem, neque solùm ad literarum studia, sed ad probitatis paternæ imitationem currentem quidem cohortarer, túque me ut Gallum hominem & hospitem non omnino contemnere viderere.* &c. Antonius Teissier (ex J. Pogg. in Epistol. Clar. Vir. Vide Teissier. Additions aux eloges. p. 236.) hoc profert de Manutio elogium: *Manutii tum doctrinæ, tum Latinæ linguæ elegantiâ, penè admirabiliores esse Venetias, quàm situ, quàm navalibus, quàm singulari istâ pulchritudine & magnificentiâ urbis. Tibi verò judicabis Romam esse, sed illam veterem, Manutii domum, officinam virtutis & eloquentiæ.*

(*a*) Epistol. Manut. pag. 452. Paul. Manutius in suis epistolis frequentem habet suorum de Romanis antiquitatibus librorum mentionem; viz. de legibus, pag. 77. 84. 100. de Kalendario vetere, pag. 213. Prooemium libri de magistratibus Romanis, pag. 106. Et pag. 21. in epistolâ ad Steph. Saulium habet hæc: *Illa, quæ scribis de legulejis quibusdam, in meum librum de Romanis legibus, detrahendi studio, incurrentibus, legi nullo cum stomacho: nec sum miratus à barbaris hominibus, sordido quodam literarum genere assuetis, elegantioris doctrinæ scientiam & quasi lautitiam quandam studiorum contemni. Non placet istis meus liber; magnis videlicet viris, quorum fama ædium illarum, in quibus ipsi habitant, limina nondum est egressa: at placet Vincentio Portulacæ, cujus est in urbe Brixiâ insignis authoritas, illustre per Italiam nomen; placet Antonio Augustino, Marco Antonio Nattæ, Lælio Taurello, Vido Pancirolo, juris utriusque scientiâ claris; quorum nomina, scriptis egregiis testata virtus atque expressa, cum æternitate conjunget.*

verò quàm, honorificâ in primis conditione delatâ, magno sum à te tuo beneficio in tuorum familiarium ordinem invitatus; rursus, quod abjeceram, suscepi, onúsque tantum, quantum privatis opibus perferri vix, aut ne vix quidem potest, te uno fretus egregiè sustineo. Et ut ex parte totum judicare posses, de decem, quos exorsus sum, libris hunc de legibus potissimum, quem ad te mitterem, delegi: non quòd ita postularet ordo (sextum enim in antiquitatum volumine locum obtinet); sed quòd, cùm omnium librorum materies non modò coacta jam in unum à me esset universa, verùm etiam satìs diligenter in partes distributa, casu accidit, ut hic minùs, quàm cæteri, rudis, minùs esset impolitus. Ex iis antiquitatum libris quatuor tantùm (quod sciam) prodierunt; de legibus, ann. 1557. in fol. & 8. de senatu, Venet. 1581. 4. & Colon. Agrippin. 1582. 8 de comitiis, Bonon. 1585. 8. de civitate. (lege Baillet. jugem. Sav. tom. 2. pag. 317. Bibliothec. Tellerian. Elog. pag. 406. de Teiss. part. 1. pag 11.) Ad Romanam antiquitatem referri possunt, Kalendarium vetus Romanum, & de ordine dierum veterum liber; quos tractatus à se scriptos unà cum Sigonii fastis anno 1555. edidit. Scholiis eruditis nonnullorum (*a*) Latinorum authorum, (*b*) Ciceronis maximè, libros illustravit: neque id sibi satìs habuit in hâc

(*a*) Virgil. cum præfatione ad Torquatum Bembum Petri filium datâ anno 1555. *Rectè fecit pater meus, qui Latinorum poëtarum principem Virgilium ejus nomini, quem optimum poëtam noverat, inscriptum emiserit* [scil. ann. 1501.] *Rectè item ego, qui, patris mei exemplum secutus, tibi & tanti viri filio, multis virtutibus ornato, & facultatis poëticæ studiosissimo ac peritissimo, eundem poëtam, quasi munus Bembæ familiæ debitum, dicaveram. — Novi te adolescentem, novi juvenem, & Patavii & Venetiis* &c. Sallust. cum præfatione ad Antonium Trivultium Cardinalem datâ anno 1557. Cæsar. Comment. cum præfatione ad Paulum Rhamnusium. [Prodiit anno 1559. *Vide Tellerian. Bibliothec. pag.* 278.] Plautum à se emendatum missurum se Lazaro Bonamico promisit. [*Vide Epistol. Manuc. pag.* 266.] Alias Pauli Manutii præfationes ad calcem ejus epistolarum habemus.

(*b*) Scripsit scholia in Orationem pro Sextio [quæ prodierunt anno 1559. in 8.] in Asconii Pædiani Explanationem ad Cicer. Oration. [ann. 1563. in 8.] in epistol. ad Attic. cum præfatione ad Rainutium Farnesium Cardinalem datâ anno 1548. ad Brut. & Quint. cum præfatione ad Alfonsum Carafam datâ anno 1557. Suorum in Orationem Sextianam & in Epistolas ad Brut. & Quint. commentariorum meminit Paul. Manutius in suis epistolis [Vide pag. 84. 101.] Commentarios in epistolas, quæ familiares vocantur, quos in suâ ad Mar. Nizolium epistolâ Romæ 1562. datâ promiserat, & in alterâ ad Horat. Cardanetum Romæ 1566. datâ, *se, si esset otium, prepediem absolutos daturum* dixerat (Vide Epistol. Manut. pag. 368. 407.); ac in omnes Orationes; Aldus Manutius ipsius filius postea in suâ (de quâ suo loco) Ciceronis editione vulgavit. Henr. Stephanus in præfat. ad Comment. Var. in epistol. Cicer. (ann. 1577. in 8.) habet hæc: *Quum Pauli Manutii scholia pernecessaria has epistolas legenti futura scirem, quippe quæ locos plerosque quos Victorius intactos reliquerat, partim emendarent, partim explicarent, primum illis locum dedi. — Tum demum cœpi cogitare, locos esse multos scholiorum Manutii, qui ab illo partim recognosci, partim uberiores dari potuisse videretur; ac tandem, quod faciendum illi fuisse cogitaveram, factum fuisse mihi persuasi. Tum verò literis Venetias scriptis, duobus demum pòst mensibus editionem filii ipsius Manutii accepi; in quâ non solùm recognitos plerosque illorum scholiorum locos inveni, sed multos ipsius Ciceronis*

hâc palæstrâ desudare, nisi (a) alios quoque ad hosce literarios labores co-

ronis partim emendatos partim explicatos esse comperi, aut etiam emendatos pariter & explicatos, quorum in præcedentibus editionibus nulla facta fuerat mentio. Jo. M. Toscanus (in suo Italiæ Peplo) librum Paul. Manutii de legibus omnibus aliis ejusdem operibus anteponit. Scaligeran. Poster. pag. 149. *P. Manuce. Ses commentaires sur les epistres familieres, & ad Atticum, bon: & tout ce qu'il a fait. Il ne s'est sceu servir de beaucoup de beaux MSS. qu'il avoit. Tout ce qu'il a fait, est fort bon, & il le faut avoir. P. Manutius quicquid scripsit, bonum fuit: magno labore scribebat epistolas. Aldus filius, miserum ingenium, lentum: quæ dedit, valde sunt vulgaria: utrumque novi; patrem imitabatur. Solas epistolas bonas habet; sed trivit Ciceronem diu. Insignis est Manutii commentarius in epistolas ad Atticum & familiares. Manutius non poterat tria verba Latinè dicere, & bene scribebat; ut Hispani rarò Latinè loquuntur. Manutius, quòd scribebat, magno cum labore faciebat; & imitationem redolebat.* Muret. Var. lect. lib. 1. cap. 6. *De Manutio meritò dubitari potest, plúsne ipse Ciceroni, an ipsi Cicero debeat. Nam & ipse tractandis assiduè Ciceronis scriptis eam assecutus est eloquentiæ laudem, quâ vincit omnes: & cùm ad ingenium, quo excellit, addidisset eam diligentiam, eámque laborum perpessionem ac tolerantiam, quâ vires ipsámque adeò valetudinem suam, magno nostro omnium, quotquot eum, quia planè novimus, plurimi facimus, dolore prostravit; incredibile est, quot ab errorum millibus eos libros felicissimè vindicârit. At ætas nostra mirificam quandam extulit vim hominum improborum, qui magnam laudem in obtrectatione positam putant, neque quicquam cupidiùs faciunt, quàm ut quicquid possunt, quacunque ratione possunt, ex alienâ gloriâ deterant, credúntque se ita demum emersuros, si eos, qui extant, depresserint. Quam rationem grassandi ad famam nemo unquam sapiens approbavit. Sed me amoris quidam æstus ab eo, de quo dicere cœperam, abduxit. Omnino autem, cùm de Paulo Manutio loquendum est, moderari orationi meæ neque volo, neque possum, neque debeo.* Idem Muretus in unâ suarum epistolarum (edit. ann. 1622. Argentor. in 12.) de nobilibus quibusdam adolescentibus id scribit: *in Italiâ longè unum cæteris omnibus Paulum Manutium antecellere, neque se studio suo satisfacere posse arbitrati sunt, nisi in Italiam venissent, nisi Pauli Manutii aspectu & collocutione fruerentur.* Quid præterea de Paul. Manutio ab Hieron. Magio (in Var. lect. lib. 1. cap. 10.) & Læl. Bisciolâ (hor. subcesiv. tom. 1. lib. 8. cap. 14. & lib. 13. cap. 6.) & Georg. Fabricio (de Rom. cap. 2.) dictum fuerit, legendum est in Adrian. Baillet. Jugem. des Sav. Tom. 2. pag. 315. Loci nonnulli Ciceronis, in quibus explicandis lapsus est Paul. Manutius citantur in Bailii Dictionario; pag. 1227, 1228, 2112. Morhof. Polyhistor. tom. 1. lib. 1. cap. 23. num. 57. *Paulus Manutius magnam assecutus est in exprimendo stylo Ciceroniano felicitatem, cujus epistola magnâ diligentiâ ac curâ conscripta sunt, atque ut Scioppius nobis narrat, tanto labore, ut menses aliquot uni epistolæ interdum impenderit.* &c. *Unam ejus epistolam bene longam ineditam servat Cl. Gudius ipsius Manutii manu scriptam, quam ipse epistolarum Manutii reginam vocare solet.* De epistolâ Manutii inedita, quam Morhofius vulgavit (Ibid. cap. 25. num. 41.), dicendi se paulò pòst dabit occasio. Inter Pauli Manutii labores philosophicos numerantur Calepini XXIIII. libri de linguâ Latinâ ab ipso aucti & editi, quibus præfationem ad Aloysium Garzonium Venetiis anno 1558. datam præmisit. *In augendo*, inquit, *Calepino tantum præstitimus, quantum qui, hôc dictionario cum aliis dictionariis conferendo cognoscet, non dubito, quin de hâc operâ nobis & faveat, & bene precetur. Non enim libet hic commemorare, quæ quibus in verbis sint à nobis addita: nam sexcenta sunt, neque sumpta ex apertis aliorum librorum indicibus, sed ex iis Latinæ linguæ fontibus, ad quos pervenire cuivis non licet.* &c.

(a) Inter plures, quorum amicitiam coluit, quorúmque nomina in epistolis Manutianis reperies; libet hic memorare Marium Nizolium, Antonium Augustinum, Marcum Antonium Muretum. (pag. 68. 69. 70.) *Te*, ait, *optime ac doctissime Mari, cujus consuetudine & sermone careo multis abhinc annis, quem mihi tamen ex animo nunquam eripuit neque tempus neque lon-*

cohortaretur; suáque tum ipsis consilia frequenter communicaret. Literas autem non solùm Latinas calluit, sed & Græcas; in quibus illum non-mediocriter versatum esse testantur quatuor Demosthenis (*a*) Philippicæ Orationes, & (*b*) Longinus; ab ipso, illæ Latinitate donatæ, hic Græcè cum Græcâ præfatione editus. Hôc, quo ardebat, bonarum literarum amore, hôc, quem in iisdem excolendis fecerat, progressu, sibi ab (*c*) adolescentiâ ad ultimum usque vitæ tempus omnium

longinquitas, quo studio complectar? Quantam hauriam, cùm præsens præsentem alloquar, voluptatem? — Ego, quem tu esse aliquid vis in hâc Latinè scribendi facultate, in quo vereor ne te fallat amor, nam judicium in dubium vocare non debeo; sed, siquid sum, quâdam ex parte de tuo fonte fluxi. Thesauros enim Ciceronis omnes, in illo præclaro tuarum observationum libro congestos, reperi, & usus sum facilè: quos colligere dispersos, immensi laboris fuisset ac temporis. Laudas igitur beneficium tuum, cùm me laudas, & quodam modo præmia capis meritorum tuorum. Et (pag. 367.) *Equidem, si me audis, illud suaserim, ne ad figuras oratorum similia aggregares poetarum loca. Quorsum enim? cùm ab uno Cicerone omnis ubertas, & quasi sylva tum rerum, tum verborum sumi possit. Quòd si poëtis prodesse vis, hoc quoque separatim fiat: bene locabitur industria.* &c. Paul. Manutius (pag. 75. 79.) Antonium Augustinum hortatur, ut eandem, quam in Varrone posuerat, operam in Pompeio etiam Festo ponat. Eundem (pag. 76. 77. 78.) orat, ut *lapides aut nummos, si quos habeat, in quibus mentio fiat legum Romanarum, eos impertiat. Ad hunc enim de legibus librum, quantum ex antiquis lapidibus accedere posset ornamenti, præclarè intelligebat.* Mutuæ frequentes inter Manutium & Muretum occurrunt epistolæ. (Vide epistol. Manut. à pag. 126. ad pag. 159. & Epistol. Muret. à pag. 11. ad pag. 34.) Manutius (pag. 141.) Muretum hortatur, ut, *qui Catullum expolierit, in Tibullo & Propertio, qui locum illi proximum in elegantiâ verborum atque in sententiarum concinnitate obtinent, quàm simillimum sui se præbeat*: Et (pag. 144.) ut *de Tibullo cessator esse nolit.* Et (pag. 137.) *suadeo, ad Terentium omnem industriam conferat*; (pag. 143.) *détque operam, ut Bembi libro uti possit; cujus ope quin maculas eluat bene multas, & suos versibus numeros alienâ culpâ perturbatos restituat, etsi non dubitet, tamen hortatur, ut adhibeat diligentiam.* Muretus in præfatione ad Terentium (edit. 1558. in 8. apud Paul. Manut.), *Nuper*, ait, *cùm ejus poëta fabulas Paulus Manutius, vir eruditissimus & in hâc Latinè loquendi facultate omnium judicio singularis, denuo typis suis descriptas emittere pararet, egit mecum pro familiaritate nostrâ, ut eas accuratè recognoscerem, adhibitisque veteribus libris, judicióque etiam meo, perpurgarem ab iis mendis, quibus illas aliorum quorundam negligentia, inscitia, audacia contaminâsset.*

(*a*) Manutius in Epistolâ suâ ad Joan. Morvillerium regis Christianissimi apud Venetos oratorem præmissâ observat, quàm difficile sit de Græco vertere; quòd *occurrant iis, qui de Græcis Latina faciunt, duo inter se maximè contraria vitia. Ineptè enim faciunt, & qui Græca verba totidem penè Latinis reddunt; & qui libertatem quandam & licentiam magis amant. Vix unum*, ait, *aut alterum ex universâ multitudine reperio, qui perfecti munus interpretis expleverit. Ego, quàm à perfecto longè distem, ipsemet intelligo.* &c. *Vale. Venetiis. M. D. XLIX.* Hunc annum lego subscriptum editioni Morelianæ, quæ prodiit anno 1552. Sed in Epistol. ac Præfat. Manut. (pag. 65.) annus subscribitur M. DLI. Clariss. Zeltnerus (in Correctior. centur. pag. 334.) scribit se habere exemplar in 8. 1554. excusum [*in ædibus Pauli Manutii Aldi filii*] in cujus fronte singulis partibus, nam tribus partibus exceditur, adjecta hæc leguntur verba, *Prodiere corrigente Paulo Manutio.* Eadem verba in aliis etiam libris nonnullis ex illâ officinâ emissis legi.

(*b*) De Græcâ Paul. Manutii ad Michaëlem Sylvium cardinalem præfatione lege Catalogum proximum: ann. 1555.

(*c*) Paulus Manutius (epistol. pag. 69.) ad

omnium amicitiam & laudem conciliavit. Illâ tamen famâ minimè efferebatur; sed amicorum laudes (a) modestiâ, quæ viros meritis insignes semper comitatur, vincebat.

PAU-

ad Nizolium, *Alexandrum* (ait) *Farnesium cardinalem patronum veterem meum aveo salutare, quem cognovi Romæ, & colui puerum adolescens. — quo quidem tempore vehementer urbs ipsa excitavit me atque acuit in studio liberalium disciplinarum, adspectu ipso antiquitatis, & multiplici ac variâ hominum eruditorum scientiâ: sed, ut ingenuè veréque fatear, propriè me expolivit aula Farnesii moribus ac literis; cùm viverem conjunctissimè ac familiarissimè cum duobus præstantissimis viris, Marcello Cervino & Bernardino Mafeio; quorum alterum pontificem maximum, alterum cardinalem, utrumque immortalitate dignissimum, adversa bonis artibus iniqua mors eripuit.* De hôc Mafeio ejúsque erga Paulum Manutium benevolentiâ, quo auctore opus de Romanis antiquitatibus Paulus instituerat, lege plura pag. 10. Epistol. Manut.

(a) Paul. Manutius in Epistol. ad Steph. Saulium (pag. 9. 10.) *Satis*, inquit, *equidem mirari non possum, cur tu me in epistolâ tuâ summum feceris in eloquentiâ, dederísque id, quod ego si accipiam, mei sanè dissimillimus, hoc est impudens planè sim.* &c. Et ad Silvium Antonianum (pag. 72.), *Quòd me ornas laudibus, non efficis, ut ipse mihi placeam, aut assumam plus, quàm soleo. Id assequeris, ut me tibi devincias magìs, cujus ex amore fluere ista video, nimis in me honorifica, præclara, singularia: quæ optavi equidem semper, adeptum me nunquam putavi.* Et ad Antonium Rolandum (pag. 313), postquam Hadrianum Turnebum (pag. 311, 312.) laudibus ornavit, *Turnebus*, inquit, *ut me plurimùm diligat, quod certè mutuò faciet, excepto: plurimum ut mihi tribuat, quod literæ tuæ significant, non postulo. Quid enim ego sum? aut, si esse aliquid videar, præ illo tamen quid sum? Non enim χάλκεια χρυσείοις unquam conferam, ne cum Homerico Glauco errem: Sed χρύσεια χαλκείοις anteponam semper. Ille est, cui jure omnia tribuantur; qui jam pervenerit eò, quò nobis adspirare non licet. Saluta eum meis verbis, cum veterrimo amico meo, spectatæ virtutis & industriæ viro, Carolo Stephano.* Turnebi obitum, cujus rumor Romam usque ad ipsum pervenerat, deflet. pag. 429. Et in suâ ad Antonium Ælium Polæ episcopum epistolâ suo in Cicer. orat. pro Sext. commentario (ann. 1559. in 8. apud ipsum excuso) præfixâ; *Exire*, inquit, *videmus quotidie à postremi ordinis hominibus factos, speciosis magnáque pollicentibus titulis insignes, minimi pretii commentarios in Ciceronis orationes: in quibus loca sunt malè mendis affecta quamplurima, sanari nullum videas. Sunt ob antiquitatis obscuram notitiam difficilia.* &c. *Statui, si cum vitâ valetudo & cum valetudine otium suppetat, triennium, aut quod omnino res exiget spatii, in Cicerone omnium pulcherrimo libro interpretando, studiosorum gratiâ, consumere: non quòd ego is sim, qui mihi tantum arrogem, ut aliis detractam scientiæ laudem ad me transferam; abest hoc à consuetudine meâ, abest à naturâ plurimùm: sed neque rursus is sum, qui, cùm cæteros probè noverim, ipse me prorsus ignorem; & qui, cùm alios accusem propterea, quia non præstant ea, quæ ab eorum studiis postulantur, ego me, si quid præstare posse mihi videor, velim contemnere. Non ita laudem fugio; etsi nec nimis appeto: alterum stupidæ cujusdam sapientiæ, alterum insanæ ambitionis esse vitium semper duxi. Neque verò, siquid mihi elegantioribus in literis assumpsero, longè admodum ab iis finibus, quos modestiæ ratio præscribit, discedere mihi videbor. Scis tu, Æli, pro nostrâ vetere amicitiâ & familiaritate, per quot annos, quibus laboribus hæc, quæ ab humanitate nomen acceperunt, studia coluerim. Sciebat optimè omnium, & mihi, cùm viveret, hoc nomine tribuebat plurimum Bernardinus Maffeus cardinalis — bene de hâc, quæcunque in nobis est, vel potiùs quantulacunque est, Latinæ orationis facultate existimabat: méque quotidie, quantum possem ut Latinè scriberem, urgebat; & scribebat ipse, ut scis, luculenter & egregiè. Probabat omnino meum consilium, & efferebat maximè, de commentariis in Ciceronis orationes: sed exerceri malebat priùs industriam meam in antiquitatibus Romanis, ipso potissimùm authore institutis.*

(*a*) Paulus Manutius tenui erat valetudine; quámque ei in-

(*a*) Epistol. Manut. pag. 97. *Valetudine sum eâ, quæ facilè in morbos incurrat, imbecillâ prorsus & incommodâ: itaque sæpe in cursu institutorum meorum, cùm progredi maximè vellem, consistere sum coactus. Accedunt, quæ temporis haud exiguam partem auferunt, salutationes multorum, in quibus videtur esse honor, & est omnino quædam species: sed valeat ambitio; odi omnia, quæ detrimentum studiis afferunt. Quid domestica? Non enim tantùm à me pendent ii, qui meos intrà parietes vivunt, uxor, liberi, familia; sed fratres quoque suas in me uno rationes habent sitas: uterque meis consiliis, alter etiam meis opibus, quantulæcunque sint, nititur ac sustentatur. Vides rerum mearum imaginem, ut in tabulâ depictam: nec tamen obrui me sino fluctibus molestiarum; sed enitor sæpe, & consequor interdum, ut ex omnibus curis atque occupationibus emergam, méque saltem per aliquot horas in portum recipiam literarum.* Et pag. 74. *Fratres habet uxor mea duos: quos ego ambos unicè diligo; contráque ipsi mihi singularem non modò benevolentiam, verùm etiam observantiam præstant. Probi sunt adolescentes, ingenio, modestiâ, virtute etiam ornati; unâ re minùs laudandi, quòd inter ipsos parum convenit. Orta est inter eos post obitum patris de hæreditate dissensio; indè lis, indè odium. Quòd nisi ego me interponerem, conflictarentur assiduè turpibus judiciis, gravi jacturâ famæ, magno rei familiaris detrimento.* Et pag. 91. *Ego infirmus naturâ semper, nunc etiam valetudine impeditus, exquisitâ quâdam ratione & curâ tuendus.* Et pag. 92. *Ignoscetur valetudini: quam satìs infirmam atque imbecillam concussus & vexatio facilè frangeret. Rheda quidem, quâ mearum bene perita curationum ancilla cum filiolâ & puero vehatur, opus est.* Et pag. 175. *Me natura pertenui finxit corpore: studiorum accessit non mediocris labor; ex quo imbecillitas & morbi. Quid res domestica? quæ, quò est angustior, eò tuenda diligentiùs est. — Amicis vel salutantibus horæ dandæ sunt, vel aliquid petentibus officia tribuenda: qui si excludantur aut rejiciantur, sanè consuletur otio meo, rebus meis, valetudini meæ; sed ubi humanitas? quæ quàm sit hominis propria, nomen ipsum indicat. Jacent igitur inchoata, planè rudia, temerè vel dissipata vel confusa, scripta mea.* Et pag. 94. *Horologium Augustæ elaboratum velim, factum eleganter, artificio non vulgari. Audieram, quæ ducuntur egregia, minoris triginta scutatis emi non solere. Hoc quidem esset nimium; nec rei familiaris ratio ferret, cui consulere, quia copiosa non est, videor debere. Porrò genus hoc ornamentorum ita soleo cupere, ut non insaniam: cupio autem valetudinis, non libidinis causâ. Cùm enim me satìs tristem natura finxerit, accersenda extrinsecus jucunditas est, quam à me ipso petere non possum: eóque magìs, quòd plurimus in cubiculo sum, affectus jam quadriennio per totam hyemem oculorum morbo, molesto tamen potiùs quàm acerbo. Nolim igitur impensam esse supra decem scutatos, aut omnino quindecim, eámque ita fieri, si horologium probetur oculis eruditis. — Ego formam & artificium, non materiam cupio emere.* Et pag. 17. *Ego vexor acerbissimè anniversariis oculorum doloribus: quos sanare, cùm jam penè tentata sint omnia, humanæ artis esse non puto.* Et pag. 71. *Urgeor quotidianis amicorum salutationibus: negotiis & rei domesticæ curâ penè opprimor; oculorum verò valetudine sic interdum vexor, ut nullam partem capiam quietis.* Et pag. 84. *Majora vellem, ac fortasse possem; verùm infirmitas corporis facit, ut labore debiliter; lippitudo autem, ne legere diutius liceat aut scribere. Magnam etiam mihi temporis partem eripiunt salutationes amicorum, magnam domestica negotia: sexcenta præterea, quæ me à studiis avellunt.* Et pag. 163. *Gravi ac diuturnâ oculorum valetudine impeditus* &c. Et pag. 179. *Ad oculorum dolores, quos diuturnâ consuetudine satìs jam modicè fero, accessit molesta febricula, periculi tamen expers, ut medicus affirmat.* Et pag. 168. *Hodie, tribus medicis adhibitis, accuratè disputatum est de meo exeundi consilio* &c. Et pag. 207. *Me leviter febricula tentavit, quâ triduo sum, sinè medicorum interventu, temperatâ duntaxat victûs ratione, liberatus.* Et pag. 245. *Cùm primùm Venetias reverti, etsi eram eo morbo, qui me Ferrariæ satìs graviter afflixit, nondum planè levatus* &c. pag. 298. *Pituita repentè commota, satis per se molesta, mox etiam, cùm tussis accessisset, periculosa moram injecit;*

infirmam dederat natura, assiduis laboribus infirmiorem reddiderat. Fre-

cit: biduum jacui, medico non admisso, accuratâ victûs ratione contentus. Et pag. 307. Κακοςόμαχοι *sumus, & cruditate laboramus; id quidem à pueritiâ: sed auxit vitium assiduus literarum usus; quo adempto, quæ nobis, qui vulgaria contemnimus, delectatio, vel potiùs quæ vita superest?* Paulus in suis epistolis crebram facit fratrum suorum (quos quidem, ut antea dictum est, duos habuit), uxoris, filiorum mentionem. Pag. 33. *Domestica ferè sunt, ut volumus; fratres valent optimé.* Pag. 16. *Obiisse audio fratrem meum Bononiæ, cùm valeret optimè, repentino morbo oppressum. — qui bonitate præstabat, valebat ingenio, excellebat industriâ; factus ad omnia maximè omnium videbatur. — Ad hanc ægritudinem accedunt domestica. Uxor, cujus præcipuè studio res familiaris ac domus tota nititur, quæ me multis molestiis, multarúmque rerum & curarum onere levabat, quæ meam valetudinem præsenti semper officio tuebatur, ipsa nunc jacet, periculi non expers, affectis diuturno morbo viribus.* Pag. 211. *Uxor mea nondum ex puerperio convaluit: infans bellissimè habet; & incipit jam blandientibus arridere. Admodum scitus est; quódque amare solemus in pueris, hilaritatis habet multum.* Pag. 51. *Asulæ, oppido satis eleganti, ubi magnam pueritiæ meæ partem traduxeram, omnes mihi jucunditates, omnia gaudia tum in fratris convictu, tum in veterum amicorum consuetudine fixeram; cecidit contrà. Frater enim ægrotavit diu, neque dum firmus est: Amicis autem qui frui possum, cùm uxorem, multorum dierum morbo conflictatam, nunc incertâ vitæ spe animam trahentem, in oculis habeam?* Pag. 56. *Quas res scis esse nobis in vitâ omnium carissimas, in iis me graviter exercere fortuna cœpit, uxore, liberis, fratre uno penè tempore in morbum conjectis.* Pag. 16. *Tota penè familia cœpit ægrotare; uxor quidem gravissimè; necdum valet: ego satis leviter, sic tamen, ut jaceam. Corpori enim imbecillo quævis incommoditas vix ferenda. Quamobrem, affectus morbus, à viribus infirmus, equo me non auderem committere, vel placidissimè incedenti.* Pag. 170. *Incidit in morbum tota penè domus: sed uxor cum periculo vitæ integrum jam mensem miserrimè jacuit; necdum video, quid sperem, cùm jactetur acerbissimâ febre* &c. Pag. 182. *Multa hôc anno præter expectationem, prorsus adversa meis rationibus, obtigerunt: fratris primùm amantissimi, deinde filioli suavissimi interitus, uxoris morbus, invaletudo mea, rei familiaris incommoda.* Pag. 241. *Ego, accepto nuncio de obitu filioli mei, ita sum perturbatus, ut me tamen hominem esse meminerim, & illum in hanc vitam ita esse ingressum, ut accitu Dei aliquando discederet.* Pag. 139. *Filiolum meum Hieronymum, nondum quinquennem, Aldo parem ingenio, valetudine firmiorem, mandare Epidaurum ad hominem eruditum meique peramantem, Paulum Bosium cogitabam. Ibi moribus & primis literis imbuetur: nam ego me ad hæc humilia demittere nullo modo possum.* Pag. 262. in epistolâ ad Joannem Sambucum, quem de immaturo Georgii Bona obitu solatur, scribit suum sibi filiolum paucis antè mensibus obiisse. Georgius autem Bona decessit anno 1559. (Vide Oration. Sambuci in eund. edit. ann. 1561. in 8. Paris. apud Ægid. Gorbinum.) Paulus Manutius, præter filiam, tres ex uxore susceperat filios; nam pag. 300. scribit se esse *paulo conturbatiorem, ægrotante filio, quem de tribus unum habuit reliquum.* Hic (ut puto) quem dicit ægrotare, filius fuit Aldus, de tribus unus superstes, & trium forsan minimus natu. Filiorum duorum alteri nomen erat Hieronymus; alteri quod nomen fuerit, nondum comperi. De Aldo postea dicetur. His liberis (pag. 210.) quid relinqueret, rogatus, respondet; *non exiguum patrimonium, imitationem mei, & aliquam, ut spero, virtutis hæreditatem; eadem scilicet, quæ reliquit mihi pater meus. Non abundabunt. Nec id postulo; nec illi, si sapient, postulabunt. Modica poscit, ut honestè id est fœliciter vivatur, hominis natura: reliqua sunt instrumenta nequitiæ.* Ille enim (ut de se testatur pag. 190.) *pietatem & justitiam colere didicerat à prima pueritiâ, domestico patris instituto*: illi (pag. 210.) *in animo fuit, ambitionem excludere; verum decus non in opibus aut magistratibus Regumve aulis quærere; sed à rectis cogitationibus, honestis laboribus, studio & exercitatione virtutis petere.*

Frequentes indè morbi, febres, pituita, tussis, oculorum lippitudo. Ad hæc accessit rei domesticæ cura: officiorum præstandorum ratio. Duxit uxorem, genuit liberos; habuit & suos, & uxoris fratres: horum omnium onus illius humeris incumbebat, & ab illo penè uno pendebat. Tot occupationibus districto mirum est ullum, quod in studiis literariis contereret, otium superfuisse. His tamen oneribus domesticis pressus, hâc malorum Iliade circumseptus, nunquam succubuit; *multis (a) jam infortuniis hoc assecutus, ut fortunam ipsam didicerit contemnere.*

Paulo (*b*) *conditiones delatæ sunt multæ, omnes cum emolumento, nulla sinè dignitate. Fecit tamen sive ipsius valetudo, sive voluntas, seu fati potiùs, quæ in rebus humanis dominatur, occulta quædam vis, ut omnes rejecerit Postremam verò delatam à Cardinali Hippolyto Estensi, unam avidè amplexus est, unam omnibus anteposuit: nec fuit in ejus consiliis quidquam antiquius, quàm ut in illius aulâ, eximii principis, ac viri præstantissimi, consenesceret.* Non tamen mihi videtur principis aut hujus aut alterius cujusquam (licèt *honorificâ conditione invitatus*) aulæ adhæsisse; sed potiùs ad (*c*) *laudem propriam typographiæ, quæ jam in ipsius familiâ inveteraverat*, aspirâsse: quam (*d*) sibi *ita tractandam intellexit, non ut omnia ad utilitatem, sicut multi, sed pleraque ad suam existimationem referret ac dignitatem. Quo proposito, nihil* putavit *operæ, nihil studii recusandum: ac sæpe, ut ait poëta, sudavit & alsit.* Quoniam autem noverat (*e*) *mendorum* eam esse *causam*, quòd, *dum imprimitur, vel emendationi nemo præsit, vel præesse soleat homo mercenarius & parum literis instructus, & is, cui pecunia, quàm fama, sit antiquior*; *enitebatur* semper *& contendebat, ut, quantum ferret oculorum acies*, diligentiam adhibebat, ne esset, (*f*) *ut est ferè, nisi diligenter caveatur, corruptrix librorum typographia.* Rei sanè Typicæ erat adeò peritus, ut (*g*) *Antonius Bladus, qui prælo subjiciendi omnes libros Græcè scriptos in bibliotheca Palatinâ asservatos muneri à Marcello Cervino Cardinale præpositus fuerat, ad Paulum venerit, ut eos typos, quibus atramento illitis charta imprimitur, conflandos curaret, &, si quæ præterea essent ad opus necessaria, maturaret. Paulus sanè lætatus est plurimùm: hominémque suâ sponte diligentissimum tamen cohortari non desiit, ut in eâ re, quæ ad commodum studiosorum spectat, operæ ne parceret; eíque dixit, ut ad omnia*

tere. Illi (pag. 243.) *unicum erat vectigal industria; quâ liberos alere, tueri familiam cogebatur*: quæ *si negligat, deseretur humanitas; sin, ut debebat, diligenter curet, jacere studia necesse fuit, quæ solutum curis omnibus animum postulant.* Paulus *effigiem domi habebat parentis sui, cujus exemplar* (pag. 188.) Andreæ Zebridovio episcopo Cracoviensi pollicitus est.

(*a*) Epistol. Manut. pag. 242.
(*b*) Ibid. pag. 73. & Epistol. libro de legib. præfix.
(*c*) Epistol. Manut. pag. 170.
(*d*) Ibid. pag. 175. & 218.
(*e*) Ibid. pag. 169.
(*f*) Præfat. Manut. pag. 101.
(*g*) Epistol. Manut. pag. 28.

omnia & se & fratribus uteretur. Adjiciam hìc integrum (*a*) *Privilegium à Paulo III. Pont. Max Paulo Manutio Aldi filio concessum. Cùm omnes, qui de literis judicare possunt, ita sentiant, Aldi Manutii Romani diligentiâ, doctrinâ, industriâ factum esse, ut innumerabiles optimi libri, qui in tenebris communi hominum damno latuerant, in lucem publico bono prodierint, neque solùm prodierint, sed eâ etiam correctione & elegantiâ, ut studiosi utrâque re ad legendum invitati ex iis libris maximam utilitatem minimo labore possent percipere; cúmque Paulus Manutius Aldi filius patris consuetudinem, quantum in ipso est, velit imitari, quódque in hôc genere vult, posse videatur; Nos, utì rectè agentibus præmia persolvantur, utíque homines hominibus consulentes, institutum bene merendi cursum nullâ re impediti quàm diutissimè teneant, interdicto cavemus, ut quos libros Paulus Manutius Aldi filius typis impressos emiserit, sive nunquam antea divulgatos, sive correctione restitutos, aut quâvis aliâ re auctos, eos libroc cum eâ correctione, cúmque iis additamentis, quorum auctor Paulus fuerit, ne cui per decennium typis impressos emittere, néve cui vendere jus sit. Secus qui faxit, ei pœna multáve esto â sacris interdictio, & simul aurei mille nummi. Cujus pecuniæ summa trifariam ita dividatur, ut & is, cujus operâ indicabitur, & magistratus, qui ex judicio jus persequetur, & Paulus ipse, cui hæc virtutis ergò concessimus, æquam quisquam portionem habeat. Hoc privilegium, qui in præfecturis sunt, quíque jus dicunt, in universâ nostrâ ditione, quanta est, religiosissimè tuentor. Quod hactenus licuit nemini, licere volumus Paulo Manutio Aldi filio, ut & Aldi defuncti manibus quasi gratia referatur, & filii adolescentis optima ad virtutem indoles extraordinario munere decoretur.*

Ex eruditissimi ZELTNERI (*b*) de correctoribus libro comperio PAULUM MANUTIUM *negotio expoliendi bonorum virorum scripta, ut aptissimus fuit, ita lubentem præfuisse, favorémque omnium doctorum adeò meruisse: famámque indè nominis & per patrem & doctrinam suam consecutum, à Bononiensibus, ut academiam urbis suæ excudendo ornaret, expetitum, sinè morâ eorum desideriis satisfecisse, & per sex integros annos officinam instructissimam illíc locorum habuisse: abhinc denuo Venetias migrâsse curam patris & Andreæ ejusdem soceri officinarum suscepturum.* Nihil tamen adhuc mihi occurrit, quod me certiorem faciat, *Paulum* Bononiæ typographiam exercuisse; nullius libri editio, quod sciam, comparet; nulla extat inter tot, quas, ubicunque locorum degeret, ad familiares scribere solebat, epistola Bononiæ data: & ægre animum inducam credere, illum, si ibi per totum sexennium moram traxisset, nullam sui memoriam reliquisse. Videtur, nisi fallor, verisimilius, cum in paternâ officinâ suæ artis fundamenta posuisse, & in eâ cùm corrigendis tum imprimendis libris

(*a*) Præfigitur initio commentarii ejusd. Manutii in Cic. Epistol. ad Attic. edit. apud Aldi filios. 1547. in 8.

(*b*) Pag. 333.

libris operam dedisse unà cum suis, donec (a) vixerunt, fratribus: quibuscum dum curas typographicas communicaret, libri plerique ex illorum officinâ prodeuntes hâc subscriptione notabantur, (b) *apud Aldi filios* His sumptus (c) aliquando suppeditabat Federicus Turrisanus eorundem avunculus; idem nonnunquam suo (d) solius nomine libros imprimebat. Federicus ille Turrisanus (e) Aldi Manutii Romani sororem duxerat; (f) Bernardi forsan seu Bernardini Turrisani, quem priùs dixi Parisiis libros excudisse, frater; & (si rectam conjecturam facio) Andreæ Toresiani de Asulâ (g) Veneti olim typographi filius; nam (h) se *facere id, quod à patre hæreditarium acceperat*, fatebatur.

Typi, quibus PAULUS MANUTIUS utebatur, fuerunt elegantes, cùm (i) Latini tum Græci. Græcos *Mureto* non mediocriter placuisse ipse in epistolâ (k) ad *Muretum* indicavit; nec horum tantùm elegantiam (l) prædicabat, sed & copiam *Typos*, inquit, *Græcos fratris mei, nescio quâ culpâ amissos, benignissimè mihi polliceris ac defers. Ego, mi Robortelle, istam vehementer amo voluntatem, quam tibi certè emetior: libertate verò tuâ etsi delector maximè, tamen, cur utar, non est; cùm officinam satìs amplâ & pereleganti hujus generis copiâ magnis jam sumptibus instruxerim.* Quid de ejus typis Muretus ad eum scripserit, non hìc omittendum est. (m) *Characteres tui Græci sanè luculenti: ac dolerem Gallorum nostrorum vicem, quos à te cæteris omnibus rebus jampridem victos typorum quoque Græcorum elegantiâ superatum iri video, nisi plùs te quàm plerosque illo-*

(a) Ex his unius mortem deflet, uti suprà ex ejus epistolis constat. Alterum comperio (pag. 401. ex Pauli epistolâ ad Jo. Bapt. Titium Romæ V. Cal. Nov. M. D. LXV. datâ) *Asulæ anno* 1565. *vixisse sibi animo tranquillo, ab omni remotum graviore curâ, ita ut rem domesticam non contemnat*

(b) Usque ad ann. 1555.

(c) Aristotel. Græc. 1553. *Expensis nobilis viri domini Federici de Turrisanis eorum avunculi.*

(d) Erotemat. Chrysolor. & Etymologic. Magn. 1549. & Dion. Chrysostom. Orat. 1551. Vide Catalog.

(e) Erotemat. Chrysol. 1549. 8. apud Federicum Turrisanum, qui Aldi epistolam huïc editioni præmisit, & his conclusit verbis: *Aldinæ eruditionis memor illiúsque facundiâ illectus Federicus Turrisanus sororius hanc epistolam rursus imprimi voluit.*

(f) Hic Bernardus Turrisanus, (*Parisiis, via Jacobeâ, in Aldinâ bibliothecâ*, 1557. *in* 8) imprimendum curavit librum Pauli Manutii de legibus eodem anno, quo prodiit Venetiis in fol. ex Aldinâ officinâ.

(g) Lege Annal. Typograph. Tom. I. pag. 147.

(h) Lege Præfat. ad Dion: Chrysost. Orat.

(i) Marco Antonio Nattæ in suâ ad eundem epistolâ [Pag. 164.] typos suos Latinos commendat. *Meum*, inquit, *librum de legibus ad te mitto. Iisdem typis, si tibi placuerit, utemur in tuo libro. Sumptus omnino major erit, quàm si litera minor esset: verùm hoc tui consilii ac voluntatis est. Statue arbitratu tuo; perpende magnitudinem libri: deinde significa, quid velis. Mitto etiam aliud characteris genus, ut alterutrum deligas. Utrumque enim in folii, quod aiunt, formam aptè convenit: tametsi dignitas est major in majore De ratione sumptûs, si numerum paginarum tui libri significaveris, & simul versuum in unâquâque paginâ, & literarum in quolibet versu; facilè summa fiet, & ad te scribetur.*

(k) Pag. 150.

(l) Pag. 330.

(m) Lege Epistol. Muret. pag. 15.

illorum amarem. Quâ fide Paulus in typographicis negotiis egerit, quâ diligentiâ, quàm diversâ ab aliis typographis ratione, nos proxima (*a*) ad Marcum Antonium Nattam docebit epistola. *Adeóne erravi, & lapsus sum in subducendâ ratione, ut de foliis quinquaginta conjecerim, quæ nunc octuaginta fore video? Pudet indiligentiæ meæ. Verùm, ut est, commodo meo rem suscipere non possum: nec audeo recusare, ne mea fides in dubium apud te veniat. Itaque peto à te, ut cum tuâ ratione meam quoque ducas, nec exigas à me plus, quàm res & fortunæ meæ patiantur. Nam, quod ais, redituram ad me pecuniam cum fœnore, libro vendito; videlicet communi quâdam, non propriâ me regulâ metiris. Non enim ego, ut alii, qui libros imprimunt, habebo statim certos homines, qui eos divendant, & longinquas in urbes regionésque disseminent. Venduntur hìc statim à meis omnes ita parvo pretio, ut lucri quidem minimum, sed minimo simul labore, minimâ molestiâ fiat. Meum ergo librum itidem, inquis, vendes. De doctrinâ libri tui, de elegantiâ possum ego facile judicare: de venditione quis præstat? An nescis libros Latinos optimos veteres ita nunc jacere, ut penè sordium in genere putentur; vix jam Ciceronem ipsum, Cæsarem, Sallustium legi; à multis etiam ne legi quidem, planéque contemni? Quare noli mirari me tam esse diligentem in iis rebus, quas me docuit usus penè quotidianus, & in quibus non licet esse sine magnâ mercede negligenti.* En literati illius typographi tempore acerbum literarum fatum! Illum tamen suorum temporum infœlicitas ab instituto cursu neutiquam absterruerunt. Ille enim erigendarum, quæ tum jacebant, literarum magis quàm lucri faciendi studio efferebatur, aversissimum gerens animum iis, quos quæstûs avidiores esse cernebat. *Jo. Antonius* (ait ad Octavianum Ferrarium (*b*) scribens) *bibliopola vester, homo est, quod inter nos dictum sit, paulò ad rem attentior, quàm vellem. Nisi remittat aliquid de suâ consuetudine, vix puto inter nos posse convenire. Veruntamen quid ad nos? utamur alio, qui se præbeat æquiorem in transigendo, deinde bonum virum in fide præstandâ.*

Inter Pauli Manutii opera recensentur hæc Italicè scripta: (*c*) *Trattato de gli elementi & di molti loro notabili effetti* 4. *Venet. apud Aldum.* 1557. (*d*) *Lettere di varii scrittori, in tre libre diversi. Lettere volgari.* (*e*) Poësin Latinam non infeliciter coluit. Videtur autem animum præsertim ad styli epistolaris exercitationem applicuisse (*f*) *tam accuratâ diligentiâ, ut*

(*a*) Pag. 166.
(*b*) Pag. 298.
(*c*) Bibliothec. Barberin. & Thuan. Tom. 2. pag. 33.
(*d*) Teissier. Elog. de Paul Manuce.
(*e*) Vide Tom. 2. Deliciar. poët. Italor.
(*f*) Sciopp. de Styl. Histor. & Zeltner. de corrector. & Teissier. Elog. *Afin que ses lettres eussent toute la perfection, qu'il étoit capable de leur donner, il n'achevoit qu'à la fin de l'automne celles, qu'il avoit commencées au printems.* [Hoc tamen de perpaucis, si de ullis, dici potest; cùm pleræque omnes, quibus aut amicis respondebat, aut de rebus literariis vel ad se pertinentibus agebat, moram adeò longam minimè admitterent.] *Nous apprenons dans un des dialogues de Speron,*

ut uni interdum epistolæ concinnandæ aliquot impenderit menses, spatio inter singulas lineas amplo facto, cui omissa hactenus inserere posset. De PAULI in dictando literas facilitate, hæc ex ipsius ad Muretum (pag. 157.) epistolâ accipe. *Vix credas, quàm non facilè meâ manu litteras conficiam; & quàm facilè, cùm utor amanuensi, fluat oratio. Itaque scripsi ad Severum laboriosè, quod inambulans, ut antea solebam, minimo negotio dictâssem. Discessus ille meus, magnorum index malorum, ut ab amicis tunc falsâ conjecturâ ductis putabatur, familiares meos, quorum uti operâ consueveram, Podocatharum, Fasinardum, postremò etiam Nicolaum Cretensem mihi ademit. Filium habeo, sed puerum adhuc, & imbecillo corpore, & occupatum satìs domesticâ curâ.* Sui postea filii (quem *Aldum* fuisse puto) manum ad id negotii adhibuit; utì comperio ex epistolâ ad Jo. Bapt. Rasarium Venetias Patavii datâ (pag 309.) quam sic concludit: *Hæc dictavi, ut soleo, filio meo; nam ut scriberem ipse meâ manu, neque per medicum licebat, nec sanè stomachi ferebat imbecillitas.* Et aliâ item ad Jo. Bapt. Titium Florentiam Romæ, nonis Decembribus MDLXI. datâ; *Vale, & salve à filio meo, cui raptim hæc manè dictavi, cùm in Vaticanum negotii causâ properarem* Suarum epistolarum & præfationum volumen ad Albericum Cibo Malaspinam Massæ & Carrariæ principem misit, (*a*) *quas ipse nequaquam edere animum induxisset, nisi suadentis atque etiam petentis Venetæ nobilitatis ipsum movisset auctoritas* Epistolas illas puto primùm prodiisse anno MDLIIX. quo lego datam ad Albericum Cibo præfationem: quarum tunc volumen continere non potuit libros plures quàm quatuor; nam liber quintus ab epistolâ ad *Pium* IV. Pontificem creatum gratulatoriâ; creatus est autem *Pius* IV. anno 1559. (*b*) Editio proxima (*c*) *quæ ipso autore præfante Coloniæ anno* 1569. *prodiit*, [quam nondum vidi] libros octo complexa est. Editioni sequenti, quæ (*d*) anno 1571. apud *Aldum Pauli* filium lucem aspexit, duo præterea libri additi sunt. Editio deinceps, quam clariss. *Zeltnerus* anno 1573. vulgatam memorat, fuit libro uno amplior, & undecim libris absoluta. *Ultimus* scil. duodecimus *liber à filio Aldo post fata patris additus censetur.*

PAULI MANUTII fama ubique jamdiu percrebuerat: nec quis ferè erat ullo disciplinæ genere clarus, qui cum illo familiaritatem con-

ron, que Paul Manuce avoit toujours des livres à la main, qu'il étudioit sans cesse, & que l'extreme attachement, qu'il avoit à l'etude étoit la cause d'une infinité de maux dont il etoit accablé: cependant (ajoute Sperone) Manuce etoit plutot né pour être lu de tout le monde que pour lire.

(*a*) Lege Epistol. P. Manut. ad Alberic. Cibo præfix.

(*b*) In Bibliothec. Tellerian. pag. 413. reperio; *Epistolarum Pauli Manutii Libros IV. Ejusd. Præfationes. Venetiis, Ald.* 1560. *in* 8.

(*c*) Zeltner. Corrector. pag. 342.

(*d*) Hâc utor in epistolis ex decem prioribus libris allegatis: In duobus ultimis eâ, quæ ex typographiâ Jacobi Stoër ann. 16.6. in 12. exiit, & duodecim libros complectitur.

conflare non percuperet. Anno (*a*) 1552. Romæ, quò gratiâ eruditos conveniendi & eruditionis augendæ profectus erat, comiter à *Michaële Sylvio* exceptus est; & *Julii III.* Pont. Max. *Mafæique* Cardinalis ipsiúsque *Sylvii* hortatu ac promissis ad commorandum ibíque antiquiorum literarum studio invigilandum invitatus. Nullis tamen tunc oblatis conditionibus adduci potuit; sed Venetias reversus usque ad annum (*b*) 1559. artem typographicam excolendo de eruditorum studiis bene mereri non cessavit.

Anno circiter 1560. (*c*) à summo pontifice *Pio* IV. accitus est Romam (*d*) non contemnendâ conditione ad sacrorum librorum editionem. (*e*) *Me quidem (inquit) Venetiis, domestico patris mei restituendæ antiquitatis instituto, & honestè satis & commodè viventem, nihílque minus, quàm de migratione, cogitantem; quippe cùm ab egregiis sæpe civitatibus, atque adeò à superioribus pontificibus semel & iterum optimâ invitatus conditione, nihil tamen unquam novi consilii cepissem; tui pontificatûs fama Romam facilè perduxit. Nam, cùm à summo viro Hieronymo Seripando, cui tua sapientia in cardinalium collegio locum tribuit, literas accepissem, in quibus erat scriptum, cupere te sacros omnes libros, vel hominum incuriâ vel improbitate corruptos, quam emendatissimos pervulgari, velléque in eo operâ uti & industriâ meâ; spatii ad deliberandum nihil sumpsi: statim rescripsi, ita me animatum esse, ita paratum, tibi ut in omnibus rebus libenter obsequerer; susciperem, quæcunque velles; & præstarem, quicquid possem. Quo quidem tempore non mihi aut ulla novorum commodorum est injecta cupiditas, aut honorum splendor mentis oculos præstrinxit* &c. *Erat mihi non modò laudabile & honestum, sed illustre etiam & gloriosum, vocari à Pio IV. pont. ad eam curam, ut sanctissimorum virorum scriptis emendandis edendísque præessem.* (*f*) *Totum hoc imprimendi munus,*

(*a*) Lege Epistolam Longino, qui anno 1555. prodiit, præfixam. pag. 2. lin. 13.

(*b*) Comment. in Cicer. Orat pro Sext. in 8. Venetiis 1559. apud Paulum Manutium Aldi F.

(*c*) Lege Epistol. ad Pet. Miscovium datam Romæ; XIV. Kal. Oct. M. D. LXI. Pag. 342. Lege etiam pag. 345.

(*d*) Zeltner. Corrector. pag. 337. *Argentei typi & 4000. ducatorum annui stipendii loco promissi erant à pontifice Pio IV. quibus verò an steterit P. Maximus, altum de iis silentium Manutii dubitare meritò jubet. Interim tamen per decem annorum lustra* [id est, per decem annos] *pari gratiâ Pio V. & Gregorio XIII. in se propensis Spartam suam diligenter ornavit. Liberrimus inter hæc nostro erat aditus, & usus bibliotheca Vaticana, cui & præfectus aliquandiu fuit, unde manuscripta varia, præcipuè illa, qua Heidelbergâ venerant, producta restituit, emendavit, atque typis suis vulgavit, quos codices omnes ipse lustrans ab erroribus præli purgare solebat.* Mallincrot. de Typogr. p. 98 ex Onuphr. Panvin. in Vitâ Pii IV. *Officinam libris SS. Patrum accuratè & integre imprimendis instituit, accito Paulo Manutio Aldi filio, viro tum in eâ facultate, tum vario literarum genere claro, qui ei muneri præesset.*

(*e*) Lege pag. III. præfationem Paul. Manutii ad Pium IV. in librum Regin. Poli de concilio.

(*f*) Lege pag. 431. Epistol. P. Manutii ad Pium IV.

munus, quod mihi à te mandatum pro meâ fide curo, duas habet partes; publicam unam, quæ ad communem animorum utilitatem pertinet, ut è sacris libris maculæ omnes eluantur; alteram privatam, ut ea mihi interim suppetant, quæ si absint, mecum & cum meis agatur incommodiùs. Quod ad priorem attinet, facerem arroganter, si tibi tantam rem studeam commendare, cùm quatuor spectatæ virtutis & innocentiæ cardinalium, quos huic negotio præfecisti, singularis prudentia nihil deesse patiatur. De meipso attingam (*a*) *pauca.* &c. (*b*) Paulo, *à quo die Romam venit, otioso nunquam esse licuit; neque verò salutationibus quotidianis, quarum pleræque illi quidem voluntariæ erant, necessarias quasdam aliis ambitio faciebat, valde fuit deditus; dum in curâ, quam susceperat, ut emendati ederentur sacri libri, sibi esse hærendum intellexit.* (*c*) *Ibi quanquam tum aliis rebus, tum officio salutandi molestissimo quotidie ferè distinebatur, jucundè tamen satìs vixit: si modò homini, scientiæ cupido, sinè librorum usu, quo carebat perinvitus, jucundi quicquam esse possit. Ipsius prœla, comparatis jam ferè omnibus rebus, quæ ad imprimendum pertinent,* præstò erant, *& à Cypriani epistolis, quod felix faustùmque esset, initium* sumere decreverat. (*d*) Hôc eodem tempore à *Joanne Turritiano* epistolam accepit, quæ ei molestiæ nonnihil & doloris aspersit; cuíque id dedit responsi. *Bonifacii Caietani nomine, principis egregii, cujus causâ velle me omnia atque etiam debere consiteor, accuratè petis, ut ad ejus filium liberalibus excolendum disciplinis conferam studium & industriam meam. Quod idem antea cùm & sæpe & vehementer peterent cardinales aliquot, optimè de me meriti, invitus equidem, tamen pernegavi: neque verò ob eam causam, quia privatim docere, præsertim in urbe Româ, dignitatem non habere, arbitrantur multi; (quod mihi quidem videtur secus; quod enim scire honestum est, id cur docere turpe sit, non intelligo) sed multò magis, quia publici muneris cura, libenter à me pro communi utilitate suscepta, vacui sanè temporis minimum relinquit; & id ipsum, quod relinquitur, jure quodam suo sibi postulant, atque exigunt studia mea: quanquam ab his me sæpe vel salutandi necessitas, vel amicorum avellit interpellatio. Non enim me* μισάνθρωπον *quendam, abhorrentem à consuetudine hominum, & humanitatis expertem, natura finxit. Veruntamen cum illâ studiorum suavitate voluptatem nullam comparo. Quòd si nobilissimi adolescentis confirmandum optimis artibus ingenium susciperem, valde mihi cogitandum esset, quid patri ejus & patruo, quid etiam avi memoriæ, quem colui studiosissimè, quid familiæ claritati deberem. Sæpe mihi occurreret mea fides, & suscepti ratio muneris, & hominum quoque opinio, cui serviendum esse non ignoras. Quæ profectò vel singula tanti sunt, ut maximam*

(*a*) De quibus paulò pòst dicetur.

(*b*) Lege pag. 342. epistolam Romæ, XIV. Kal. Oct. M. D. LXI.

(*c*) Lege pag. 349. Epistolam Romæ Non. Dec. M. D. LXI. datam.

(*d*) Lege pag. 350. epistolam Romæ XVI. Kal. Jan. M. D. LXI. datam.

mam à me diligentiam flagitare videantur; cùm in hâc tot rerum occupatione tantâ ne mediocrem quidem præstare possim. Triennio post suum in urbem Romam adventum *Paulus* in epistolâ ad *Franciscum Morandum* Romæ, XII. Kal. Febr. M D. LXI. (*a*) datâ hæc scribit; *De rebus meis, hoc unum, quo lætari possis, accipe; frui me multorum benevolentiâ; cætera satìs frigere. Causam conferamus in tempora; nam ab hominibus libenter culpam averto. Pontificis quidem præstantem animum ita variæ itáque graves distrahunt curæ, ut ignorare multa cogatur, multa etiam delegare aliis, qui præter suum negotium nihil curant.*

PAULUS MANUTIUS Romæ excudit anno 1562. S. Jo. Chrysostomi de Virginitate librum à *Julio Pogiano* Latinè redditum, in 4. Et *Reginaldi Poli* (*b*) librum de concilio, in 4. Anno 1563. S Cypriani (*c*) opera, in fol. Et librum Francisci Vargas (*d*) de jurisdictione

(*a*) Lege pag 371.

(*b*) Bibliothec. Tellerian. p. 157. *De concilio liber Regin. Poli Cardinalis. Ejusd. de baptismo Constantini M. quæstio. Reformatio Angliæ ex ejusd. decretis ann.* 1556. *Romæ. P. Manutii*, 1562. *in* 4. (Paul. Manutius hunc Librum Pii IV. jussu emissum primum fuisse in suâ præfatione declarat.) Sic & Bibliothec. Barberin. Tom. 2. pag. 230. Ubi alia etiam memoratur eorundem tractatuum editio eodem quoque anno 1562. Venetiis in 8. His Poli operibus Paul. Manutius addidit ad Pium IV. præfationem, in quâ Reginaldi Poli vitam breviter, laudes fusè prosequitur; ex quâ, utì & ex aliis Præfationum Manutianarum locis, (pag. 111. usque ad 123. pag. 129. 136. 138.) lector animum Pauli Manutii perspiciet Romanæ ecclesiæ sedísque partibus addictissimum. Sic Epistolar. pag. 404. 405. in epistolâ ad Petrum Perpinianum Lugdunum missâ: *De amico meo duriora significant literæ tuæ: quæ si vera sunt, amicum jam non appello. Excellat licet ingenio, valeat industriâ, ex antiquis monumentis præclara quæque delibaverit; hæc inania sunt, nisi cum optimâ mente & Christianâ pietate jungantur. Quòd si se respexerit, si eum ecclesiâ Catholicâ, id est cum Deo, redierit in gratiam, tunc ego me illi restituam, tollam hominem, & ornabo, quantum in me erit: nullum ei deesse à me officium patiar, quod ad ejus dignitatem existimationémque pertinet. Quod scribis, Lugduni meliore jam loco religionem esse* &c. *Rex adolescens ac penè puer, cùm in Christi causam tanto animo cœperit incumbere, superare videtur ætatem virtute* &c. *Possevino meo cùm salutem à me scripseris, hoc addes, memoriam illius nostræ veteris amicitiæ mihi esse perjucundam, sed longè charius longéque jucundius, quòd omnes ingenii sui vires ad profligandos Apostolicæ sedis hostes felicissimè profundat. Gratulor sanè optimo juveni de istâ facultate: nec dubito, quin eum semper, quocunque eat, quamcunque rem aggrediatur, ope suâ Deus & prosequatur & juvet. Rouillium, præstanti humanitate virum, egregiè de religione sentientem, si meo nomine salutaveris, gratissimum feceris. Vale. Romæ, XIV. Kal. Dec. M D LXV.*

(*c*) Bibliothec. Barberin. Tom. 1. pag. 323. & Tellerian. pag. 20. & Albert. Fabric. Biblioth. Latin. vol. 3. pag. 379. *Paulus Manutius epistolarum librum quintum addidit. In hâc editione multa è MS. antiquissimo Veronensi emendavit Latinus Latinius, qui nomen suum adscribi noluit, quòd Manutius contra codicum MSS. fidem aliqua retinuisset, alia addidisset.* Hanc Cyprianicorum operum editionem Carolo Borromæio Cardinali (cui avunculus erat Pius IV.) Paul. Manutius dedicavit. Præfat. pag. 127.

(*d*) Huic Paul. Manutius præfationem (pag. 124.) addidit. Hujus editionis mentio fit in Bibliothec. Barberin. Tom. 2. pag. 497. & Tellerian. pag. 171. *Franc. Vargas, de episcoporum jurisdictione & pontificis maximi auctoritate, responsum. Romæ, Paul Manutii*, 1563. *in* 4.

diction epiſcoporum, & ſummi pontificis authoritate, in 4. Anno 1564. Canones & decreta (*a*) Concilii Tridentini, in fol. Anno 1565. Clementis Moniliani cardinalis (*b*) Theologic. diſputationes. *Paulus* interim, dum Romæ commorabatur, mihi videtur (*c*) Venetiis etiam typographêum, neque quidem otioſum, habuiſſe.

Poſtquam Romæ aliquandiu vitam ſatis laborioſam duxiſſet, ſibique omnia proſpere, ut ſperaverat, non procedere ſenſiſſet, cœpit apud *Pium* IV. pontificem (*d*) queri. *Ego*, inquit, *cùm ad urbem veni, licèt à Pio* IV. *ſperari poſſe omnia intelligerem, tamen efferri me cupiditate non ſum paſſus; id unum ſpectavi maximè, ut benevolentiâ tuâ, in quâ pono omnia, perpetuò fruerer. —— Domeſticis rebus ſatis conſultum putabam honorario illo annuo, quod à tuâ benignitate impetraveram. —— Sic annus abiit: nec interea novam mihi cupiditatem dies attulit; quæ etiam admonet, quò propiùs*

(*a*) Cum Paul. Manutii præfatione. pag. 135. Bibliothec. Barberin. Tom. 2 pag. 476. & Tellerian. pag. 147. Teiſſier. Additions aux eloges. pag. 236.] „ Nicius „ Erythræus & Marville nous aprenent, „ que, quand les theologiens nommés „ par le pape eurent composé tout le corps „ du catechiſme du concile de Trente, on „ choiſit trois excellens hommes pour l'é- „ crire en Latin d'un ſtyle pur & intelli- „ gible; que ces trois élus furent Paul Ma- „ nuce, Julius Poggianus, & Corneille „ Amalthée: leſquels ſans étre theologiens „ reuſſirent parfaitement de cette entre- „ priſe, de ſorte que ce catechiſme eſt un „ livre agréable à lire pour le ſtyle, & „ qu'on peut faire lire à la jeuneſſe, à qui „ l'on veut aprendre le Latin &c.

(*b*) Has Paul. Manutius Clementi Moniliano cardinali inſcripſit, præfatione (pag. 137.) Romæ, M. D. LXV. menſe Sept. datâ: in quâ ſcribit hoc *Theologicarum diſputationum volumen anno ſuperiore impreſſum*, authoris *mox induſtriâ locupletatum, duobus nuper additis tractatibus, uno de Cœlibatu, altero de Peccatis, iterum* à ſe, authoris conſenſu, edi. *Clementis Moniliani cardinalis Aracœli compendium Catholicarum inſtitutionum, cum duobus tractatibus de peccatis & de cœlibatu; Romæ,* 1565. *in* 4. memoratur in Bibliothec. Draud. pag. 281. & Barberin. Tom. 1. pag. 85. Sed in Tellerian. pag. 58. & Simler. pag. 132. legitur impreſſum *apud Antonium Bladum.* Bladus forſan & Manutius in hôc imprimendo ſocii fuerunt.

(*c*) Illud typographêum, dum Paulus Romæ aberat, cuidam ex ſuis operariis primario commiſiſſe potuit, forſan filio etiam Aldo; qui, licèt patri Romam migranti comes fuerit, eíque ibidem commoranti officium ſuum præſtiterit, Venetias tamen frequenter inviſebat. Eum Venetias profectum anno 1565. 6. Id. Nov. & unà cum matre, anno 1567. comperio ex Pauli (pag. 401. 460.) ad Jo. Bapt. Titium & Auguſtin. Angelelum Epiſtolis. Habemus Aldi ipſius epiſtolas Venetiis datas, alteram anno 1561. Orthographiæ rationi præfixam, alteram anno 1566. in initio libri de Veterum notarum explanatione. Hos tractatus Aldus Manutius anno 1566. Venetiis excudendos curavit; de quibus plura, cùm ad Aldi Manutii mentionem pleniùs faciendam pervenero. Idem Aldus forſan curavit Aſconii Pediani in Ciceron. Oration. explanationem, quæ in 8. Venetiis prodiit cum Scholiis Pauli Manutii recuſa (nam antea ibidem in 8. prodierat ann. 1545. Vide Fabric. ſupplem. biblioth. Lat. pag. 144.) & ſecundam Livii editionem cum Sigonii Scholiis, quæ in fol. ann. M. D. LXVI. prodiit, cum hâc ſubſcriptione, *Venetiis, apud Paulum Manutium Aldi F.* Et cum hâc eâdem ſubſcriptione, eodem hôc anno, Horatii Opera in 4. cum Dionyſ. Lambini in eadem Commentariis, & Jo. Michaelis Bruti in Carmin. & Epod. explicationibus.

(*d*) Epiſtol. pag. 430. 431. 432. 433.

piùs ad hujus peregrinationis, quæ vocatur vita, finem accedimus, eò minùs de viatico laborandum. Itaque mutatum nihil est in consiliis meis: animus, quos antea sibi fines præscripserat, iisdem se continet, ultrà nihil appetit, Sed corporis alia quædam ratio est: ætas jam ingravescens quasi extra ordinem multa desiderat; multa etiam, præsertim in laboribus ac studiis, valetudo requirit imbecillior. &c. *Nihil definio, neque mihi certum beneficii nomen peto:* —— *ego rationes meas principi maximo & ad beneficentiam nato commendare. me intelligo. Nihil me postulare præcipuum decet: unum illud indicare satìs est, fulciri oportere subsidio aliquo fortunas meas* &c. Carolum (*a*) Borromæum Cardinalem per epistolam sollicitavit, ut ejus, quâ apud Pontificem avunculum suum valebat, gratiâ posset id consequi, quo Romæ libenter viveret Post mortem Pii IV. (quæ in ann. 1565. Decemb. 10. incidit) Paulo Manutio Roma displicere cœpit; studia inceperunt propemodum jacere; ipse uti valetudine incommodâ: utì in (*b*) epistolis anno 1566. 4. Non. Jan. 8. Id. Jan. 8. Id. Feb. datis testatum legimus. Quamvìs Pium V. (qui Pio IV. successit ann. 1566. Jan. 7.) laudaret, (*c*) *pontificem, qualem ætas nostra non vidit;* annóque proximo (*d*) se *rem familiarem, (quorundam hominum incuriâ aut socordiâ quod acciderat) amissam recuperavisse lætaretur*; non tamen multum temporis decurrit, antequam in querelas recideret: (*e*) *se valetudine uti satìs commodâ; re familiari, si spectentur ipsius labores, parum copiosâ; si ratio temporum, satìs amplâ.* Anno deinde (*f*) subsequente scripsit, se *non modò Romæ esse, verùm etiam libenter esse, existimatione integrâ, re familiari auctâ potiùs quàm imminutâ: se (g) & valere & satìs jucundè vivere, re domesticâ ita jam constitutâ, ut adolescenti filio, quem unicum habebat, cogitandum de virtute potiùs quàm de fortunâ videretur.* Habemus Pauli epistolam tunc temporis ad Joannem Cratonem [Id. Sept. M D. LXIX.] scriptam, quâ se apud eum purgat, quòd *de imperatore Maximiliano (h) ad Sambucum perscripta ex libro epistolarum suarum sustulisset.* Ann. 1570. Paulus ad Cratonem Viennam misit epistolam (*i*) Romæ, Id. Jun. M. D. LXX. datam; in quâ hæc à Paulo scripta occurrunt: *Mediocritatem earum rerum, quæ fortunæ bona quidam vocant, planè me consecutum credidi, cùm decem abhinc annis Romam veni. Quis enim aliter crederet, cùm*

à

(*a*) Pag. 433.
(*b*) Pag. 407. 408. 411.
(*c*) Lege pag. 415. epistolam ad Marium Corradum datam VI. Kal. Sext. M. D. LXVI.
(*d*) Lege pag. 443. epistolam ad Jo. Franciscum Cremon. datam IV. Kal. Quint. M. D. LXVII.
(*e*) Lege pag. 452. epistolam ad Anton. Furnarium datam XVI. Febr. M. D. LXVIII.
(*f*) Lege epistolar. lib. 9. pag. 21. epilam ad Jacob. Gorscium datam VI. Kal. Oct. M. D. LXIX.
(*g*) Ibid. pag. 33. epistol. ad Ant. Furnar. dat. XIIX. Kal. Feb. M. D. LXIX.
(*h*) Ibid. pag. 4. 5. 6. 7.
(*i*) Hanc antea ineditam luce donavit doctissimus Morhoffius in Polyhistor. Tom. 1. pag. 317.

à pontifice maximo vocarer &c. *Dicam, & id ipsum invitus: nescio quo fato mihi fontes aruisse, qui profluere solebant; benignitatem, quæ antea patebat, ita clausam in me esse, non modò, ut nihil ejusmodi, in quo vel copia vel splendor inesset, sed ne mediocritas illa quidem, quæ repellit incommoda, quæ honestatem ex parte saltem aliquâ tuetur, mihi adhuc obtigerit.* &c. *Quod ad rei domesticæ jacturam attinet, tranquillo satìs animo sum; illa me dies noctésque vexat cura, quòd, si quem studia mea fructum ferre, siquid posteris industria mea prodesse poterit, id periisse totum ac perire quotidie magìs intelligo. Nunc quòd jacere mea studia per annos decem sum passus, quòd fundamentis adolescentiæ præclarè jactis, ætas gravior expectationi non responderit, id cùm recordor, penè totus ipse mihi displiceo* &c *Sed illa pars literarum tuarum, in quâ de Maximiliani Imperatoris admodum propensâ ad liberales disciplinas voluntate significas, & addis, opem ab eo si petam, fore, ne frustrà petam, ea verò pars animo meo tanquam labanti quiddam, quod consisteret, instillavit.* &c. *Equidem, si hoc per te assequar, ut ex turbulento negotii genere emersus, ad tranquillitatem perveniam, & quod reliquum vitæ contigerit, in optato literarum portu, interpellatore nullo, vacuus omni curâ, degam, nulla res erit tanta, quam non & me tibi debere confitear, & libenter tuâ causâ suscipiam.* &c. Illum autem portum, cujus spes ex eâ, quâ Crato apud imperatorem valebat, gratiâ affulserat, nunquam consecutus est. Ei itaque Venetias ad patrios Lares (*a*) remigrandi fixum fuit consilium: & Ro-

(*a*) Epistol. lib. 9. pag. 8. *Ad Jo. Cratonem. Romæ, Kal. Mai.* 1570. *Meus animus, aberrat à bonâ spe, quippe ætate ingravescente, valetudine perimbecillâ, morbo plurimorum mensium. Te rogo pro nostrâ necessitudine, siquid mihi acciderit humanitus, filium meum Aldum, qui vivit Venetiis, tuis officiis tuâque humanitate complectaris. Ego, si diutius vitâ fruar, nullum erga te amicissimi atque observantissimi hominis officium prætermittam. Hæc quoque alienâ manu; nam mea vim penitus omnem ademit morbus. Vale, & posthac Venetias, quo me brevi conferre cogito, ad oratorem vestrum literas mittes. Is mihi eas reddendas curabit. Et quanquam fieri potest, ut inde me Patavium, valetudinis curandæ gratiâ, conferam; tamen discedens mandabo meis, ut literas mihi tuas eò mittant.* Ibid. pag. 14. *Ad Augustin. Angelellum. Romæ, Kal. Sept.* 1570. *Invaletudine nonum jam mensem ita laboro, ut neque ratione victus neque ullo remedii genere adhuc quidem allevari potuerim. Itaque miserè jaceo, spe jam destitutus omni, præter eam, quam in cœli mutatione multi ponendam arbitrantur. Exire propter nimios calores nondum licuit. Sed ego exeundi consilium ita cepi, ut Urbem planè relinquam, & ad patrios Lares remigrem. In quo pontifex, ut est insigni præditus humanitate, facilem perbenignúmque se præbuit: Si quæris, lætior an tristior discedam; non facilè dixerim. Ita multa occurrunt, quæ animum ac voluntatem huc illuc distrahant. Propensior tamen in hanc partem sum, ut post annos decem, ætate ingravescente, urgente præsertim difficili morbo, ad patriæ complexum recurram. Eamus igitur diis bene juvantibus, & redeamus aliquando ad illa studia, unde discedere piaculum fuit. De discessu igitur fixum consilium est; de die nondum statui: sed ut hyemales imbres tempestatésque vitentur, ante Kal. Oct. cogitamus. Onuphrius hìc remanet, meo sanè cum dolore: non solùm enim ejus operâ utebar in studiis; verùm etiam convictu, sermone, probitate, ingenio ita fruebar, ut hanc jacturam sarcire posse vix unquam putem. Hòc adolescente nihil aptius ad naturam meam.* Quid de Onuphrio alibi (Epistolar. lib. 2. pag. 81.) scribat Paulus, hic injiciam. *Onuphrius Panvinius, ille antiquitatis helluo, specta-*

(*a*) Româ discedendi facultate à Pontifice primùm petitâ, viatico verò (*b*), quod rogaverat, non impetrato, Septembri (*c*) mense ann. 1570. in viam se dedit; & Venetias (*d*) reversus, à propinquis, familiaribus, notis pariter atque ignotis summâ voluptate exceptus est.

PAU-

spectatæ juvenis industriæ, Et ingenio, ut probitate, præstans, hìc (scil. Venetiis) est, *eritque in aliquot menses. Imprimit suos fastos cum commentariis; & interdum adornat alia. Sæpe litigat obscuris de rebus cum Sigonio nostro. Sed utriusque bonitas, mutuus amor, excellens ad cognoscendam veritatem judicium, facit, ut inter eos facilè conveniat.* Paulus Manutius in adolescentibus impensè mirabatur propensam ad studia literaria indolem; eorúmque, ubicumque essent, familiaritatem ambiebat: sic epistoar. lib. 7. pag. 429. *Tu meis verbis eruditum in primis & probum adolescentem, Josephum Scaligerum, si est Lutetiæ, salutes velim.*

(*a*) Epistolar. lib. 10. pag. 37. *Ad Cardinalem Joan. Moronum. Romæ, 7. Cal. Sept.* 1570. *Sperabam fore, ut auctoritas tua facilè impetraret ab æquissimo principe annuam tantùm ordinarii stipendii solutionem: ut quemadmodum Pius IV. venientem ad urbem insigni viatico donaverat, sic Pius V. ab urbe discedentem non modò simili, sed majore etiam munere prosequeretur: in quo ratio videbatur habenda ætatis meæ, habenda valetudinis* &c. *A pontifice sum Romam accersitus; à pontifice discedendi facultatem peto.* &c. *Vides cum Romano cœlo minimè jam mihi convenire posse; adductam esse in extremum ferè discrimen salutem meam; autumnum adventare, cujus varietatem & inconstantiam mea nequaquam ferret imbecillitas. Venetias multis nominibus cogito. Sed si vel per pontificem, quod nec opinor, vel per quotidianam febrem, quod magis metuo, patriam petere non licebit, accedam ad Sabinos colles, quos florere audio regionis amœnitate* &c.

(*b*) Ibid. pag. 40. *Ad Cardinalem Gulielmum Sirlettum.* 7. Cal. *Oct.* 1570. *Quanquam neque tua neque collegarum tuorum, Moroni & Cornelii, de viatico mihi impetrando summa contentio quidquam profecerit: — optimi pontificis angustias temporum difficultas excusat. Veruntamen ingravescenti hominem ætate, ægrâ valetudine, imparatum à re domesticâ, cum filiâ nubili, ab urbe Româ, cujus nomen omnia pollicetur, post decem annorum labores, suis sumptibus in patriam redire, iis fortasse, qui hæc solent animadvertere, admirationem aliquam pariet.*

(*c*) Ibid. pag. 45. *Ad Andream Antoninum. Venetiis. Ex sollicitudine ac laboris assiduitate incidi in morbum, cujus primùm vi detentus, deinde etiam diuturnitate defessus, tentatis propè rebus omnibus, cùm neque periculi neque molestiæ finem viderem, cepi consilium in patriam revertendi: extremóque Septembri mense, dissuadentibus medicis & amicis, æger, in viam me dedi. Pisaurum usque morbus ingravescere visus est. Adspectu maris, quasi jam in oculis diu expetita patria esset, propinqui boni spe, animus corpori medicinam fecit: febris abiit, antequam Pisauro solveremus. Ita Venetias, refecti cibo, paulò firmiores appulimus.* Ibid. pag. 46. *Ad Franciscum Morandum. Venetiis. Quæ me causa, minimè naturâ proclivem ad nova consilia, nunc impulerunt, ut negotium illud Romanum, quod Pius Pont. Max. decem abhinc annis honorifico quingentorum scutatorum stipendio mihi demandaverat, rejiciendum putarem, non facile est scribere. — Illud fieri non poterat, ut cum illo mihi ampliùs cœlo conveniret. — Veni domum: hìc verò me summa quies & domestica commoda, fidelissimæque atque amantissimæ conjugis cura tanta, quanta potest esse maxima, planè recreavit.*

(*d*) Epistolar. lib. 9. pag. 9. *Ad Jo. Cratonem. Venetiis, X. Cal. Nov. M. D. LXX. Nunc demum exoriri mihi videor, & quasi post multam noctem lucem adipisci, reversus post annos decem in patriam ab urbe Româ* &c. *Gratulantur amici, amplexantur, lætitiam oculis, vultu, sermone declarant. — Angor sæpe intimis sensibus, dum recordor, quid jacturæ, quandiu Romæ vixi, studia mea fecerint. — Laborabam domesticis incommodis, fratrum meorum culpâ; nec spes erat emergendi, nisi nova consilia caperentur. Vocabar à pontifice maximo; quo nihil videri poterat honorificentius: fructum autem quis non expectaret? Læta, copiosa,* am-

PAULUS, postquam (a) Româ discessisset Venetias rediturus, (b) se-

ampla ab omnibus omnia promittebantur. Credidi, & speravi. — Quanquam hoc levius, quòd spem fefellerit eventus; non tam enim abundare, quàm non egere, gratum est: illud perquam grave, quod perpeti sæpe multa sum coactus, indecora prorsus, indignáque studiis nostris, ætate nostrâ, existimatione antea partâ. — Nunc, singulari divino munere patriam adepti, rediuimus ad illa præclara studia, unde discedere non oportuit &c. Epistolar. lib. 10. pag. 42. *Ad Cardinal. Gulielm. Sirlettum. Quicquid tuli, dum in patriam revertor, suave est: tuli autem aspera, gravia* &c. *Quæ dum ferrem, hæc mecum loquebatur animus: Sustine, præteritorum memoriâ, futurorum spe* &c. *In patriam tendis, refertam bonis omnibus. Ibi te complexu excipiet dulcissima conjux* &c. Ibid. pag. 48. *Ad Camillum Palæottum. Venetiis. Hîc me propinqui, familiares, noti pariter atque ignoti redeuntem excepere voluptate summâ. — Est, cur immortali Deo gratias agam habeámque maximas, quòd mihi, occasione gravissimi morbi, missionis à pontifice petendæ, ipsique pontifici concedendæ mentem attulerit. Alioqui nec satis decorum putâssem, nec unquam omnino commisissem, ut ante pactam diem negotium publicum urbémque relinquerem. In discessu commoda quædam sperabantur; nec defuit intercedentium dignitas, auctoritas; gratia: ratio temporum est adversata; pontifice naturâ liberalissimo Turcicum bellum, & præsentis futurique sumptûs necessitatem excusante. Mirum id videri nonnullis. Ego, qui propemodum id, quod accidit, opinione jam præceperam, non sum commotus, ipsóque missionis impetratæ munere contentus, cætera non dixerim equidem contemnens, sed certè non maximi pendens, otii cupidus nihilo lætior discessi. Nunc habeo cum valetudine negotium* &c. Ibid. pag. 52. *Ad eundem. Venetiis. Id. Decemb* M. *D. LXX. — Romæ, ne spes quidem erat otii; hîc sæpe vaco, nec tempus perire sino* &c. Ibid. pag. 62. *Ad Henricum & Camillum Caëtanos. fratres Bonifacii principis filios. Venetiis.* 9. *Kal. Dec. M. D. LXX. — Utinam biennio maturiùs in patriam venissem!* Ibid. pag. 63. *Ad Joan. Caselium. Venetiis, XIIX. Cal. Jan. M. D. LXX. Urbem Romam ante duos menses, difficili diuturnóque coactus morbo, reliqui. Melius omnino mihi nunc est: necdum tamen ita valeo, ut intermissa officia repetere audeam. Libros parcè attingo* &c. Ibid. pag. 65. *Ad Horatium Cardanetum. Venetiis, XVII. Cal. Jan. M. D. LXX. — Erras, quòd me bene nummatum in patriam rediisse putas. Decem enim annorum laboribus vix tria scutatorum millia, id est quantum ad filiam collocandam requiratur, colligere potuimus. Ita mihi nullæ pecuniæ, nullum vectigal, præter veterem frugalitatem, &, quo vectigal nullum est uberius, animum paucis contentum, relinquitur.* &c. Ibid. pag. 66. *Ad Antonium Rolandum. Venetiis, X. Cal. Jan. M. D. LXX. — Ego, posteaquam in patriam reverti, negotiorum magnitudine defatigatus, ætate etiam admonitus, & Venusini poëtæ versu, [Solve senescentem maturè sanus equum] mihi & Musis duntaxat vivere constitui. Nullas suscipio curas, nisi quas rerum domesticarum necessitas imponit. Novas amicitias non expeto; veteribus colendis operam non do: cum uxore liberísque suavissimam vitam duco.* &c. Hîc autem vocem [*liberis*] non satìs intelligo; nam Aldum filium habebat unicum de tribus superstitem (Vide Epistolar. lib. 5. pag. 300.) qui tunc cum ipso degebat Venetiis; filiam autem (quod mox constabit) Romæ reliquerat.

(a) Epistolar. lib. 10. pag. 54. *Ad Franc. Cicereium. Ex oppido Plebe Sacci.* 7. *Id. Nov.* 1570. — *Fuit omnino, ut vitæ consulerem, ab Urbe discedendum. In quo summi pontificis clementiam & facilitatem laudabo nunquam satis: qui de languore meo certior factus, cùm adhuc muneris mei susceptæque provinciæ menses non pauci superessent, abeundi tamen potestatem petenti æquissimo animo concessit.* Hinc liquet Paulum Manutium, cùm primùm à Pontifice accersitus esset, suam operam muneri, quod ipsi demandatum erat, non ultra decennale spatium addixisse.

(b) Ibid. pag. 54. *Ad Camillum Palæottum. Venetiis. Kal. Jan. M. D. LXX. — Utinam fundus meus aut abesset propiùs, aut eâ saltem regione esset, ubi cœli gravitas minimè timenda videretur. Mihi crede; olearia ego instituerem, rusticis me oblectarem operibus, valetudini simul animóque consulerem:*

sedem non semper habuit Venetiis fixam: sed, quò meliùs infirmæ valetudini suóque, quod vitæ (*a*) negotiosæ præferre solent viri studiis deditì, otio consuleret, cœlum frequenter mutavit. Primùm in oppido (*b*) Plebe Sacci aliquandiu habitavit; dein non diu (*c*) Venetiis; postea, cùm (*d*) sex ampliùs mensibus Mediolani moram fecisset, repetiit Ve-

lerem: quod aliquâ tamen ut ratione consequar, quocunque loco, quâcunque regione, operam dabo. Nam hìc diu commorandi spem auferunt multa, sed maximè frigoris injuria, & vinorum austeritas: quæ, tenui corpore, imbecillo stomacho, ferre vix possum; vel nullo modo possum. Itaque de migratione cogitandum.

(*a*) Ex iis, quæ hactenus in Pauli Manutii notitiâ allegata sunt, satìs apparet ipsum à vitâ publicis negotiis, crebris salutationibus & hujusmodi officiis implicitâ alienissimum fuisse. Non tamen se adeò literis abdidit, ut non permultorum eo tempore eruditorum colloquiis frueretur, & institutas cum iisdem amicitias epistolis subinde familiaribus coleret. *Sic cum Ferrario triginta annos, eóque ampliùs, arctissima ei intercessit necessitudo* (Vide epilam anteà proximè memoratam). *Quo primùm*, inquit, *die mihi cognitus est, ingenium & futuræ doctrinæ principia perspexi; postea mores in consuetudine probavi: inde ortus est utrinque amor; qui ne unquam deficeret, aleretúrque potiùs, & ad summum perduceretur, ille suæ virtutis, ego meæ meritis in illum observantiæ, præstitimus.*

(*b*) Epistola, quam proximè citavi, data est *ex oppido Plebe Sacci. VII. Id. Nov. M. D. LXX.* Et Epistolar. lib. 9. pag. 35. *Ad Anton. Furnarium. Non patiar ignorare te, vivere me nunc in patriâ, & planè vivere. — Romæ assiduis quasi negotiorum fluctibus obruebar. — Nunc fruor rebus iis, sinè quibus vita prorsus nulla est, propinquis, amicis, libris, ipsâ demum libertate; quâ nihil est charius. — Vale, ex oppido, Plebe Sacci, quò me sæpe conferam, valetudinis animique gratiâ: addo illud; ne studia colenti, quibus carui diutius, quàm vellem, interpellatores molesti sint. III. Non. Nov. M. D. LXX.* Et Epistolar. lib. 10. pag. 58. *Ad Octavianum Ferrarium. Ex oppido Plebe Sacci, VI. Id. Nov. M. D. LXX. Gratulari te mihi æquum est, quòd exoptatæ diu patriæ compos denique factus post annos decem tenui fortunâ contentus ita vivo, ut regum opes honorésque contemnam. — Uxor & filius in urbe, commodâ uterque valetudine, illa rem domesticam, hic officinam emendandorúmque librorum curam administrat egregiè. Mihi, tædio diutinæ commorationis urbanæ, rusticari vehementer placet.* &c. Scripsit epistolam ad Camillum Palæottum datam *Ex Plebe Sacci. XVI. Cal. Maii. M. D. LXXI.* Vide edition. Epistolar. ann. 1616. pag. 457.

(*c*) Epistolam misit ad Martinum Berzevicæum [Vide lib. II. pag. 475.] *Venetiis, XII. Kalend. Sext. M. D. LXXI.* datam; in quâ scribit, se, *volumen epistolarum suarum, cùm valetudinis causâ ab urbe discederet, dedisse negotium filio, ut ad Cratonem mitteret.*

(*d*) Epistolar. lib. II. pag. 457. *Ad Camillum Palæottum Mediolani. Kal. Novemb. M. D. LXXI. Valde accidit non sanè contra voluntatem, sed certè præter opinionem meam, ut Mediolani consisterem. — Ego Genuam eâ potissimùm causâ petebam, ut villulis pulcherrimis, jucundo placidi maris adspectu, & verno cœlo, hyeme summâ, fruerer. Nam Venetiis hyeme superiore, cùm & cubiculo clauderer angusto, & camino assiduè uterer luculento, parum tamen abfuit, quin me vis frigoris absumpserit. — Exercitationibus dum utor, confirmari me sentio; at iis uti Venetiis, præsertim sub dio, vel ob angustias viarum, vel ob infinitam propè civium peregrinorúmque frequentiam non licet. — Habes, cur Venetiis non sim. Quò spectem, & ubi esse velim, ac reliquæ vitæ domicilium collocare, sanè nondum constat. Amœnitatem & salubritatem sequor. Utraque Genuæ est; utraque ut audio, Regii, quò peramanter invitor: & suburbanum mihi suum, magnificè extructum, eleganter ornatum, vir primarius integritate doctrinâque excellens, Horatius Malagutius, summi pontificis cubicularius, semel & iterum detulit. Mihi tamen ocellus Italiæ, Benacensis ora, Asulano meo, unde multa suppetent, satis pro-*

(*a*) Venetias; tandémque anno 1572. (*b*) Romam se contulit, ubi Gregorii

propinqua, vehementer arridet: eò me convertit animus, eo referunt pedes; ibi denique cum rusticis malim, rustico penè more, quàm alibi cum perurbanis, in magnâ non modò lautitiâ verùm etiam copiâ, vitam agere. Interea sum in hac urbe, &, ut video, diutius ero, quàm putabam &c. Et Ibid. pag. 462. alia occurrit epistola ad eundem, *Mediolani, Idib. Mart. M. D. LXXII.* data.

(*a*) Ibid. pag. 467. *Ad Joannem Cratonem. Venetiis, XI. Cal. Mai. M. D. LXXII. Quâ primùm horâ in patriam redii, unde menses aliquot abfueram & valetudinis & otii causâ, quæsivi statim de filio, Ecquid Crato noster?* &c. *Mediolani abditus in literas vixi. Si quæris, quo studiorum genere; explanandis Ciceronis orationibus; quod mihi propositum fuit ante multos annos. Nunc dandi sunt dies tum amicis, tum etiam negotiis. Commentarios in Epistolas, quæ familiares vocantur, convitio jam propè efflagitatos debere studiosis diutius vix possum.* &c. Et pag. 465. *Ad Hannibalem Cruceium. Venetiis, Idib. Mai. M. D. LXXII. — Purgas te de superiori tempore, quòd sex ampliùs mensibus, id est quamdiu Mediolani mihi esse contigit, ter aut quater ad me veneris.* &c.

(*b*) Ibid. pag. 453. Jacobo Boncompagno de Gregorio XIII. cui erat sanguine conjunctus, in pontificem electo gratulatur epistolâ, *X. Kal. Quint. M. D. LXXII.* datâ. Et pag. 70. mitit epistolam ad Camillum Caetanum, *Romæ V. Id. Quint. M. D. LXXII.* datam. Et pag. 463. *Ad Camillum Paleottum, Bononiam. Romæ. VII. Id. Sept. M. D. LXXII. Agri vestri siquidem, ut scribis, imbribus irrigari cæpti sunt, meliore, quàm nostri, qui adhuc valde sitiunt, cæli munere fruuntur* &c. *Ego, non exspectatis imbribus, jam sarcinulas collegeram, ut in viam me darem: nihil enim erat prius, quàm ut domum redirem; eòque itinere te viderem, & villulam tuam; utroque autem fruerer, quamdiu per anni tempus liceret. Sed vicit consilium meum cardinalium voluntas: quorum operâ est effectum, ut Gregorius XIII. honorifico me stipendio retinendum putaverit. Hic igitur cogimur consistere* &c. Pag. 487. *Ad Jo. Cratonem. Romæ, Kal. Dec. M. D. LXXII. — Romam quâ causâ adductus venerim, scripsit, opinor, ad te filius: quæ retinuerit, à me cognosce. — Incredibili sum exceptus hominum lætitiâ. Pontifex ipse, præclarè in optimas artes animatus, cognito adventu meo, negotium cardinalibus dedit, ut ita mecum de mansione agerent, ne discedere paterentur. — Parui rogantibus, cognitâ præsertim pontificis voluntate. Stipendium satis per se tenue, in quo meam facilitatem nonnulli reprehendunt, cum libertate & otio maximum videtur. Nihil oneris imponitur. Literis, ut in solitudine, frui licet; &, ut spero, licebit. Unum aut alterum cardinalem bis in mense, térve summum, salutare consuevi. — Pituitâ carere jam non possum sexagenarius, laborem scribendi aut legendi ferè nunquam intermittens.* &c. Et pag. 471. *Ad Horatium Cardanetum. Romæ, Id. Sext. M. D. LXXII. — Ego, si cum uno alteróve puero iter facerem, expeditus nullo negotio excurrerem ad te,* (scil. Perusiam). *Quid autem jucundius, quàm Caetanis meis tibique non modò id optanti, sed etiam exigenti dies aliquot dare? Sed exiguo comitatu, cùm filiam virginem ducam, tot dierum viam conficere, quàm honestum sit, tute cogita.* &c. Et pag. 474. *Ad Antonium Furnarium. Romæ, XII. Calend. Octoq. M. D. LXXII. Quod felix faustúmque sit, iterum Romæ sum. Id mihi, non dicam invito (Quis enim invitus, honestâ præsertim conditione, Romæ sit?) sed certè nec opinanti, contigisse velim credas. Nam, cùm post obitum Pii Quinti, quo sedente nescio quo meo fato secundis uti ventis haud satis mihi unquam licuit, eo consilio ad urbem venissem, ut nubilem jam filiam, quam hic biennio antè* (nempe anno 1570.) *æger discedens in cœnobio celeberrimo, sacris commendatam virginibus, reliqueram, in patriam ad nuptias reducerem, exceptus incredibili omnium lætitiâ, precibus amicorum, suasu cardinalium, jussu Gregorii XIII. sedem hic statuere, & redeundi consilium abjicere sum coactus.* Eruditissimus Zeltnerus (in Centur. Corrector. pag. 337. lin. 9, 10, 11, 12.) videtur intrà decennium, quod Paulus antea Romæ transegerat, includere tempus Pii V. & Gregorii XIII. Decennium illud ab ann. 1560. ad ann. 1570. extenditur. Gregorius autem decimus tertius, ante an-

annum 1572. Maii 13. pontificiam dignitatem non adeptus est. Epistolar. lib. 12. pag. 480. *Ad Camillum Palæottum. Romæ, XII. Cal. Mart. M. D. LXXIII. — Unicam filiam, inter sacras virgines educatam, non hebetem ingenio, nec paucis, nisi me fallit amor, virtutibus instructam, juveni optimo satis honesti loci, haud postremi ordinis in jure civili, addo etiam, quod hodie potissimum requiritur, à fortunæ bonis non imparato, meis reclamantibus, de sententiâ tamen fidelium amicorum despondi.* Et pag. 481. *Ad eundem. Romæ. M. D. LXIII. Sic tu par pari.* Ego de filiâ meâ paulò antè collocatâ, nunc tu de tuâ significas. — Ego, quod præstare posse videor; id libenter unum ago, & quidem in urbe Româ, ut in desertâ solitudine, interpellante nemine. Quod beneficium optatum antea potiùs quàm speratum, nunc à pontifice optimo Gregorio XIII. acceptum meminero, & prædicabo, dum vivam.* &c. Et pag. 483. *Ad eundem. Romæ, Idib. Dec. M. D. LXXIII. Post gravem trium ferè mensium morbum, nunc denique incipit esse mihi paulò commodius. — Oleis tuis, quibus me, quocunque loco sim, carere non pateris, fruar cum filiâ & genero. Simul enim vivimus* &c. De Pauli Manutii filiâ, Joannis Imperialis (in Muf. Historic. p. 108.) verba (quæ in Baylii Dictionario p. 2657. citantur) hìc proferenda sunt. *Sacris in claustris jampridem conjecta filia, eò dementiæ ac furoris abrepta est impetu, ut inde se clàm egressuram minaretur misero patri, nisi omni studio ipsam extrahere niteretur. Quo factum, ut is plurium itinerum vexatione morosâque apud Romanos judices prehensatione, æger animo, afflictúsque corpore, tandem hujusmodi poculum, licèt peramarum, tamen justâ necessitate quæsitum, exorbere sit coactus, insueto exemplo virginem pluribus annis Deo dicatam mundanis iterum angustiis devovendi; quæ cùm postea honesto conjugi nupta pravâ se libidinis fœdârit indole, infelicitérque peregerit, intestino i. mærore correptus reliquum vitæ sollicitæ cogitatione traduxit. Quum verò etiam ei accesserint vetustæ luis Gallicæ inquinamenta, quibus alternatim vel temporum vel locorum vel victuum lædebatur mutatione, deterrimam prorsus vitæ conditionem sortitus videri potuit, nisi commoderato semper infractóque animo eam se perferre singulis ostendisset.* Hæc tamen cum illis, quæ antea ex Pauli epistolis deprompta sunt, quodammodo pugnare clarissimo Zeltnero (in Centur. Corrector. pag. 340.) videntur. In Pauli Manutii ad Hannibalem Cruceium epistolâ (vide pag. 465. 466.) Venetiis, Idibus Maii, M. D. LXXII. datâ, hæc lego, quæ, uti sunt in editione, quâ utor (scil. ex typographia Jacobi Stoer, 1616. in 12.) depravata, proferam tamen, lectori ex correctiore editione restituenda: *Ego de te tuorúmque valetudine quàm sæpe quæsierim, Ferrarius noster optimus testis est: atque ille de mea, quæ volebam scilicet, de filiâ paulò duriora, quæ comprobata eventu* &c. Paulus Manutius, dùm Romæ egit, suis in Ciceronis orationes commentariis absolvendis incubuit. In epistola ad Cæsarem Orlandum (pag. 491. 492.) Prid. Non. Dec. M. D. LXXII. data: *Illud prædicare nunquam desinam, quòd mihi non solùm bibliotheca tua omni prope referta librorum genere, sed ea, quæ excellis, doctrina ita patet, ut, siquem ex his commentariis, quos in Ciceronis orationes diu noctuque texo, posteritas fructum colliget, eum tibi ex aliquâ parte acceptum referre debeat.* Et in epistola ad Camillum Palæottum (pag. 480. 481.) Romæ, XII. Cal. Mart. M. D. LXXIII. datâ: *Orationem pro Archiâ cum meo commentariolo, scire cupio, an acceperis. Absolvi jam in reliquas omnes, duabus exceptis pro Ligario & Deiotaro; quàm bene, alii judicabunt, magno certè cum labore, operâ nunquam, nisi per morbum, intermissâ.* Ex Aldi Manutii ad Gregorium XIII. epistolâ, pontificióque privilegio in Pauli Manutii gratiam dato, Florentinæ Adagiorum editioni præfixis, comperio, *munus perpurgandi librum de veteribus utriusque linguæ proverbiis, Paulo Manutio fuisse à Tridentino Concilio demandatum*; itaque *Erasmi Adagia castigata, ab eodem Paulo Florentiam die XXVII. Februarii M. D. LXXIII. Româ transmissa Philippo & Jacobo Juntis imprimenda*: quæ ex Juntarum officina prodierunt in fol. Florentiæ anno M. D. LXXV. hoc titulo; *Adagia, quæcumque ad hanc diem exierunt; Paulli Manutii studio atque industriâ, doctissimorum theologorum consilio atque ope, ab omnibus mendis vendicata, quæ pium & veritatis catholicæ studiosum lectorem poterant offendere; sublatis etiam falsis interpretationibus, & nonnullis, quæ nihil ad propositam rem pertinebant, longis inanibúsque digres-*

gorii XIII. benevolentiam sensit; & 8. Id. April. (*a*) anno salutis 1574. suæque vitæ sexagesimo secundo animam efflavit.

Ma-

gressionibus: *quem laborem à sacrosancti concilii Tridentini patribus Manutio mandatum, Gregorius XIII. motu proprio ita comprobavit, ut omnes Adagiorum libros, unâ exceptâ editione Manutianâ, prohibeat, atque condemnet: cum plurimis ac locupletissimis indicibus Græcis & Latinis, quorum nonnulli nusquam antehac impressi fuerunt: Gregorio XIII. Pont. Max. Nihil in rerum naturâ stabile, nihil firmum; omnia fluxa, omnia fallacia reperiri, & omnes jam pridem affirmârunt, & ego nuperrimè, domestico exemplo doctus, nimis graviter sensi. Cùm enim Paulus Manutius, pater meus, Romam venisset, tuâque benignitate fretus, ea aggredi in animo haberet, quæ studiosis omnibus summam utilitatem parerent; cùm, inquam, in eo totus esset; ecce tibi mors eum rapuit, rapuit mihi patrem, rapuit (liceat mihi, quod sentio, liberè proloqui) præclarum ac propè singulare veteris eloquentiæ exemplum. Quis enim, ejus scripta legendo, & sententiarum pondere & verborum nitore referta, valde non commovetur? aut quis in eis nativum quendam antiquitatis characterem non agnoscit? Sentiemus posteri, quantum difficultatis insit in eloquentiâ comparandâ; cuique vivo malevoli quidam obtrectatores invidebant, eum nunc è medio sublatum vel inviti admirabuntur. Verùm quid ago? Patrisne mei laudes perscribere proposui? Minimè: etsi, si id etiam facerem, pietatem debitam præstarem.* &c. *Hoc assequor certè, ut, patrem meum dum laudo, summas tibi deberi gratias confitear, qui literatos homines tuâ benignitate sublevandos, liberales disciplinas jamdiu propè exules ad patriam sedem revocandas cures.* &c. *Cùm à concilio Tridentino patri meo demandatum fuisset munus perpurgandi librum de proverbiis --- fecisti, ut pater meus emendationem susciperet: quam cùm doctissimorum theologorum ope tuo jussu absolvisset, paulò pòst ipse moritur.* &c. *Venetiis. Kal. Maii. M. D. LXXV. sanctitatis tuæ humillimus servus. Aldus Manutius, Paulli F. Aldi N.*

(*a*) Clariss. Zeltnerus (in libro sæpe mihi priùs laudato, pag. 341.) scribit Paulum Manutium *septuagenario majorem* anno 1574. obiisse. Mallem legere *sexagenario majorem* [error fortè ille erat typographicus] nam eum anno 1512. natum fuisse ex ipsius verbis à me antea citatis constat. De anno, quo obiit, omnem tollit dubitationem Aldi Manutii Pauli filii ad Gregorium XIII. editis in Ciceroniarum Orationum volumen primum commentariis præfixa, *Venetiis, Kal. Sext. MDLXXVII.* data: in quâ leguntur hæc; *Cùm tu patri meo honorificum stipendium eo præcipuè nomine assignâsses, ut quomodo ei placitum esset, ad præclara literarum studia incumberet, & studiosis hominibus emolumento esse posset; quæ ipse ex ingenio suo prompsisset, omnia, tanquam tibi debita & à te profecta, tibi optimo jure & merito esse consecranda quis dubitet? Quâ de re & S. T. purimum ipse debebat, id assecutus, quod in omni vitâ expetierat, ut omne otium tempúsque in scribendo contereret; & verò studiosi omnes, qui ex ejus scriptis maximum laborum levamentum sentiebant, singulari tuo beneficio ita devincti erant, nemini ut plus unquam se debere faterentur. Invidit hoc fortuna, magnarum rerum assidua & acerrima adversaria; & ei vitam eripiens, studiosis lumen exstinxit, méque (quo parente!) orbavit. Hinc ego nunc, triennio post ejus obitum (seriùs certè quàm promiseram, verùm ita temporibus non modò postulantibus, verùm exigentibus quoque) & publicis & privatis acerbitatibus semper afflictus atque exagitatus, vixque respirans, tandem ad te hunc in Ciceronis Orationes commentarium, tibi tanquam vero liberalium disciplinarum Mæcenati debitum, ἀφιερώνω.* Paulum itaque anno Christi 1574. mortuum esse, cùm annum ætatis sexagesimum secundum ageret, satis probatum est: quo mense & mensis die, nos docet Augustus Thuanus [in suarum historiarum libro 59. ad annum 1574. pag. 61. Edition. 1622.] his verbis: *Hic annus præterea nobis eripuit duo magna Italiæ & Germaniæ lumina, Paullum Manutium, & Joachimum Camerarium Papebergæ in Franconiâ anno 1500. & eodem ipso mense, quo mortuus est, natum: & in Paullo quidem præter exactam puritatis Latinæ & antiquitatis Romanæ cognitionem, quam ad Ciceronem suum illustrandum attulit, plerisque scriptis, dum vixit, publicatis, & post mor-*

tem

tem à filio Aldo virtutum paternarum hærede editis, præcipua ad juvandos aliorum labores cura ac per manus hæreditario veluti jure à patre & avo tradita industria fuit, insigni illa & omnibus sæculis deprædicanda artis typographicæ officina; ex quâ omnium ferè veterum tam Græcorum quàm Latinorum & aliorum auctorum scripta diligenter, ut tempora ferebant, certè elegantissimè excusa ad publicam utilitatem olim prodierunt; ut omnium confessione constet, literas renascentes ortum suum Manutianæ familiæ debere, quæ adultiores in Germaniâ à Frobeniis, sed maximè omnium in Galliâ à Stephanis per centum annorum spatium eâdem industriâ propagatæ, & ad summum diligentiæ simul & elegantiæ fastigium perductæ sunt. Paullus autem ante aliquot annos Venetiis Romam evocatus, ut sacrorum librorum editioni præesset, attenuato assiduis studiis corpore, cùm diu præ macie in lecto decubuisset, ubi eum paucis ante mortem diebus sedulò, cùm Romæ essem, cum M Antonio Mureto vetere amico sæpius invisi, tandem optimè meritam de re literariâ animam. Deo reddidit VIII. Eid. April. ad Minervæ sepultus. In hôc, quod Jacob. August. Thuanus *principem inter* recentiores *historicos locum meritus* (teste Ger. Jo. Vossio in præfat. ad Histor. Latin.) dedit, Pauli Manutii elogio, luxuriante verborum copiâ (quæ præstantissimo illi scriptori admodum placuisse mihi videtur) involuto, occurrunt nonnulla, in quibus me omnino cæcutire fateor. Hæc verba [*à patre & avo*] de Paulo Manutio si dicantur [& ita intelliguntur à Teisserio Thuanorum elogiorum interprete], contra historiæ veritatem, nisi fallor, peccant. Sic etiam in Aldi Manutii elogio [quod Thuanus dedit in libro suæ historiæ 1.9. pag. 772.] Aldus Manutius dicitur, *Paulli F. Aldi N. Aldi Romani abnepos*. [Hìc Teisserius bene reposuit, *Alde Manuce, fils de Paul, & petit fils d'Alde*, omissis illis *Aldi Romani abnepos*]. Paulus certè Manucius Aldum Romanum patrem, cujus curam & industriam in arte typographicâ imitaretur, unum habuit. De Pauli avo, quicunque is fuerit, nulla usquam, quod sciam, fit notitia. Aldus autem Manutius se semper *Paulli filium*; *Aldi* (scil. Romani) *nepotem* scribit. Quis ille fuerit *Aldus Romanus*, cujus *abnepos* vocatur à Thuano Aldus Manutius, planè ignoro. Non alium novi Aldum Romanum, quàm qui Venetiis anno 1495. cœpit summâ cum laude typographicen excolere; cujus filius dignissimus fuit Paulus Manutius, de quo jam egi; & nepos à patre & avo neutiquam degener, Aldus Manutius, de quo mox acturus sum. Paulli Manutii effigiem ipsius in Ciceron. Oration. commentariis in fol. anno M. D. LXXIIX. Venetiis apud Aldum editis præfixam circumeunt hæc verba: PAVLLVS MANVTIVS. ALDI F. ALDI P. PAVLLI AVVS. Quis is *Paullus* fuerit, cujus *Avus* dicitur Paullus Manutius, ignoro. Non sanè Aldi Manutii (quem cœlibem decessisse Thuanus affirmat) filius. Nescio, an forsan ex Paulli Manutii filiâ (de cujus nuptiis suprà dictum est) genitus fuerit. De Paulo Manutio quid habeat in Musæo suo historico Joannes Imperialis, sibi hìc exponi lector ægre non feret. *Paulus Manutius transacto* * *sæculo meruit Romani puritate sermonis inter selectissimos cooptari, quando lucem illam Tullianæ facundiæ nostratibus propè invisam, ac superiorum obrutam ætatum caligine, solus ipse conspexisse, ac industrio calamo Italis diffudisse censeretur. Ac eò præsertim admirabiliùs, quò moroso addictus typorum exercendarum operi, angustiùs vacare literis, debitâque stylum excolere posse solertiâ carere videbatur: rarum herculè in typographis exemplum, quos præ avaritiâ & incuriâ dignus hic ornandæ literariæ officinæ genius plerumque deficit; vix hujus classis alter in Germaniâ contemporaneus ejus occurrat Henricus Stephanus, præterea nemo Cæterùm hic Romæ peregregiâ ab Aldo patre institutione munitus, incepta ejusdem potuit signare vestigia opifex, ac doctus: indè in adversâ quæsitum fortunâ subsidium, hinc in prosperâ ornamentum Vaticanæ primùm aliquantisper bibliothecæ præfectus, ad præclarissimorum sibi gratiam stravit aditum, intimâ usque adeò officiorum communione, ut paternâ ipsum, ceu Musarum & elegantiæ non vulgaris arbitrum, pietate com-*

* Hæc scribebat Joan. Imperialis anno 1639. cujus Musæum aliquot abhinc annis recusum est in 8.

Majorum suorum doctissimorum, avi patrísque, memoriam, nomen, famam, labores literarios, artémque interire vetuit (a) ALDUS MANUTIUS, (b) ann. 1547. Id. Febr. natus. In puero (c) fuit magna

complecterentur. Verùm illi exoptabili hôc virtutis fructu diutius potiri non licuit, iniquioris fati turbine Venetias revoluto. Sacris enim in claustris jampridem conjecta filia † &c. Veneta ipsius domus, continuâ senatorum insigniúmque virorum frequentiâ nobilis, arcanos propemodum efflabat spiritus; quibus homo sapiens, vel dejectus, allicit cunctos admiratione virtutis: cum eo namque colloquia serere, cùm juniores fructu animi, tum seniores studiorum commercio, gestiebant. Ac illud non incertum, quòd ejus viventis depictam imaginem exterorum nobilissimi suis in aulis repositam voluerunt: inter quos Matthaus Senarega Genuensis, ac postea dux patria renunciatus, octimestre cum eo gessit hospitium; quo eruditâ viri humanitate ac præsentiâ intimiùs frueretur. Hôc etiam nos forsan non illiberali genio, eam hic posteris subjicere cura fuit, etiamsi vera species animi longè præstantior suis in epistolis ultro transfulgeat, qua Aldi etiam filii claritate expansa mirum in modum ac propagata est.

Petri Angelii Bargæi.
Exorta est tecum culti Ciceronis imago;
Et vivit tecum; & tecum moriatur, oportet.
Vive igitur, mi Paule, diu, diu ut illa superstes
Vivat, & hoc uni præsens tibi debeat ætas.

Ex Hippol: Capilupo, P. Manutii tumulus.
Qui te, Paule, gemit, linguam gemit ille Latinam;
Quos simul extinctos hic brevis orbis habet.
Illa tuo stetit ingenio & præstante labore
Sustentata diu, téque cadente cadit.
Et voluit, tecum quia multos vixerat annos,
Tecum etiam hôc tumulo post tua fata tegi.
Una fuit vobis sors vita & mortis & urna;
Unus & ambobus plangor, & unus honos.

(a) In subscriptionibus librorum aut epistolarum, variatur Orthographia & subscribendi modus. Aldus Manutius Paulli F. *Epistol. præfix Orthograph.* 1561. Aldus Manutius Paulli F. A. N. *Comment. in Cicer. Epistol.* 1568. & *Epistol. Paul. Manut.* 1571. Aldus Manutius Paulli F. Aldi N. *Ciceron. Oration. Vol.* 1. 1577. & *Vol.* 3. 1579. Aldus Mannuccius Paulli F. Aldi N. *Cicer. Offic.* 1581. Aldus Manuccius P. F. A. N. *Cicer. Oper.* 1583.

(b) Ipsius epistola libro de Veterum notarum explanatione præfixa clauditur his verbis; *Venetiis, M. D. LXVI. Idibus Febr. qui mihi primus dies est anni XIX.* & epistola Ciceronis libro de Opt. Gen. Orator. præfixa; *Venetiis, Idib. Febr. M. D. XXCIII. quo ego die XXXIIX. ingredior. annum.*

(c) Teissier. Elog.] „ Alde Manuce „ fut élevé avec tant de soin par l'illu„ stre Paul Manuce son pere, qu'il n'hé„ rita pas moins de son erudition, & de „ sa vertu, que de ses biens. Il repon„ dit si bien aux soins de son pere, qu'il „ devint tout Ciceronien en très peu de „ tems, & qu'il le vid dès son enfance „ très habile dans l'antiquité Romaine. „ Muret dit, qu'il n'avoit jamais rien „ vû de plus spirituel qu'Alde Manuce „ dans son enfance; qu'il esperoit qu'il „ seroit un jour plus docte & plus illu„ stre que son pere; & qu'à cet age il „ étoit plus sçavant que son maitre. Baillet. Jugem. des Sav. Tom. 1. p. 350.] „ Il étoit savant & grand homme de „ lettres, mais inferieur à son pere. At Scaligeran. Poster. pag. 149. *Aldus filius, miserum ingenium, lentum* &c. utì priùs citavi, in Paulli Manutii mentione.

† Quæ reliqua sunt de Pauli filiâ, suprà jam tradidi.

gna ſpes & indoles mira; quæ patris auſpiciis fœliciſſimè exculta & exemplo promota, citò emicuit, ſuíque ſpecimen dedit decimo quarto (*a*) ætatis anno rariſſimum. Ingentes (*b*) in utrâque linguâ progreſſus fecit, Latinæ præſertim elegantiæ peritus. Illi hæreditarium erat ardens Ciceronis ſtudium; in quem ſuos patríſque & aliorum quorundam commentarios (*c*) luculentiſſimè edidit. Plagii (*d*) notam, quæ à ſeverioribus aliquot criticis patri inuſta eſt, non effugit. In officinâ paternâ Venetiis ſe (*e*) maturè ad opus accinxit typogra-

(*a*) Epiſtola, quæ Orthographiæ rationi præfigitur, data eſt *Venetiis M. D. LXI. Kal. Jan.* Hunc igitur librum abſolverat anno ſuæ ætatis decimo quarto.

(*b*) Epiſtolar. Paul. Manut. pag. 351. *Ad Joan. Turritianum Romæ, XVI. Cal. Jan. M. D. LXI. Filius meus, cui te benè ominari gaudeo, meâ voce jam, quâ quotidie ferè ejus aures antea perſonabant, in diſcendo non utitur. Sic enim in utrâque verſatur linguâ, ut ſuo jam ſtudio potiùs, quàm noſtrâ proficiat induſtriâ.* Et pag. 371. *Ad Franciſcum Morandum. Romæ, XII. Cal. Febr. M. D. LXIII. Valet filius, & res Romanas cupidè tractat, quibus libellum ſuum de Orthographiâ non mediocriter locupletavit.* Et pag. 403. *Ad Marium Corradum. VI. Id. Nov. M. D. LXV. In Sex. Empirico, Palæmone, Aſpro, & reliquis, mea tibi diligentia non deerit. Odorabor, ſicubi latent; nam in tabernis non extant; inventos, noli dubitare, quin eruam. Quàm vellem filius adeſſet, qui Venetias profectus eſt: præſtaret aliquid, opinor. Hæc enim ſtudia tractat naviter: & grammaticos, de Orthographiâ cùm ſcriberet, evolvit omnes.*

(*c*) Scilic. *ſuos* in libros ad Herennium, & de Oratore, & de claris Oratoribus; in Academ. Quæſtion. & de Finib. & Tuſculan. & de natur. Deor. & de divinat. & de fato & de Legib. & de Univerſ. & de Offic. de Seneƈt. & Amic. & Paradox. & Somn. Scip. *Patris*, in Orationes, & Epiſtolas. *M. Fab. Victorini*, in libros de Inventione. *Boetii* & *Guevaræ*, in Topica. *M. Ant. Majoragii*, in Partit Orat. *Audom. Talæi*, in libr. de Oratore. *Victoris Piſani*, in Oratorem. *Jo. Ant. Viperani*, in libr. de Opt. Gen. Orator. *Valer. Palermi*, in lib. de petit. conſulat.

(*d*) Thomas de Plag. Litterar. pag. 227] „ Aldus Manutius, Pauli filius, Aldi ſenioris nepos, *ſua in Cæſarem*, verba „ recito Joannis Brantii, *ad verbum magnam partem à Joanne Rhellicano homine Germano clàm eſt mutuatus. Si agnoſceret, mutuum foret; ſi tacet, furtum.*„ Hujus non tantùm furti Aldum inſimulat Grævius, ſed ei præterea objicit, quòd in ſuis ad Ciceronem commentariis omnia penè ex Hieronymo Wolfio & Xyſto Betuleio exſcripſerit. Quin Paulus etiam Manutius plagii crimine accuſatur, quòd in libro de legibus Zaſium, Gruchium Balduinúmque, & in commentariis ad Epiſtol. Cicer. ad Attic. Janum Parrhaſium compilaverit: *Vide Almeloveen. Plagiar. & Teiſſier. Elog. & Pithœan.* item quòd plurima ex Adagiis Eraſmi & Operibus Giraldi, ipſis authoribus non nominatis, in ſuas lucubrationes tranſtulerit. *Teſte Teiſſerio in Elog. ex Joan. Saubert. de Sacrif.*

(*e*) Anno 1566. (quo annum decimum nonum agebat) edidit, & forſan excudit (nam liber Venetiis impreſſus eſt cum anchoræ inſigni, addito nomine ALDVS) aut certè excudendam curavit in 8. *Orthographiæ rationem ab Aldo Manutio Paulli F. collectam ex libris antiquis* &c. *Interpungendi rationem*: *notarum veterum explanationem*; *Kalendarium vetus Romanum cum Paulli Manutii patris commentariolo*; *& Aldi Manutii avi de vitiatâ vocalium ac diphthongorum prolatione πάρεργον.* Aldus Orthographiæ rationi præfixit epiſtolam ad Franciſcum Morandum, & reliquis aliam ad Aurelium Portulacam; quorum utriuſque benevolentiam & ipſe & pater Paulus ſenſerat. Epiſtolar. Paul. Manut. pag. 441. *Ad Vincent. Macarium: Romæ, XIIX. Cal. Quint. M. D. LXVII. Quod ad mutatam ſcribendi rationem attinet, hunc tibi ſcrupulum filii mei liber eximet,*

pographicum, anchoræ Aldinæ insigni usus (*a*) cum his verbis, ALDUS JUNIOR, additâ frequenter (*b*) Aldi senioris effigie, aut anchorâ (*c*) scuto

met, quem de Orthographiâ scriptum edidit anno superiore. Et Epistolar. earund. lib. 9. pag. 13. *Ad Augustinum Angelellum. Romæ, VII. Id. Mai. M. D. LXVII. In Orthographiæ libro, cùm rursus edetur, aut in eo, qui apparatur, veterum inscriptionum, carere te tuâ laude non patiar.* Hinc conjecturam duco, ab Aldo Manutio librum de Veteribus inscriptionibus apparatum fuisse. Anno 1568. excudit Venetiis in 8. *Pauli Manutii in Ciceronis ad Atticum epistolas commentarium.*

(*a*) Prodierunt in 8. *Epistolarum Pauli Manutii libri X. duobus nuper additis, & ejusdem Præfationes, Venetiis, M. D. LXXI. in ædibus Manutianis*: cum anchoræ Aldinæ signo & his vocibus, *Aldus Junior.* Paginæ, quæ titulum gerit, aversæ imprimitur *Effigies Aldi Senioris*; cum his *INSIGNE MANVTIANVM.* & *ALDVS. PIVS. MANVTIVS. R.* & *EDITIO ALDI MANVTII PAVLLI F. A. N.* Et inferiùs; *Lectori. QVI. LIBRI. CVM. ALDI. IVNIORIS. NOMINE. SENIORISQ. EFFIGIE. IN. POSTERVM. EDENTVR. EOS. TANTVM. SCITO. MANVTIANAE. EDITIONIS. ESSE.*

(*b*) Ciceronis libris de Offic. &c. M. D. XXCI. & Oration. Vol. 1. M. D. LXXIIX. & vol. 2. & 3. M. D. XXCIII. in fol. præfigitur Scutum bissectum æqualiter; cujus segmentum inferius occupat anchora cum delphino circumflexo; superius, aquila alis expansis literâque majusculâ M pectori impressâ, scilicet ad Manutianum nomen denotandum; scuto super imponitur galea coronata; cujus apici insidet aquila erecta & alas extendens. Prodiit, curante Aldo Manutio, opus præstantissimum, *Venetiis M. D. XXCIII.* in fol. *M. Tullius Cicero, Mannucciorum commentariis illustratus, antiquæque lectioni restitutus: Vespasiano Gonzagæ Columnæ Duci Sablonetæ* &c. nuncupatus (cui antea nempe anno 1581. suos in libros de Officiis commentarios sigillatim nuncupaverat). Editionis hujus Ciceronianæ frontem exornant effigies Ciceronis, Aldi senioris; Paulli Manutii, & Aldi junioris capita; & anchoræ delphino circumcinctæ tam solius quàm scuto inclusæ insignia. Deinde sequitur Ciceronis historia à Franc. Fabricio Marcodurano per consules descripta; cum tribus indicibus, primo locorum Ciceronis, qui in illâ citantur; secundo eorum, quæ ad Ciceronem pertinent; tertio communi rerum omnium. Tum Ciceronis Opera cum eorum, qui paulò antè nominati sunt, commentariis; sequenti ordine.

Tomus Primus continens de Rhetoricâ Volumen Primum; cujus voluminis duæ sunt partes. Prior; Libri quatuor Rhetoricorum ad Herennium, cum præmissâ ad Carol. Emmanuelem ducem Sabaudiæ epistolâ. Posterior; Libri duo de Inventione, cum (*a*) Epistolâ ad Claud. Puteum juris utriusque peritum; Topica, cum epistolâ ad Franc. Zavam; Dialogus (*b*) de Partitione Oratoriâ, cum epistolâ ad Petr. Galasinium.

Tomus Secundus continens de Rhetoricâ Volumen secundum: in quo libri tres de Oratore, cum epistolâ ad Joan. Zamoscium (*c*) R. P. Cancellarium; Liber de claris Oratoribus, cum epistolâ ad Jacob. Gorscium juris utriusque doctorem, canonicum Cracoviensem &c. Liber de perfecto Oratore, cum epistolâ (*d*) ad Philippum Pincium oratorem; li-

(*a*) In eâ scribit Aldus, quòd ipsius videndi desiderio, Alexandriam, deinde Papiam, Claud. Puteus se anno superiore (id est, 1582.) contulerit.

(*b*) Huic Dialogo præfigitur M. Ant. Majoragii effigies; quem ex Primi Comitis ad Pet. Galesinium epistolâ obiisse anno Christi 1556. ætatis suæ 41. comperio.

(*c*) *Nullam fortasse*, ait Aldus, *ob causam patri tantum me debere sentio, quantum quòd hæreditariam mihi tui observantiam reliquerit.*

(*d*) *Fuit*, scribit Aldus, *ex majoribus tuis Aurelius Pincius, qui quantum ingenio valuerit, quantúmque ornamenti ad typographiam, non solùm arte ipsâ, quâ excellebat, sed etiam doctrinâ, in iis præcipuè, quæ ad jurisprudentiam spectant, addiderit, omnes nôrunt.*

liber de optimo genere Oratorum, cum epistolâ ad Lælium Gavardum præpositum D. Zenonis Papiæ

Tomus Tertius continens Orationum Volumen Primum, (a) cum epistolâ ad Gregorium XIII. pont. max.

Tomus Quartus continens Orationum Volumen Secundum, (b) cum epistolâ ad Aloysium Estensem cardinalem.

Tomus Quintus continens Orationum Volumen Tertium, (c) cum epistolâ ad Franciscum Medicem magnum Etruriæ ducem.

Tomus Sextus continens Volumen unum, nempe epistolas, quæ Familiares vocantur, (d) cum epistolâ ad Jacob. Boncompagnum ducem Soræ &c.

Tomus Septimus continens volumen unum, nempe Epistolas ad Atticum, Brutum & Quinctum, cum (e) epistolâ ad Matthæum Senaregam.

Tomus Octavus continens de Philosophiâ Volumen Primum: in quo Libri duo Academicarum Quæstionum, cum epistolâ ad Henricum III. Gall. & Polon. regem; Libri quinque de Finibus, cum (f) episto-

(a) *In communibus miseriis eâ præcipuè sum miseriâ conflictatus, Gregori XIII. quòd S. T. promissum à patre meo primùm, postea à me quoque, hoc animi nostri signum in hec usque tempus differre sim coactus.* &c. *Certè nisi tua eximia benignitas perculsis jam & ferè prostratis liberalibus disciplinis opem & subsidium aliquod afferat, vereor, ne hominibus sese abripientes, exulatum abeant; summo Italiæ nostræ, quæ olim litteratos viros summis præmiis ad præclara studia incitabat, atque adeò totius Europæ cum dedecore. Multos jam annos errantes supplicésque, modò ad hunc, modò ad illum principem adeunt, modóque ab hôc, modò ab illo (dictu miserabile) non repulsam tantùm, sed ignominiam & calamitatem referunt. Quare ego, qui ab initio ætatis ad eas semper omni animi mei vi inflammatus fui, cùm viderem eas non eum obtinere locum, quem jure debent, verùm in postremis esse, genus vitæ mutare in animum induxi, ne unà cum iis exulare cogar. Hoc igitur, quicquid est, S. T. offero; eas tibi commendans; suppliciterque exorans, ut, laudabilem vitæ tuæ cursum retinens, eis auxilio & præsidio esse, cadentésque erigere & sustentare velis.* &c. Epistolæ libris Rhetoricis præfixæ anno 1583. (quo iidem libri cum commentariis prodierunt in fol.) datæ sunt, nisi epistola Tomo secundo præfixa, quæ anno 1594. data est. Epistolæ autem voluminibus Orationum tribus præfixæ, uti & ea, quæ Epistolis ad Familiares præfigitur, non datæ sunt anno 1583. sed annum exhibent, quo primùm impressæ fuerunt, ideoque in exemplaribus anni 1583. raro reperiuntur. Epistola hæc ad Gregorium XIII. datur *Venetiis, Kal. Sext. M. D. LXXVII.* & comparet in Orationum exemplaribus, quæ prodierunt anno M. D. LXXIIX. ubi in tituli aversâ paginâ videtur (ut antea observavi) Paulli Manutii effigies.

(b) Hæc epistola data est *Romæ, Id. Sext. M. D. LXXIX.* In quâ recolit *ingentem in se Gregorii XIII. liberalitatem ac munificentiam, qui liberalium omnium artium non solùm fautor, sed etiam mirificus est amplificator* &c. additque *se patris exemplum secutum, qui librum de legibus Romanis Hippolyto Estensi cardinali inscripsit, paternas has lucubrationes Aloysio Estensi cardinali dedicare, à quo diligi cupit æquè ac pater ab Hippolyto diligebatur.*

(c) Hæc epistola data est *Venetiis, Id. Dec. M. D. LXXIX.* In quâ narrat se *in Gregorio XIII. suis fractis ac debilitatis opibus, quas horrida pestilentiæ vis modò non absumpserat, unicum invenisse præsidium: ex quo illum, ut alterum parentem, jure coluit.* Hanc pestem comperio ex Ricciolio, anno 1576. evenisse; *quæ ex Tridento Venetias, cum interitu 60. millium de plebe, & postea statum Venetum afflixit.* Paulus Aldi pater in quâdam ad Vincentium Stellam epistolâ (vide pag. 96. Epistolar. in ædib. Manut. editarum) anni quidem notâ haud adscriptâ mentionem facit alterius pestis, quæ Venetias *pulcherrimam civitatem adspectu mortuorum deformaverat.*

(d) Hæc epistola data est *Romæ, Id. Jun. M. D. LXXIX.* In quâ mentio fit *pestis, quæ anno superiore in Parentio civitate Istriæ grassabatur.* Additque *has sui patris lucubrationes* meritò dicari Boncompagno, qui *illius in omni vitâ amantissimus ac patronus semper extiterat.*

(e) Hæc epistola Venetiis, Id. Maii, M. D. XXCIII. data est; in quâ ait *hoc opus sui patris deberi* Matthæo Senaregæ; *qui, cùm adolescens esset, relictóque Lovaniensi gymnasio se Venetias contulisset, ut Paullum Manutium videret & cognosceret, cui charissimus gratissimúsque fuit, dum apud eum jucundissimè totus in literarum studio viveret, in Etruscam linguam* Ciceronis ad Atticum epistolas *transtulerat.* Hanc Italicam versionem prodiisse *Venetiis apud Paulum Manutium* 1552. scribit Fabricius in bibliothecâ Latinâ.

(f) Hæc epistola data *Venetiis, Kal. Maii M. D. XXCIII.* In quâ sic Turresinum affatur. *Cùm ex eâ familiâ me natum considero, in quâ semper verus honor & splendor virtutis enituit, quæque tantùm literarum studiosis profuit, incredibili afficior desiderio, ut omnes intelligant, quicquid in me facultatis aut jam est, aut erit aliquando, in his, in quibus assiduè versor, studiis velle me totum publicæ utilitati inservire. Quamobrem M. Tull. Ciceronis libros omnes, quâ licebit industriâ, in omni tempore, in omni vitâ meâ magis quotidie exornare studebo; ut institutum domesticum retineam, de literis bene merendi. Quid enim hôc in genere non præstiterunt Aldus avus & Paullus pater? Quorum unus Græcas literas quasi ex Italiâ jam diu exules revocavit; alter Latinæ eloquentiæ, post Ciceronem, omnium consensu, parens extitit. Hosce ego imitatus, quantum mihi licuit, summum studium atque laborem contuli, ut Ciceronis opera omnia illustrata exeant atque exornata: quæ testentur animum & desiderium meum. Quod vel ex his libris, quos de Finibus inscriptos ad te mitto, intueri facilè poteris. In quibus si diligentiam meam aliquando requires, erit sapientiæ tuæ,*

epistolâ ad Jo. Jacob. Turresinum; Libri quinque Tusculanarum Disputationum, cum epistolâ ad Cæsarem de Nores comitem Tripolis Syriæ, episcopum Parentinen. &c.

Tomus Nonus continens de Philosophiâ Volumen Secundum: in quo Libri tres de Naturâ Deorum, cum epistolâ ad Annam ducem Joiosæ, parem Franciæ, consiliarium &c. Libri duo de Divinatione, cum (*a*) epistolâ ad comitem Marium Bevilaquam; Liber de Fato, cum epistolâ ad comitem Augustinum Justum; Libri tres de Legibus, cum epistolâ ad comitem Alfonsum Beccariam; Liber de Universitate, (*b*) cum epistolâ in memoriam Jacobi Critonii; Arati versus à Cicerone, Virgilio, Germanico, Avieno conversi, cum epistolâ ad Stanislaum Niegoffewski adolescentem (*c*) Polonum; Liber Q. Ciceronis de Petitione Consulatûs, cum Valerii Palermi Veronensis (*d*) epistolâ ad Jo. Baptistam Foscarenum Jacobi Foscareni D. Marci procuratoris filium.

To-

nôsse, perturbari me ab iis, quæ nunquam nec avum nec patrem perturbârunt. Hæc sunt publica munera, quæ recusare nec volo, nec debeo, ut patriæ, quicquid possum, præstem. Exstabit hoc certè amoris mei testimonium, qui tibi plurimum debere sentiam, cùm Cremonâ me prætereuntem, téque invisentem, hilari latóque vultu exceperis. Vale.

(*a*) Hæc epistola (uti & omnes hujus tomi reliquæ) data est *anno M. D. XXCIII.* In quâ scribit se Marii Bevilaquæ *exemplo commotum, musæum suum, tenue illud quidem, fortasse tamen non prorsus indignum, quod à literatis viris visatur, ornare excellentium virorum statuis* decrevisse.

(*b*) In hâc epistolâ celebrat memoriam Jacobi Critonii, qui *anno superiore* (id est, 1582.) *cùm nondum XXII. ætatis annum explêsset*, Mantuæ decesserat. Eundem laudat in suâ ad eum epistolâ Paradoxis præfixâ anno 1581. datâ: in quâ *illustriss. Critoniam & sereniss. Stuardam, quibus oriundus erat Jacobus Critonius, familias extollit*; tum *ejus majores Scotorum reges, qui inter omnes Europæ reges vetustissimi Christiani sunt*; tum ejus *patrem Robertum Critonium, Fifensem* &c. *dominum, qui ærumnosissimæ simul & beatissimæ reginæ, quæ apud Anglos (proh dolor) jam captiva est, & Christianæ religionis acerrimus exstitit propugnator* &c. *Non*, ait, *tantum illi fortasse debes, quòd maximos hujus tempestatis viros, Buchananum, Heppurnium, Robertonium, & Rhetorfortem præceptores tibi dederit* &c. *quantum quòd ob intestinas seditiones & prælia domestica, contra te suscitata, quæ cum patre gessisti, regno discedere & regem relinquere coegit.* &c. *quòd regno, patriâ, domóque ob Catholicæ fidei ardorem tam longè abes* &c. *Belli stadia in ipsis ephebis inire, eadem & cum literis & philosophiâ, tanquam alter Brutus, conjungere, nemini unquam ab initio humani generis obtigit.* &c. Aldus in suorum ad Catonem Majorem & Lælium commentariorum initio inseruit Jacobi Critonii Odas duas lectu sanè dignissimas, alteram in Joannem Donatum patritium Venetum, alteram ad Laurentium Massam; & in Paradox. pag. 243, 244, 245, 246. ejusdem Critonii carmen heroicum, quod *in suo ad urbem Venetam appulsu anno 1580. scripserat Venetas laudes recensens*: in quo Aldi honorificam mentionem facit;

Non te divini divísque parentibus orti
Aldi fama latet, totum diffusa per orbem? &c.

Sed Oden integram ibidem memoratam, quam in Aldum composuit, non pigebit hic subjicere.

Intermissa diu chelys,
Nec Lydis cecini carmina tibiis,
Nec molles citharâ modos,
Carmen perpetuò flebile personans.
Sed nunc mente feror novâ,
Per sacrúmque trahit Melpomene nemus.
Lauro tempora Delphicâ
Cinctum Pierius me rapit & chorus
Phœbi; quà tumidus sequor,
Te clarum recinens, Alde, in Apollinis
Arte & conspicuum: tuæ
Laudes lætitiam dulcéque gaudium
Solaménque dabunt mihi;
Et mentem eripient tristibus è malis.
Siren carminibus truces
Ceu mulcet pelagi præcipitis minas
Cantu, vel fide Lesbiâ,
Dum lenit virides Nereïdum choros,
Et Thetis cupidè sonos
Dulces sub vitreo gurgite concipit:
Sic laudes quoties tuas
Pulsis experior corde molestiis;
Non suspiria ab intimo
Ducam corde dolens, ut soleo, nimis;
Sed Phœbus facilis mea
Erranti injiciens fræna licentiæ,
Permittet pede candido
Errare, & gelidos visere liberum
Nympharum latices sinet.
Tunc ipse ex adytis rite Heliconiis
Metrum grandius eloquar,
Candorémque canam semper amabilem.

De hôc Critonio plura legi possunt in Scaligeran. pag. 58. & Baillet Jugem. des Sav. Tom. VI. pag. 61.

(*c*) In hâc epistolâ laudat Stanislaum Niegoffewski, adolescentem magnâ virtute, nondum annos octodecim natum.

(*d*) Valerius Palermus scribit se de hôc suo commentario *cum Aldo Mannuccio, quocum ipsi vetus intercedebat necessitudo, collocutum; eúmque, qui tantâ cum laude semper literarum studiosis favebat, quantâ cum omnium admiratione literarum studia colebat, authorem ipsi fuisse, ut hunc ipsum jam inchoatum absolveret, absolutum expoliret, atque ederet.*

ſcuto incluſâ. Venetiis (*a*) initia ei ceſſerunt non omnino improſperè: verùm rem familiarem, quam à patre haud admodum opulentam acceperat, non modò non augeri, ſed & paulatim imminui ſentiens, in anguſtias mox adductus, habitandi locum vivendíque rationem mutare decrevit. Quapropter Venetiis negotiíſque typographicis relictis, humaniores literas docendi munus ſuſcepturus, migravit (*b*) Bononiam primùm, deinde Piſas: Romæ tandem ſub (*c*) Sixti V. pontificatu ſedem

Tomus (*a*) ultimus continet libros tres de Officiis, cum epiſtolâ ad Veſpaſianum Gonzagam Columnam; Dialogum de Senectute; ad Joannem Donatum; de Amicitiâ, ad Laurentium Maſſam reip. Venetæ ſecretarium; Paradoxa, ad Jacobum Critonium Scotum; Somnium Scipionis, ad Bartholomæum Capram; cujus multa in ſuum patrem antea, & poſtea in ſe collata agnoſcit.

Singulis voluminibus ſeorſim adduntur Indices duo; alter rerum & verborum, quæ in textu Ciceroniano; alter rerum & verborum, quæ in commentariis continentur.

Editionem hanc Ciceronis Manutianam, ab Aldo, *qui codices MSS. Ciceronis ex illuſtriſſimis bibliothecis conquiſitos ad triginta vidit*, elaboratam, & propter eruditos commentarios utiliſſimam, *vitiis* tamen *paſſim typographicis deturpari* jure queritur doctiſſimus Fabricius; notátque illi Victorianam à Jano Grutero *multis paraſangis præferri*. Conſule Fabric. Biblioth. Lat. Supplement. anno 1721. pag. 158. Idem Bibliothec. Lat. anno 1712. pag. 143. ex Henr. Stephani Pſeudo-Cicerone obſervat *Manutium quandoque lectiones conſenſu veterum librorum deſtitutas in textum recipere, aliáſque probas exturbare; ſcholia tamen doctiſſima eſſe & accuratiſſima.*

(*a*) Baillet. Jugem. des Sav. Tom. I. pag. 350.] „ Alde le jeune, fils de Paul, „ fit aſſés bien dans les commencemens, „ & tant qu'il demeura à Veniſe. &c.

(*b*) Teiſſier. Elog.] „ Alde Manuce „ enſeigna premierement à Veniſe, puis „ à Bologne, & enſuite à Piſe. &c.

(*c*) Jan. Nic. Erythr. Pinacoth. & Cornel. Toll. de Infelicit. Litterator. ex editione Menckenii. pag. 637. *Quantùm lubrica ſors Aldo illuſit, Manutiæ familiæ poſtremo, tum de auctoribus aliis, tum præſertim Cicerone, præclarè merito! Is, ubi Venetiis Romam veniret, adeò exiguis erat facultatibus; ut aureorum aliquot centena ad transvehendam bibliothecam fœnori adſumere centeſimâ quidem uſurâ ſit coactus. Quo alieno ære, juſtiſſimam ob cauſam conflato*, (*b*) *vix unquam liberare ſeſe potuit. Ac primùm, quam in matrimonio habebat mulierem, tanquam contra leges ductam, dimiſit, fore ſperans, ut hâc occaſione pingui aliquo foveretur ſacerdotio, & egeſtati duræ mederi poſſet. Eâ tamen parte illi gratificatum, ut hoſpitium & quotidianus cibus in ædibus Vaticanis præberetur. Tandem quoque humaniores literas in gymnaſio Romano publicè docendi provinciam, Thomæ Coræi morte deſtitutam ac vacuam, ſummâ omnium voluntate obtinuit. Sed admirari tum, vel deplorare potiùs licuit abjectam depreſſámque humaniorum artium conditionem. Nam quâ horâ diſcipulorum multitudini eloquentiæ traderet præcepta, à coronâ derelictus ante gymnaſii oſtium cum uno alteróve obambulabat: nullo penè ei, quem ſinè ſumptu, ſinè itinerum moleſtiâ habere poterant Græcæ Latinæque facundiæ doctorem eximium, præbere aures dignante. Quæ res triſtitiam paupertati ſuperaddens, graviter uſſit virum afflictiſſimum, mortiſque gradum*

(*a*) Huic operum Ciceronianorum parti, quæ locum poſtremum vulgò ſolet occupare, eâdem quidem, quâ præcedentes formâ, eodem modo & charactere impreſſæ, tomi (quotus ſit, ſicut reliquis, primus, ſecundus &c. uſque ad nonum) nomen Aldus non impoſuit; quoniam antea prodierat ſeorſim anno M. D. XXCI. qui annus hujus voluminis titulo epiſtolisque dedicatoriis ſubſcribitur. In fronte; *Venetiis. M. D. XXCI.* cum Aldi ſenioris effigie: ad calcem; *Venetiis, ex Typographiâ Georgii Angelerii, Sumptibus Mag. D. Aldi Mannuccii. M. D. LXXXI.*

(*b*) Teiſſier. Elog.] Il ne peut jamais acquitter cette dette, ainſi qu'il le temoigne lui même dans une lettre, qu'il ecrit à Sylvius Antonian Camerier de Clement VII.

dum acceleravit vita jam pertæsa. Angel. Rocch. Bibliothec. Vatican.] *Sixtus* (a) *V. typographiam Apostolicam Vaticanam magnificentissimè instituit, viris doctis undique conquisitis* &c. (b) *Dominico Basâ Veneto typographo, homine quidem navo & industrio ac sagaci ad typographiam erigendam atque regendam electo, qui pro hujusmodi re præstandâ circiter quadraginta aureorum millia insumpsit nulli parcens incommodo nullique impensæ. Hæc typographia & elegantiâ ac varietate ingentique characterum copiâ, Latinis scilicet literis, Græcis, Hebraïcis, Arabicis, & Servianis, necnon chartarum pulchritudine ac bonitate, aliisque rebus imprimendi arti necessariis, cæteras typographias longè antecellit, viris eruditissimis ad exemplaria (quod caput est) recognoscenda & illustranda selectis.* Mallinkrot. de Typograph. pag. 98. *Eidem Palatinæ in Vaticano typographiæ Clemens VIII. Aldum Manutium juniorem Pauli filium præfecit, postquam annis multis Bononiæ, Pisis, Romæ professorem eloquentiæ publicum egisset.* Angel. Rocch. Bibliothec. Vatican.] *Non silentio prætereunda videtur* (c) *Manutiana illa bibliotheca, mirâ librorum copiâ & varietate, codicibus scilicet non solùm impressis, sed manuscriptis etiam vetustissimis autographisque refertissima, quam ipsemet* (d) *Aldus junior, vir sanè doctus, tum de bonis ac politioribus litteris, tum etiam de litteratis viris bonarúmque artium cultoribus optimè meritus, suis sumptibus, principum tamen liberalitate adjutus, instituit, auxit, atque Romam advexit. Cùm enim ipse primùm Romæ cum Paulo patre viveret, eam struere* (e) *cœpit: postmodum Venetias profectus à senatu Veneto in secretariorum numerum allectus, & præcipuâ humaniorum litterarum lecturâ insignitus, aliquot ibi vixit annos, donec Bononiam accersitus præcipuum in eâ civitate locum tenuit: indè Pisas à Francisco Medice Hetruriæ duce ad Latinam & Græcam linguam de superiori loco docendam vocatus, ibique juris civilis & canonici laureâ decoratus. Romam tandem Sixti V. auspiciis petens, minori potitur statu, si præsentem spectemus; majore, si ejus merita, si Romanam civitatem, si, quod denique caput est, pontificiam & indeficientem Sixti V. beneficentiam perpendamus. Nulla enim alia res hominem ipsum potuisset adducere, ut vel animo cogitâsset, vel ut perficeret, quod certè perfecit. Octuaginta enim librorum salmas & supra* (f) *octuaginta voluminum millia, in quibus multa extant admodum singularia, Romam deferendas curavit: quibus in itineribus ad duo ferè aureorum millia insumpsit. Paulus* (g) *Aldi filius, alter Cicero in Latinè scribendo, Romanam linguam*

(a) Sixtus V. pontificatum adeptus est anno 1585. April. 24.

(b) Baillet. Jugem. des Sav. Tom. I. p. 351] „ Dominique de Basa avoit été formé & instruit „ dans l'école & la boutique du vieux Alde. *Quod non esse verisimile bene judicat notarum author, nam Basam annos 90. natum fuisse oportuit, cùm à Sixto V. accerseretur.*

(c) Mut. Panf. dell. Librar. Vatican. pag. 329.] „ Sopra tutto per privata Libraria è degna veramente di memoria quella di Aldo Manutio huomo celebratissimo, si per la fama di Aldo, e Paolo „ suoi magiori; come anco per merito di proprio studio, il quale essendo coudotto dalla santità di Sisto „ V. à legger lettere humane nello studio di Roma, con tanta grande aspettatione de tutti, vi portò „ ottanta mila pezzi di libri in ogni sorte di professione, i quali furono già raccolti da Paolo, e da „ Aldo suoi antecessori, che furono dello studio delle buone arti vaghissimi & ardentissimi.

(d) Hanc bibliothecam Aldus senior primus condidit & instruxit; Paulus deinde, & Aldus junior auxerunt. Erasmus [in Adag. *Herculei Labores*] scribit se opus suum Adagiorum *absolvisse, unâ adjutum bibliothecâ, nimirum Aldinâ, copiosissimâ quidem illâ, quâque non alia bonis libris, præcipuè Græcis, instructior; ut ex quâ, ceu fonte, omnes bonæ bibliothecæ per omnem usque orbem nascuntur ac propagantur.*

(e) Mihi tamen videtur (quod nonnullorum authoritate nixum lego) bibliotheca ab Aldo avo primùm structa, à Paulo patre deinde, & ab Aldo tandem juniore locupletata.

(f) Teissier. Elog.] „ Enfin pour subsister, il fut obligé de vendre sa belle bibliotheque, qui avoit „ été ramassée avec beaucoup de soin & de depense par son pere, par son ayeul, & par ses grands „ oncles, on dit qu'elle étoit composée de quatrevingts mille volumes, que ceux de Pise se vantent d'avoir. Alii dicunt illam bibliothecam fuisse ab Aldo non venditam, sed legatam. Sic Mallinckrot. de Typogr. pag. 98. *Aldus obiit Romæ ann. 1597. legavitque Pisanæ academiæ instructissimam suorum octoginta millium librorum bibliothecam.* Et Gallois des Bibliotheq. 121.] „ Il y a une bibliotheque dans l'a„ cademie de Pise, qui fut augmentée de 80000. volumes, qu'Alde Manuce legua à cette academie. Et Louis Jacob. des Bibliotheq. pag. 163.] „ La ville de Pise possede une tres noble bibliotheque pu„ blique: la quelle se glorifie de posseder la belle bibliotheque d'Aldus Manutius fils de Paul, qui avoit „ à Rome huictante mille volumes en diverses sciences & langues.

(g) De Pauli Manutii peritiâ quid senserint viri docti, legendum est in Teisserii Elogiis. Ibidem Teisserius scribit Paulo fuisse octo liberos, ex Pauli epistolâ antea ineditâ, & apud Morhoff. Polyhist.

dem fixit. Ibi, Palatinæ licèt postea typographiæ à (*a*) Clemente VIII. præfectus, sua tamen damna non potuit resarcire. Vitam denique, vitæ incommodis fessus magìs quàm annis obsitus, (*b*) Octobri exeunte, anno 1597. haud multùm quinquagenario major, (*c*) cœlebs, (*d*) Manutiæ familiæ postremus, finivit.

AL-

guam collabentem in pristinum nitorem studuit revocare, dum Latinorum monumenta diligenter scrutatus est. Aldus denique junior, Aldi nepos & Pauli filius, dum avum & patrem & typis ac scriptis imitatur utriusque linguæ non ignarus, avum & patrem imitatione repræsentat. ——— *Aldum avum & Paulum patrem non solùm imitatus, sed quodam etiam modo superans* (*a*), *quorum omnium ædes ubique locorum litteratis & probis hominibus semper patuerunt: ex quibus item viri præcipui card. Hieronymus Aleander Motensis, card. Rodulphus Pius Carpensis, à cujus familiâ Aldus senior in eam adoptatus Pii nomen accepit; episcopi permulti & alii innumeri; à Paulo M. Anton. Muretus multorum instar, & alii, quos longum esset recensere, prodiere. De his tribus Manucianis* —— *memini me aliquando lusisse in hunc modum:*

Aldus Manucius senior moritura Latina
Græcáque restituit mortua ferme typis.
Paulus restituit calamo monumenta Quiritum;
Utque alter Cicero scripta diserta dedit.
Aldus dum juvenis miratur avúmque patrémque,
Filius atque nepos, est avus atque pater.

(*a*) Clemens VIII. cathedrâ pontificiâ potitus est ann. 1592. Jan. 30. Et Zeltner. Centur. corrector. pag. 344.] *In aulam Vaticanam vocatus typographicis operibus vacavit, libros, qui imprimebantur, à suis nævis liberando* &c.

(*b*) Thuan. Histor. lib. 119. ad ann. 1597.] *Paulò pòst ibidem Romæ haud multùm quinquagenario major, exeunte VIIIbri cœlebs decessit Aldus Manuccius. Sic enim repetitâ ad Florentinam familiam gentis suæ origine postea dici maluit, Paulli F Aldi N.* (*b*) *Aldi Romani abnepos: cujus majores tantum rei literariæ contulerunt, quantum superiorum temporum barbaries illi abstulerat: Ipse Bononiæ literas humaniores magnâ frequentiâ professus est; & editis tam propriis quàm paternis ad omnem æternitatem victuris monumentis longè maximam ab omnibus gratiam meruit.*

(*c*) Uxorem enim (ut priùs dictum est) missam fecerat.

(*d*) Sic Cornel. Toll. in loco suprà citato. Jan. Nic. Erythræus in suâ pinacothecâ Aldum juniorem describit his verbis: *fuit pedibus præter modum enormibus; capite magno, facie oblongâ, ore illepido & invenusto, barbâ horridâ, cujusmodi in statuis philosophorum antiquis & imaginibus cernimus.* [Sed in abnormi corpore anima habitabat cultissima: ad ejus itaque opera transeamus.] *Nulla Ciceronis* (*c*) *operum pars est, quam ille commentariis vel notis non illustravit.* Præter opera, quæ priùs

hist. extante, in quâ tamen de octonâ illâ prole nihil reperio. Teisserius ibidem litem satis ridiculam inter Paulum Manutium & Lambinum de vocis [consumptum] orthographiâ exortam tradit. *Manuce disant qu'il falloit l'ecrire avec un* (p), *Lambin soutenant le contraire: Manuce dans cette dispute entra en une si grande fureur, qu'aiant pris entre les mains une pierre ancienne, où ce mot avoit un* (p), *il la jetta au visage de Lambin, & lui cassa le nés.*

(*a*) Baillet. Jugem. des Sav. Tom. 1. pag. 350] „ En effet Alde Manuce etoit savant & grand „ homme de lettres, mais inferieur à son pere.

(*b*) Antea notavi hæc verba [*Aldi Romani abnepos*] errore forsan typographico non carere, quippe Aldus, qui *Romanus* dicitur, Aldi junioris avus fuit; & quicunque is *Aldus Romanus* fuerit, cujus *Abnepos* à Thuano hic Aldus junior vocatur, ab Aldo juniore nunquam memoratur.

(*c*) Dixi antea de ejus in Ciceronem commentariis; & dubito, an in omnes Ciceronis libros notas scripserit.

priùs commemoravi, in eruditorum manibus versantur & sequentia. *Sallustius cum notis Aldi Manutii, qui fragmenta à se collecta addidit. Venet.* 1557. 1567. 1588. *Rom.* 1563. 8. *Horatii Ars poetica, cum notis ejusdem Venet.* 1576. 4. *Horatii Epodon secunda, cum ejusd. notis Venet. Vell. Paterculus, cum ejusd. scholiis Venet.* 1571. 8. *Censorinus, cum ejusd. notis. Venet* 1581. 8. Harum editionum meminit clariss. Alb. Fabricius in suâ bibliothecâ Latinâ. Teisserius recenset *Aldi notas in Eutropium & Orationem de laudibus Francisci Medicei, & de conscribendis epistolis. Libr tres de quæsitis per epistolam. Venet.* 1576. *in* 8. (Vide Bibliothec. Tellerian. pag. 413.) *Lepidi Comici veteris Philodoxios fabula per A. Manutium edita. Lucæ* 1588. 8. *Oratio habita in academiâ Bononiensi ad Sixt. V. Bonon.* 1588. *Oratio in funere Bernardini Rotarii apud Venetam Rempublicam pro duce Sabaudiæ habita in ecclesiâ SS. Jo. & Pauli, an.* 1588. *Epistola ad Camillum Palæotum. Rom.* 1590. *Discorsi politici sopra Livio. Rom.* 1624. 8. *Il perfetto gentilhuomo. Venet.* 1584. 4. *Eleganze Toscane e Latine. Rom.* 1589. 8. *Locutioni di Terentio, overo modi familiari di dire, scelti da Aldo Manutio. Venet.* 1585. 8. *Lettere* (*a*) *Rom.* 1592. 4. *Azione* (*b*) *di Castruccio Castracani. Rom.* 1590. 4. *Vita* (*c*) *di Cosmo Medici primo Grand Duca Bologn.* 1586. *fol.* (Vide Bibliothec. Barberin. Tom. 2. pag 20.) *Discorso intorno all' excellenza delle Republiche. Dell' antichita Romane inscrizione* (Vide Teissier Elog.) *Epistole* (*d*) *famigliari di Cicerone in lingua Toscana tradotte.* 1573 8. (Vide Alb. Fabric Biblioth. Lat. pag 115.) Reperio prætera (in Biblioth. Barberin.) hunc librum: *Jo. Pet. & Paulus Manutii. Transylvaniæ descriptio ex variis monumentis collecta. Rom.* 1596. 4. Baillet. in Jugem. des Sav. Tom. 6 pag. 90. observat Aldum Manutium & Henricum Stephanum fuisse fortunâ non multum dissimiles; utrumque patre erudito typographo natum; utriusque vitam & mortem penè concurrere; illum enim 1598. hunc 1597. obiisse. „ Alde ne fut „ pas si curieux de Grec, que Henri, & „ il voulut se contenter d'exceller dans le „ Latin. C'étoit le fort de son pere Paul, „ qui n'ayant pas autant d'occupation „ dans l'imprimerie que Robert Estienne, „ trouva asses de loisir pour vacquer lui-„ même à l'instruction de son fils. --- Tout „ occupés qu'etoient Alde Manuce & „ Henri Estienne à travailler sur des lan-„ gues mortes & étrangéres, ils ne lais-„ soient pas l'un & l'autre de faire pa-„ roitre une passion extraordinaire pour „ cultiver, polir & orner leur langue „ maternelle. Ils ne se sont pas conten-„ tés de composer divers ouvrages en „ langue vulgaire de leur fonds, ou de „ traduire, l'un des livres Latins en Ita-„ lien, l'autre (*e*) des livres Grecs en „ François; mais ils ont encore écrit „ chacun des traités sur les origines, les „ progrés & les proprietés de leur lan-„ gue, pour en faire voir les beautés. Idem Baillet. Tom. 1. pag. 350.] „ Le „ catalogue des livres imprimés dans la „ boutique d'Alde le jeune parût in 4. „ en 1595. Habentur etiam *Libri di Stampa d'Aldo, che si trovano al presente*, ad calcem *Epistolar. Familiar. Ciceron. apud Aldum Venet.* 1583. *fol.* & ad calcem *Essame de gl' ingegni de gl' huomini per apprender le scienze, di Gio. Huarte: tradotta dalla lingua Spagnuola da M. Camillo Camilli. In Venetia Presso Aldo.* 1590 8. Paulus Melissus hæc duo scripsit epigrammata [Vide ejus *Epigrammata, Noribergæ, M. D. XXC. in* 4]

Ad

(*a*) Teissier. Elog.] „ Elles sont écrites avec beaucoup de politesse, & sont fort estimées.

(*b*) Thuana. Colon. Agrippin. 1629. 8. pag. 333.] „ La vie de *Castruccio Castracani de gli Interminelli* faite par Aldo Manucci est fort belle, & toute autre que celle qui a été écrite par Ma-„ chiavel, (car la petite Latine est peu de chose, & tirée de Machiavel) &c. Cette vie merite d'ê-„ tre curieusement recherche. Je n'en ai jamais veu qu'une, entre les mains du Seigneur Scipione „ Sardini, qui venoit aussi d'un *Interminelli*, & qui avoit invité Manucci à faire cette vie. Je croy „ qu'elle est imprimée à Lucques in quarto en Italien. C'est une belle piece.

(*c*) Hoc opus promiserat in epistolâ ad Franciscum Medicem Cosmi filium epistolâ tertio Cicer. Oration. Volumini præfixâ & anno 1579 datâ.

(*d*) Hæc translatio laudatur in Baillet. Jugem. de Sav. Tom. 3. pag. 195.

(*e*) Vide Histor. Stephanor. pag. 466. 467.

Aldinum nomen, quo vix aliud in republicâ literariâ per sæculum (a) integrum fuit celebrius, in Aldo Manutio expiravit: cujus notitiam dum studeo ad finem usque perducere, paulò longiùs evagatus sum. Ab Italiâ ad Allobrogas transeo: ubi Genevæ, rem ecclesiasticam *Calvini* viri famosissimi & ad arduum quodlibet opus capessendum paratissimi consiliis innovatam; typographicam sub ejus sectatoribus *Roberto Stephano*, *Conrado Badio* ac *Joanne Crispino*, viris in arte suâ præstantissimis, reformatam & florentem invenio. De duobus illis dictum est; de hôc nunc disserendum.

(b) Joannes Crispinus *Atrebas adolescens à patre jurisperito ad capiendum ingenii cultum Lovanium missus Gabrielem (c) Brechtanum magnum J. C. aliosque antecessores quinquennium totum ante aditam Galliam audivit.* (d) Postea adiit Lutetiam, ubi aliquandiu in Caroli du Moulin celebris jurisconsulti ædibus apud eundem amanuensis, aut (quod vulgò aiunt) secretarii munere fungebatur. (e) *Usus est multos annos amico Francisco Balduino, quocum à pueris educatus fuerat. Crispinum tamen postea omnis humanitatis non minùs quàm juris oblitum fuisse, ex quo factus est servus Allobrox*, scribit (f) Balduinus. Crispinus fuit (ut modò dixi (g) *Caroli Molinæi ama-*

Ad Aldum Manutium, Pauli F. Aldi N.

Carmina Mureto qui mittit, carmina vatum
Mittit Aristarcho; sed eidem nempe poëta
Atque oratori tanto, quem nemo recentum
Possit Aristarchi sumens sibi munera, sive
Momum crudus agens, numerosa carpere legis.
Felices numeri, nec sidere nata sinistro
Metra, quibus stellas adpinxerit, aut obeliscos
Dextera Mureti transverso cuspidis ictu
Fixerit! in lucem tali qui stigmate versus
Prodierint insigniti; credámne, Manuti,
Ullius his obelus metuatur, ullius aster?

In Aldum Manutium.

Tres animas siquis te dicat habere, Manuti,
Nil equidem absurdi dixerit ille, reor.
Patris avique duæ, tuáque uno spirat ab ore:
Nec tibi tam similis, quàm patris ipse & avi es;
Ergo quid prohibet, vel te indigitare, Manuti,
Tergeminum patrem, tergeminum vel avum?

(a) Ab anno 1494. usque ad annum 1597. Vide Annal. Typogr. Tom. I. pag. 234.

(b) Valer. Andr. Biblioth. Belg. p. 487. ex ipsius Crispini præfat. ante Justinian. Institut.

(c) Valer. Andr. *Gabrielem Mudæum.* Melch. Adam. in Vit. Jurisc. p. 140. *Gabriel Mudæus anno 1500. natus est Brechtæ, quod est Antverpiæ municipium. Obiit anno 1561.*

(d) Valer. Andr. Ibid. & Author notar. in Baillet. Jugem. des Sav. Tom. I. pag. 376.

(e) Valer. Andr. Ibid.

(f) Factus est servus Allobrox, cùm Calvini jugo se submisit. Vide not. in Baile. Diction. p. 935. ubi errata corriguntur, quæ in Joannis Crispini notitiâ admiserunt Joannes de la Caille p. 148. & Valerius Andreas: uterque enim affirmat Crispinum in Galliis professione typographicæ inclaruisse.

(g) Melch. Adam. in Vit. Bez. p. 205.

amanuensis; pòst in foro Parisiensi causarum patronus. Deinde ad Protestantium partes transiens à Gallis ad Allobrogas migravit. Theodorus Beza (*a*) *se recepit Genevam anno millesimo quingentesimo quadragesimo octavo, nono Kal. Novembris. In eam urbem paulò antè concesserat, résque suas comportârat Joannes Crispinus, quo conscio jam pridem Beza uxorem sibi desponderat, & qui cum magna erat Bezæ consuetudo. Ambo autem de novo vitæ genere suscipiendo unà deliberant: & de societate ad typographicam artem faciendam ineundâ cogitârant; ad quam ut feliciter se accingerent, utriusque summa doctrina & singularis industria viam sternebat. Sed Bezæ alium cursum providentia destinârat.* Crispinus (*b*) *industriam omnem impendit, quâ honestam vitæ studiosæ commendationem bonorúmque virorum comprobationem tueri posset, ut hâc assiduâ laboriosâque evulgandorum librorum ratione & operâ, professione præclaræ atque elegantis typographicæ ac literariæ exercitationis, & interiore facultate in literis positâ (quoad posset) studia artium bonarum adjuvaret.* (*c*) *Edidit sui ingenii documenta multa, excudendis præclaris veterum Græcorum & Latinorum monumentis, & novis componendis: in quibus Gallica Martyrum* (*d*) *Historia summo studio & incredibili labore ac fide constructa, meritò ab omnibus* (*e*) *celebratur, & palmam obtinet.* Typographicam suam officinam Crispinus primùm aperuit anno (*f*) 1551. Genevæ, Conradi

(*a*) Id. Ibid.

(*b*) Lege ejus præfat. ad Justinian. Instit.

(*c*) Melch. Adam. in loco modò citato.

(*d*) Excusa Latinè in 8. 1556. & 4. 1560. Vide not. ad Bail, Diction.

(*e*) Bibliotheq. Historiq. du Pere Le Long. Num. 1760.] „ Le livre des Martyrs depuis Jean Hus jusqu'en 1554. in „ 8. Geneve, Crespin, 1554. Idem liber Latinè redditus, 8. Genevæ, Crispini, 1556. Troisiéme recueil des „ actes des Martyrs, in 12. [Geneve] „ 1559. Quatriéme recueil des actes des „ Martyrs, in 12. [Geneve] 1561. Je „ ne marque pas le second recueil, parce que je ne l'ai point trouvé. Bayle, „ dans son dictionnaire n'attribue à Jean „ Crespin * que l'edition de cet ouvrage; cependant, comme cet imprimeur „ de Geneve, qui mourut en 1572. étoit „ sçavant dans les langues Greque & Latine, il peut bien avoir composé cette „ histoire, qui lui est attribuée dans le titre suivant. Son stile est plus approchant „ du panegyrique que de l'histoire, au „ jugement de Varillas. Histoire des „ Martyrs persecutez & mis à mort pour „ la verité de l'Evangile, depuis le tems „ de Apôtres jusqu'à present; traduite du „ Latin de Jean Crespin, d'Arras; à laquelle est jointe l'Histoire des Martyrs „ de Bearn de l'année 1569. in fol. Geneve. 1570. La même Histoire, publiée sous un autre titre &c. in fol. „ L'ancre de Jean Crespin, 1570.

(*f*) Calvini Opusculum ***De vitâ Christiana***, 8. ***excusum Geneva, apud Joannem Crispinum, Conradi Badii operâ, VIII. Calend. Julii. Anno M. D. L.*** Idem libellus citatur in Bail. Diction. Gallicè, ***De la vie Chrestienne.*** 8. ***A Geneve, de l'imprimerie de Jean Crespin, par Conrad Badius.*** 1550. Utì Crispinus Badii operâ, ita Crispini typis Nicolaus Barbier usus est. Jacobus le Long in Biblioth. Sacr. affert ***Biblia Gallica.*** 4 ***typis Joannis Crispini pro Nicolao Barbier.*** 1555.

* Verba in Bail. Dictionar. sunt hæc: *Il s'appliqua avec beaucoup de capacité & de diligence à l'impression de plusieurs livres, & nommément à celle d'un Lexicon Grec & Latin, & à celle du Martyrologe des protestans.* Cùm hæc de Lexico & Martyrologio dicantur, his significari oportet eum Martyrologium atquè ac Lexicon composuisse, nam nulla de Lexico movetur controversia.

radi Badii operâ usus. Libris plerumque præfigebat insigne (*a*) anchoræ, de cujus parte dependebat serpens; sæpe (*b*) cum binis manibus anchoram tenentibus, & (*c*) duabus literis majusculis, I. C. adjectísque aliquando his verbis (*d*), *SACRA ANCHORA.* Editiones *Crispini* veteres laudat (*e*) *Scaliger*; & esse, quæ *Roberti Stephani* characteres nitore æquent, notat (*f*) Colomesius. CRISPINUS nonnunquam suas editiones epigrammate præfixo lectoribus (*g*) commendabat. Libris (*h*) quibusdam suum nomen non tantùm proprium subscribebat, sed & gentile. Libri plerique, quos ex prelo suo emittebat, ipsius præfationibus aut epistolis Latini sermonis elegantiam referentibus ornabantur. In suâ ad pietatis studiosos epistolâ Novo (*i*) Testamento præfixâ sibi gratulatur, quod Papam forúmque ejurârit, & animum ad exercendam typographiam appulerit. An CRISPINUS *Nicolai Ridleii* (*k*) assertionem Latinè verterit, & Latinum epigramma præfationémque, in quibus religio Papistica & persecutio Mariana styli aculeis configuntur, scripserit, incertus sum. Anno 1559. Græcè in 12 edidit Homericam Iliadem, *ut à provectioribus in eâ linguâ hominibus familiariter ac jucundè poëtices hic pater assumi posset:* anno postea 1567. (*l*) *quod antea in Iliade fuerat conatus, illud in Odysseâ præstitit, utì nimirum totum præclari illius poëtæ corpus eâdem formâ* ἐγχειριδίῳ *habere lector posset.* Neque tantùm *dedit Græcum contextum purum (ut dicitur) putúmque seorsim in eorum gratiam, qui cum Homero vernaculâ linguâ & sinè ullo interpretis subsidio colloqui possunt;* sed *præterea in alio libro (m) non malùm nec infidelem interpretem præstitit, & Latinam ad verbum versionem è regione* Græci textûs *locavit; quò eorum, qui adhuc in Græcarum literarum cognitione novi sunt ac tyrones,*

(*a*) *Nov. Testam. Græc.* 1553.

(*b*) *Joan. Garnerii Institutio Gallicæ linguæ in usum juventutis Germanicæ.* 8. *Genevæ. apud Jo. Crispinum. M. D. LVIII.*

(*c*) *Justinian. Institut.* 8. *Genevæ. M. D. LXVIII.*

(*d*) *Ridleii assertio de cœnâ Domini.* 8. *apud Joannem Crispinum. Genevæ. M. D. LVI.*

(*e*) Scaligeran. Posterior.

(*f*) Paul. Colomesii Opera, Hamburg. 1709. 4. pag. 495. *L'edition de Geneve* (du Nov. Test. Græc.) *de* 1553. *est recommendable par la beauté de son charactere, qui egale celui de Robert Estienne, & pour avoir esté faite par Jean Crespin, savant homme, qui d'avocat se fit imprimeur.*

(*g*) Distichon de Justiniani editione.

Qui legis è doctis decerpta hæc omnia libris,
Confer; & his paucis dic tibi multa dari.

Distichon de Georgicorum, Bucolicorum & Gnomicorum editione.

Si decus est paucis quàm plurima dicere & aptè;
Quidni etiam exiguo claudere multa libro?

(*h*) Homer. Ilias, Gr. Latin. 12. 1560. & Odyss. 12. 1567. *E typographiâ Joannis Crispini Atrebatii.*

(*i*) Græc. 1553. De quâ epistolâ lege plura in catalogo librorum.

(*k*) Anno 1556.

(*l*) Lege præfat. *Homer. Odyss. Batrachom. & Hymn. Græc.* 1567. 12.

(*m*) Homer. Gr. Lat. 12. 1560. cujus præfationem lege.

rones, desideriis satisfieret. Utrumque conatus est commodâ formâ, quæ esset ἐυβάστακτ☉, *nec ingrata sarcina iis accederet, qui, præter domesticam familiaritatem, cum Homero etiam quærunt aliquando rusticari. Quantus* in his edendis *labor fuerit, eos demum, qui typographicæ molestias experti sunt, æquissimos sibi fore judices existimat. Quotquot sanè ante hac edita ad verbum fuerunt, exemplaria diligenter contulit, adhibitâ insuper veteri & manuscriptâ Itali cujusdam interpretatione, quam ex magni Budæi bibliothecâ acceperat. Quod plerique typographi excudendis hâc formâ Latinis poëtis magnâ cum laude factitârunt, id* ille *his primùm typis cum magnâ & operarum & operis difficultate in gratiam studiosæ juventutis, quæ* ὀξυδερκίᾳ *valet, in Græcis poëtis tentavit: atque ab Homero poetarum principe sumendum exordium duxit. Postquam ab Homero cœptum esset,* (*a*) anno 1570. *alterum ab illo Hesiodum Ascræum illi* ὁμόχρονον*; Theognidem quoque & Phocylidem; Theocritum alióśque primarios poetas, qui ob excellentis & exquisitæ scriptionis dotes vetustatem ferre potuerunt, prosequi non injucundum duxit eâ formâ, quæ & domi & foris oblectet, nec impediat circumgestantem. Distinxit quidem eos veluti in* (*b*) *tres classes: quarum primam Hesiodi operibus, cum notis Philippi potissimùm Melanchthonis, Frisii & Garbitii, & genealogicâ Porti Cretensis tabulâ; secundam, Theocrito ac reliquis* εἰδυλλιογράφοις, *cum præfatoriis brevibus J. Crispini notis, & V. Winsemii in Syringem, & Aram, ac Claudii Auberii Triuncuriani in Ovum, Alas & Securim scholiis, quæ apud Blasium Marcuardum contulit, unà cum Ausoniano Eidyllio à Fed. Jamotio Græcis versibus reddito; tertiam dedit ipsi Theognidi cæterísque* Γνωμολόγοις, *cum annotationibus Eliæ Vineti in Theognidem, Viti Amerpachii aliorúmque in Phocylidem & Pythagoram; hâc exiguitate, ut in unum volumen coire omnes possint. Datur Latina versio, quæ de Græcis fideliter expressa est, omnibus è regione conjuncta. Præter eos, quorum elucubrata studia in hos poetas citata extant, pleraque benignè communicavit Portus Cretensis, vir Græcè atque Latinè doctissimus.* Eodem hôc (*c*) anno *eloquentiæ studiosis* tradidit (*d*) *tres coryphæos Artis dicendi, nempe Aphthonium, Hermogenem & Longinum, suâ editione emen-*

(*a*) Τὰ σωζόμενα τῶν παλαιοτάτων ποιητῶν Γεωργικὰ, Βυκολικὰ καὶ Γνωμικὰ, Græcè cum Latinâ interpretatione & annotatiunculis. παρὰ Κρισπίνῳ ἀφό. in 12. Lege præfationes horum singulis præfixas. Hanc operum collectionem recusam invenio, cum Isaaci Hortiboni (i. e. Casauboni) notis, apud Eustath. Vignon, 1584. & cum iisdem notis, Musæoque, apud hæredes Eust. Vignon. M. DC. & apud Johan. Vignon. M. DC. XX. in 12.

(*b*) Editio tamen quatuor constat distinctis titulis; primo Hesiodi; secundo, Theocriti & Simmiæ; tertio, Moschi & Bionis; quarto, Theognidis & reliquorum Gnomicorum.

(*c*) Οἱ ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ κορυφαῖοι, Ἀφθόνι☉, Ἑρμογένης, Δ. Λογγῖν☉, Græcè, *Francisci Porti operâ illustrati atque expoliti, cum necessariis in singulis indicibus.* 8. *Anchora Joannis Crispini. M. LXIX.* vel *M. D. LXX.* Editio duobus titulis seorsim excusis constat: quorum prior Aphthonio & Hermogeni, posterior Longino præmittitur.

(*d*) Lege Epistolam iisdem præfixam.

emendatos. Aphthonii quatuordecim exercitationis modi præpositi sunt, ut quos & primos habuit & diu solos Rhetorices institutio ad dicendi præ exercitamenta exactè atque absolutè tradenda. Quod ad Hermogenem attinet, multi quidem sunt rhetores tum Græci tum Latini; sed qui accuratiùs eo scripserint de Statu causarum & Formis orationis, neminem facilè reperies. Jam pridem fuerat hic liber (a) *Aldinâ, Florentinâ, Gallicâ, Germanicâ denique impressione excusus, sed adeò scatebat mendis, ut vix formâ rhetoris agnosceretur. Hunc olim Franciscus Portus Cretensis, vir diuturnâ Græcæ linguæ professione clarissimus, pluribus exemplaribus manuscriptis collatum emendavit, & exempla, quæ passim corrupta erant & mutilata, magno labore integra reddidit. Fuerunt omnes propemodum poetæ atque oratores evolvendi & attentè perlegendi, ut exempla, quæ in illis delitescebant, erueret, & suo quæque loco integra reponeret. Illis adjunxit Dionysium Longinum, summi judicii rhetorem, quem & ipsum pessimè habitum ipse Portus olim Ferrariæ Venetiisque veluti redivivum curavit judicio & industriâ magìs quàm subsidio librorum, quum præter unum, vix alterum exemplar manuscriptum, nedum tertium reperiretur: in quo & plus laboris suscipiendum, & ad conjecturas & ingenium confugiendum.*

Crispinus porrò studiorum, quibus in primis imbutus fuerat, me-

(a) Aldus anno 1508. Hermogenem cum reliquis veteribus Græcis rhetoribus edidit in fol. Parisiis Christ. Wechelus Hermogen. περὶ στάσ. 1538. περὶ εὑρέσ. 1530. περὶ ἰδ. & μεθόδ. 1531. in 4. De Florentinâ editione nihil prorsus novi. Germanicam non aliam scio, quàm quæ Argentorati ex Josiæ Rihelii officinâ in 8. prodiit; quæque non ante Crispinianam, sed anno partim 1570. partim 1571. Græcè & Latinè cum Joan. Sturmii Scholiis emissa est. Hanc Crispinianam Franc. Portus Theod. Bezæ dedicavit epistolâ Græcâ: in quâ hæc; Ἄλδος γέ τοι ὁ τῶν φιλολόγων (χρὴ γὰρ τἀληθὲς εἰπεῖν) κοινὸς εὐεργέτης, μεθ' ἑτέρων ῥητόρων καὶ τοῦτον ἐξετύπωσεν. ἀλλ' ἢ δι' ἀπειρίαν ἀκριβῶν ἀντιγράφων, ἢ δι' ἄλλην τιν' ἀνάγκην καὶ ἀμηχανίαν, ἁμαρτημάτων ἀνάπλεω κατέλιπεν. Ὅσοι δὲ μετ' ἐκεῖνον τετυπώκασι, τοσούτου δέουσι τὴν βίβλον διωρθωκέναι, ὥστε πολλῷ χεῖρον αὐτὴν διατεθείκασι. τὰ τελευταῖα δ' ὁ καλός τε κἀγαθὸς Κρισπῖνος, ἡμῶν παρακαλούντων καὶ συμβαλλόντων, ταύτην εἰς φῶς ἐκδίδωσιν· ὅσῳ δὲ κρείττω καὶ ἀδιάφθορον κατὰ τὸ δυνατὸν, πάντες ῥᾳδίως εἴσονται. — Πολλὰ μὲν ἀντίγραφα, πάντας δὲ ῥήτορας καὶ ποιητὰς ἀνελίξας καὶ διεξελθὼν, μόλις τὴν βίβλον διορθώσας, εἰς τὸ ἑαυτῆς σχῆμα κατὰ δύναμιν ἀποκατέστησα, τὰ μὲν ἡμαρτημένα καὶ παρεφθαρμένα θεραπεύσας, τὴν δὲ σύγχυσιν καὶ τὴν ἀσάφειαν διευκρινήσας, τὰ δὲ παραδείγματα ὁλοχερῆ καὶ ὑγιῆ μετεμβαλών. Εἶχον δὴ τὸ βιβλίον παρ' ἐμοὶ, καὶ καιρὸν παρετήρουν τοῦ τοῖς φιλομαθέσιν μεταδοῦναι τῶν ἡμῖν πεφιλοπονημένων. Νῦν δὲ τυχὼν ἀνδρὸς σοφοῦ καὶ τὰ περὶ τὴν τυπουργίαν ἐμμελέστατα σπουδάζοντος, προθυμουμένου δὲ καὶ αὐτοῦ τοῖς περὶ τοὺς λόγους φιλοσοφοῦσι βιωφελές ἀεί τε συντελεῖν, ἕρμαιον τῶν πολυτίμων τοῦτο ἡγησάμην. Αὐτίκα τοίνυν ἄνδρα παροξύνας, τὸ μὲν βιβλίον δεδιορθωμένον παρέδωκα. Ἐκεῖνος δ' ἐξετύπωσεν· καὶ δὴ καὶ Διονύσιον τὸν Λογγῖνον αὐτῷ προσέθηκεν, ἄνδρα συμπάντων τεχνογράφων κριτικώτατον, ὃν βιβλιοθήκην ἔμψυχον καὶ μουσεῖον περιπατοῦν οἱ παλαιοὶ θαυμάζοντες ἐκάλουν. -- Ἀποστέλλω δή σοι δῶρον μικρὸν μὲν, φίλον δ' ἴσως ἐσόμενον διὰ τὴν στοργὴν περὶ τοὺς τοιούτους ῥήτορας, οὓς μετὰ πολλῶν ἱδρώτων ὡς οἷόν τε ἦν διηκριβωμένους τῷ μηδεμιᾶς δαπάνης εἰς τὰ τοιαῦτα φειδομένῳ Ι. Κρισπίνῳ παρέδωκα ἐκτυπῶσαι.

memor cùm vellet *studiosis juris civilis adolescentibus industriâ suâ aliquâ consulere*, anno 1568 evulgavit (*a*) *Enchiridium Institutionum Imperialium, annotationibus ex nobilissimorum auctorum monimentis illustratum.*

Idem, ut erat literarum Græcarum peritissimus, se solebat in iis plurimùm exercere. Apud illum anno 1562. (*b*) in fol. *Roberti Constantini* Cadomensis medici doctissimi Lexicon Græco-Latinum primam editionem nactum est. Postea verò *Crispinus* ipse Lexicon aliud minus ex majore illo collectum (*c*) anno 1566 in 4. luce publicâ donavit. Multis

(*a*) Lege ejus præfationem in librum sequentem. *Justiniani Institutionum libri IIII. perpetuis doctiss. scriptorum notis illustrati. Leges XII. Tabularum. Ulpiani Institutionum tituli XXIX. Caji Institut. libri II. Geneva. M. D. LXVIII.* in 12. Hos libros editos fuisse auctoris & Samuelis filii typis scribit (in Bibliothec. Belgic. pag. 488.) Valerius Andreas, qui inter Crispini Opera ibidem recenset *Nomenclaturam Actionum*; quam puto esse, *Actiones & Monimenta martyrum à Wichlefo ad hanc ætatem*; quem librum *Joan. Crispinus* edidit *Genevæ, M. D. LX.* in 4. In Notis ad Bayl. Diction. (pag. 934.) invenio opera hæc à Crispino composita. Viz. *Un commentaire sur la troisiéme loi du Code* de Apostatis, *en faveur de Calvin contre le commentaire de Baudoin sur les loix* de famosis Libellis. Et *un livre intitulé, l'Etat de l'Eglise avec le discours des temps depuis les Apostres jusques au present. Ou Crespin étala son zéle contre le Papisme, & pour l'instruction des Protestans.* Bibliothec. Tellerian. pag. 256. *L'Etat de l'Eglise* &c. *& un abregé des troubles de France, par Jean Crespin. Plus un Traité de la Religion & de la republique des Juifs, par Paul Eber. A Strasbourg.* 1565. in 8.

(*b*) Not. in Bayl. Diction. p. 934.] „ Son lexicon [i. e. *le Lexicon de Crespin*] „ Græco Latinum parut avant l'année „ 1562. *Tu* [Respons. Bezæ ad Franc. „ Balduin.] *oblitus te aliquando Lugduni* „ *fuisse Sebastiani Gryphii mancipium, bono* „ *& honesto, id est tui penitùs dissimili,* „ *viro* [Crispino] *vitio vertis, quòd Lexi-* „ *con Græco Latinum, quale antè editum* „ *fuit, maximo tum sumptu, tum labore* „ *in publicum emiserit.* Voila comment „ parle Beze dans la refutation d'un Ou- „ vrage, que Baudouin avoit publié l'an 1562. In his notis affirmatur Lexicon Crispini Græco Latinum ante annum 1562. prodiisse. Quod equidem minimè intelligo. Nam Lexici Crispiniani (utì mox constabit) præfatio 10. Januar. 1566. data est. Præterea Constantini Lexicon prodiit anno 1562. nec potuit Crispini Lexicon ante Constantini Lexicon lucem aspexisse, cùm illud fuerit hujus quasi compendium.

(*c*) Ἰωάννης ὁ Κρισπῖνος τοῖς φιλέλλησι χαίρειν. *Αἱ δεύτεραι φροντίδες* (κατὰ τὴν παροιμίαν) *σοφώτεραι.* Ἐγὼ γὰρ ἐπεπείσμην τοσούτων ἤδη λεξικῶν ἐκδεδομένων, τὰ τελευταῖα δ' ἐκείνου τοῦ μεγάλου τέλος ἔτος τουτὶ παρ' ἡμῖν ἐκτυπωθέντος, ἐμέ τε καὶ τοὺς ἄλλους μόλις ἂν τῶν τοιούτων ἄθλων εὑρεῖν ἀπαλλαγήν. Εἶτα μὴν καθ' ἑαυτὸν ἀναλογισαμένῳ τὸ πάχος, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὸ δυσμεταχείριστον τῆς βίβλου, καὶ δὴ καὶ τὰ τῆς δαπάνης —— ἔδοξέ μοι μεταγνόντι καὶ τοῦτον τὸν ἀγῶνα μετελθεῖν, καὶ τοῖς φιλομαθέσι μὲν, ἀπόροις δὲ τῶν νέων εἰσενεγκεῖν καλόν τε καὶ ὠφέλιμον ἔρανον. —— Μετὰ πλείστης καὶ συνεχοῦς ταλαιπωρίας ἀνελίξας πάντα τὰ πρὶν ἐκτυπωθέντα, καὶ τὰ μὲν ἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα ἐς ἐξήγησιν ἐκλεξάμενος, τὰ δ' ἄλλα τοῖς προτέροις καταλιπὼν, τὸ παρὸν λεξικὸν οὐ δὲ μιᾶς φεισάμενος δαπάνης, εἰς φῶς ἐκφέρω. προσθεὶς μὲν παμπόλλους λέξεις ἐκ δοκιμωτάτων συγγραφέων ξυνειλεγμένας εἰς δ' ἐγχειριδίου σχῆμα τὴν βίβλον ἀποκαταστήσας, καὶ οἱονεί τινι σεισαχθείᾳ τοῖς ὠνησομένοις ἀνακουφίσας &c. ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν τυπογραφείου, δεκάτῃ ἱσταμένου γαμηλιῶνος, ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς χριστοῦ θεογονίας χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἑξηκοστῷ ἕκτῳ.

tis tandem in re literariâ juvandâ laboribus perfunctus, anno 1572. (*a*) à peste consumptus, mortem obiit.

Joanni Crispino (*b*) socero suo in officinâ typographicâ successit Eustathius Vignon, qui suis editionibus (*c*) Crispinianam anchoram solebat præfigere, cum hôc aliquando disticho (*d*), *Anchora sacra mari jactatos unica Christus Fundat, & est omni tempore sola salus.* Fuit in gratiâ (*e*) non minimâ cum *Isaaco Casaubono*: sibíque &

Φραγκίσκου Πόρτου τοῦ Κρητὸς εἰς τὸ μικρὸν λεξικὸν τὸ παρὰ τοῦ Κρισπίνου τὰ τελευταῖα ἐκδοθέν.

Μῶμος ταῖς Μούσαις, βαιὰ ἡ βίβλος, Αἱ δέ γε, βαιά.
Τόσσα δ' ἔχει σταθερᾶς ψάμμος ὅσα Λιβύης.
Ὅσσα θεῶν θνητῶν τε πέλει, τραφερᾶς τε καὶ ὑγρᾶς,
Σήματα φωνάων πουλὺ φαεινότερα
Ἠελίου, ἀστέρων τόσα φέρτερος, ὅσσον δὲ ἄστρων·
Κρισπίνῳ δὲ χάρις γίγνετ' ἀπειρεσίη.

Crispinus in Latinâ suâ ad studiosos adolescentes præfatiunculâ, *Daturi*, ait, *hoc Lexicon in enchiridii formam redactum, ad vestrum usum ita aptavimus, ut comparatu facile, nec pondere nec vastitate utentem onerare possit. Ne verò etiam prolixiora in hôc opere προλεγόμενα vos remorentur, præfationum vice ea adduximus, quæ à doctissimis viris memoriæ prodita, De germanâ Græcæ Linguæ pronunciatione ac proprietate, extant.*

(*a*) Bayl. Dictionaire. & Author Notar. ad Baillet. Jugem. Sav. Tom. 1. p. 376. ubi disco fuisse quendam Joannem Crispinum, qui Lugduni excudit in 4. *Les Epistres de S. Jerome, avec les annotations d'Erasme*, 1528.

(*b*) Lege Præfation. ad Lexic. Constantin. 1592.

(*c*) *Comparatio Grammaticæ Hebraïcæ & Aramicæ, authore Bonaventurâ Cornelio Bertramo. apud Eustathium Vignon. M. D. LXXIII.* in 4. *De Francicæ linguæ rectâ pronuntiatione, Bezâ auctore. Genevæ, apud Eustathium Vignon. M. D. LXXXIIII.* in 8.

(*d*) *Jo. Calvini Comment. in Psalmos, Hebræo contextu è regione Latinæ interpretationis addito. Genevæ, apud Eustathium Vignon. M. LXXVIII.* in-fol. Et anno 1587. in 8. prodierunt *Symmachi Epistolarum libri X. cum not. Jacob. Lectii & Fr. Jureti: apud Eustathium Vignon per Dionys. Probum.* Huic libro insigne præfigitur, porticus aperta, binis hominibus hinc indè adstantibus; cum hâc insigni allocutione: *Specta juvenis, & omen quidem deus prohibeat; cæterùm in ea tempora natus es, quibus firmare animum expediat constantibus exemplis. Thrasea apud Tacit. Annal.* 16. in fine libri. Legitur in Taciti loco, *dii prohibeant.*

(*e*) *Georgica, Bucolica, & Gnomica Joannis Crispini, Geneva*, 1584. in 12. in quâ edit. Isaaci Hortiboni sive Casauboni lectiones Theocriticæ. (Fabric. Bibliothec. Græc. lib. 3. cap. 17. pag. 438.) Lege Isaaci Casauboni ad Henr. Stephanum epistolam (Histor. Stephan. pag 428.) in quâ, *Mitto*, ait *ad te, quæ superioribus his diebus Eustathii Vignonis dignissimi typographi mihique amicissimi rogatu in quosdam Theocriti locos scripsi. Is enim quum in animo haberet hunc poetam denuo edere, non antè conquievit, quàm impetravit à me, ut eum perlegerem, & siquid haberem, quo posset ornari ejus editio, secum id, atque adeò cum omnibus ejus poëtæ studiosis, communicarem.* &c. *Ex museo nostro. VI. Id. Aug. M. D. LXXXIIII.* Hinc errorem Joannis de la Caille (pag. 149 ubi hæc, *Casaubon estoit un des auteurs de Crespin*) ortum monet Bayl. Diction. p. 934. 935. *Casaubon n'avoit pas encore quatorze ans, lors que Jean Crespin mourut. Mais on rimprima Theocrite apres la mort de Crespin, & l'on y joignit les notes de Casaubon, & l'on conserva la preface de Crespin.*

(*a*) & *Henrico Stephano* [anno 1588.] excudit. Post annum 1588. non diu vitam produxit; nam anno 1592. ejus (*b*) hæredes typographicen tractâsse comperio. EUSTATHII VIGNON editiones (*c*) ob correctionis curam magìs quam impressionis nitorem celebrabantur. Floruit etiam anno 1620 JOANNES (*d*) VIGNON, qui an *Eustathii* filius fuerit, incertus sum *Joanni Crispino*, præter filiam, quam duxit *Eustathius Vignon*, filius erat SAMUEL (*e*) CRISPINUS, quem in arte typographicâ *Pauli Stephani* (*f*) socium fuisse annis 1616. & 1617. reperio.

His

(*a*) *Dion. Halicarn. Antiquit. Latinè, cum Æm. Porti notis & Henr. Glareani Chronologiâ, & Indice locupletissimo. Excudebat Eustathius Vignon sibi & Henrico Stephano. M. D. LXXXVIII.* in fol. Fronti apponitur insigne olivæ arboris cum ramis insitivis, & trium olearum fractarum truncis, & hâc ex Apostolo sententiâ, *Vide benignitatem & severitatem Dei* (Roman. cap. 11. vers. 22.)

(*b*) *Lexicon Græco-Latin. Roberti Constantini; secund. Edit. Genevæ excudebant hæredes Eustathii Vignon, & Jacobus Stoer.* in fol. *M. D. XCII.* Fontis insigne præfigitur. *Typographus Lectori.* ——— *Eustathius Vignon, qui socero suo Joanni Crispino (à quò primùm Constantini Lexicon editum fuit) in officinâ typographicâ successit,* ——— *de eo iterum excudendo jam pridem cogitârat.* ——— *Curavit ad se transmitti codicem ipsum Rob. Constantini, in quo multa ad marginem scitu non indigna neque vulgaria erant adnotata. Francisco item Porto Græcarum literarum, quum vixit, lumine mortuo, ex illius bibliothecâ sibi ejus codicem comparavit, in quo, in schedas pro ordine literarum repositas, multa relata erant, quæ bonus senex ex variis authoribus ad memoriæ subsidium & prælectionum quotidianarum usum collegerat. Miserat quoque ad ipsum Berchetus quidam, vir eruditus & linguæ Græcæ imprimis peritus, quantum ex illius scriptis conjicere est, codicem suum, verùm minoris formæ, in quo etiam aliqua vocabula omissa in superiori editione, & non antea observata vocabulorum aliqua significationes, ex Ecclesiasticis scriptoribus præsertim, collecta erant.* ——— *Verùm quod Vignon morte interceptus præstare non potuit, id à nobis cùm nostro tum hæredum nomine præstitum est* &c. Is Jacobus Stœrus, qui hanc editionem unà cum Eustathii Vignon hæredibus curavit, Theodori Bezæ poëmatum editionem ab Henrico Stephano incœptam auxit & ad finem (anno 1598. in 4.) perduxit. De Roberti Constantini Lexico lego hæc tanto támque utili opere indignissima in Scaligeran. Posterior. pag. 55. *Constantini Dictionarium non valet. Stephani optimum. R. Constantin, qui a fait un Lexicon, n'a pas plus de dix ans plus que moy. C'est un grand fou.* Ex hôc utcunque loco (ubi vir de literis optimè meritus vapulat à critico doctissimo quidem, sed insolentissimo; (quæ duo in ætatis nostræ criticis rarissimè concurrunt) disco Constantinum natum fuisse anno circiter 1530. nam Josephus Scaliger natus est anno 1540. Vide Ricciol. Chronolog.

(*c*) Lege Authorem notar. ad Baillet. Jugem. Sav. Tom. 1. pag. 377.

(*d*) *Poetæ Georgic. Bucolic. Gnomic. Gr. Lat. cum annotatiunculis, & If. Casauboni Theocriticis lectionibus; & Musæi poëmatio: Genevæ, apud Joannem Vignon. M. DC. XX.* in 12.

(*e*) Not. ad Baillet. Jugem. Sav. Tom. 1. pag. 376.

(*f*) *Nov. Testam. Græc. Latin. Genevæ, Olivâ Pauli Stephani, sumptibus Sam. Crispini. M. DC. XVII.* in 12. *Eunap. de Vit. Philosophor. & Sophistar. Græc. Lat. Hadriano Junio interprete; Græca cum MSS. Palatinis comparata, aucta & emendata Hieronymi Commelini operâ; nunc recens accedunt ejusd. auctoris legationes Græcè è bibliothecâ Andr. Schotti. Genevæ. Olivâ Pauli Stephani. M. DC. XVI.* in 8. & in quibusdam exemplaribus, *Genevæ, apud Samuelem Crispinum M. DC XVI.* Quibus præfigitur insigne Famæ insistentis

His proximum inter Genevenses typographos locum meruerunt PETRUS

tis Orbi super basin posito; cum binis ex utrâque baseos parte anguibus sursum tendentibus, & hâc sententiâ, *Fama perpetuaque gloria comparatur per orbem virtute ac studio.* Idem hoc insigne reperio affixum Aristophanis editioni, quæ cum scholiis diversorum prodiit Græcè & Latinè in fol. *Aurelia Allobrogum, Sumptibus Caldoriana Societatis. M. DC. VII.* Eunapii editioni modò memoratæ præmittitur H. Commelini epistola ad Jacobum Monavium virum nobilem; in quâ scribit se *in serenissimi sui principis bibliothecâ duo Eunapii Graca exemplaria nactum* fuisse; *cum editione Junii ea contulisse; & corollarii loco fragmenta quadam de legationibus ex Andr. Schotti volumine descripsisse, unâque typis mandavisse.* Quoniam autem in Hier. Commelini mentionem fortè incidi, non possum de tam insigni typographo non saltem pauca hìc injicere. Hieronymus Commelinus Santandræanus Duaci natus, eruditissimus fuit typographus. Heidelbergæ, bibliothecæ Palatinæ gratia, instruxit officinam: *ex quâ tot egregii exiere authores, ut nemo ferè sit, cui hâc in parte cedere debeat. Maximè autem SS. Athanasii & Chrysostomi operibus, tum plerisque etiam aliis veteribus è Graciâ authoribus à* (*a*) *se primùm evulgatis inclaruit.* Quàm amicus ei fuerit, quantíque ejus editiones fecerit Isaacus Casaubonus, testatus est duabus epistolis, ad eum (*b*) scriptis, altera VI. Id. Nov. M. D. XCV. alterâ VI. Cal. Sept. M. D. XCVI. datâ. Obiit (*c*) Electoris Palatini typographus anno (*d*) 1598. utì ex Isaaci Casauboni ad Jacobum Gillotum (*e*) & Josephi Scaligeri ad Isaacum Casaubonum (*f*) epistolis constat. Commeliniani bibliopolii insigne erat Veritatis sedentis simulachrum, cum his verbis, ΑΛΗΘΕΙΑ ΠΑΝΔΑΜΑΤΩΡ. De Commelino in Scaligeranis posterioribus (*g*) *Commelinus nobis dedit Chrysostomum. Il demeuroit à Heidelberg à cause de la bibliotheque Palatine. C'est lui, qui a donné Ocellus Lucanus* (*h*) *comme aussi un bel Apollodorus* (*i*) *& autres livres.* Bailletus (in Jugem. Sav. Tom. 1. pag. 382.) de

Com-

(*a*) Hæc lego in Mallinkrot. de Typogr. pag. 93. At Athanasius ann. 1601. & Chrysostomus 1591. 1603. ex officinâ Commelini, Heidelbergæ, Græcè & Latinè, in fol. prodiere. Vide Fabric. Biblioth. Græc. lib. V. cap. 1. pag. 299. & cap. 15. pag. 657. obiit Commelinus ann. 1598. Oportet ergo Athanasii & Chrysostomi editiones ab illo inchoatas post illius mortem finitas & vulgatas fuisse.

(*b*) If. Casaubon. Epistol. edit. ann. 1656. in 4. pag. 57. 98.

(*c*) *Pindar. & Lyric. Gr. Lat. apud Hieronymum Commelinum Elect. Palat.* Typographum. M. D XCIIX. in 8.

(*d*) Non anno 1597. sive *proximo ante Henricum Stephanum* juxta Mallinkrot pag. 93. & Baillet. Jugem. Sav. Tom. 1. pag. 382. ubi Bailleti errorem author notarum optimè correxit.

(*e*) Pag. 186. —— *Stephani* [scil. Henrici] *nostri obitum puto intellexisti, Commelini quoque* —— *tertio Eid. Mart. M D. XCVIII.*

(*f*) Joseph. Scaliger. Epistol. edit. ann. 1628. in 8. pag. 151. —— *Commelinus magno dolore meo, nec minore Gracarum literarum damno decessit. Uxor ejus Francofurto rediens luem pestilentem, quâ jam laborabat, communicavit illi. Ambo penè eodem tempore vitam reliquerunt, liberique aliquot de multis, quos habebant.* —— *XVI. Cal. April. M. D. XCVIII.*

(*g*) Pag. 54.

(*h*) Fabric. Biblioth. Græc. lib. 2. cap. 13. *Prodiit Gracè cum Nogarola versione & Var. Lect. ex Officinâ Commelini.* 1596. in 8.

(*i*) Fabric. Biblioth. Græc. lib. 3. cap. 27. *Prodiit cum Ægii Spoletini versione & variis lectionibus ab Hier. Commelino collectis, qui Graca ad plures MStos codices, Palatinos pracipuè castigavit. Heidelb.* 1599. 8. Hæc editio recusa est in 8. *Amstelodami, apud Joan. Janssonium à Waesberge, & Viduam Elisei Weyerstraet.* 1669. Ex Judæ Bonutii ad Michaelem Lingelshemium Electoris Palatini consiliarium epistolâ Apollodori editioni præfixâ quædam ad Hier. Commelinum spectantia excerpam. *Non paucis abhinc annis* [scil. Græc. Lat. anno 1596 in 8. consule Fabric. Biblioth. Gr. Lib. V. cap. 6.] *Hieronymus Commelinus sororius meus tibi dicârat Heliodorum suum* —— *& cupiebat officium in te suum aliquo alio libello testari.* —— *Verùm antequam votum implere posset, postquam uno die in vivis esse desierunt tres ex suis liberis, rapuit illum paulò pòst mors invida maximo literarum & literatorum damno. Ut enim erat magna vir eruditionis, ac animo in rem literariam propensissimo, constituerat plerosque omnes illos bonos authores, tum Gracos, tum Latinos, luce donare, non solùm eos, qui antea parum emendati prodierant, sed pracipuè eos, qui nondum typis mandati fuerant. Hujus sui in Musas propensi animi non parvum documentum dederunt varii libri, qui ex offi-*

cinâ

TRUS & JACOBUS CHOÜET (*a*), quos, ne ultra limites mihi propositos nimis excurram, nominâsse mihi sufficiet.

Ab

Commelino hæc scribit. *Scaliger* [Posterior. Scaligeran. p. 54.] *temoigne, que ce, qu'il a fait, est bon, & qu'il etoit habile en Grec & en Latin, mais non pas en Hebreu.* At ibi Scaligerum de Chrysostomo, non de Commelino loqui, constabit, si totus iste Scaligeranorum locus rectè intelligatur, qui sic se habet. *Commelinus nobis dedit Chrysostomum, & multa, quæ non extabant. Erat vir bonus & satis doctus Il étoit ignorant en Hebreu. Mais il a bien fait sur le Nouveau Testament. Il etoit orgueilleux. Il ne devoit pas ainsi traducere principem. Il avoit acquis bien des ennemis.* Chrysostomus sanè in Novum Testamentum Commentarios, nihil omnino (quod sciam) Commelinus, dedit. Thuanus in libro suarum historiarum 119, ad annum 1597. tradidit hæc de Commelino. *Hieronymus Commelinus aliàs Santandreanus dictus, natione Gallus, translato è patriâ Genevam primùm, dein Heidelbergam domicilio, rem literariam multùm juvit, editis tum veterum Græcorum plurimis nunquam antea editis monimentis, tum Athanasio inprimis & B. Joannis Chrysostomi magnâ operum parte; in quibus & propriâ industriâ multum contulit. Immaturâ morte hôc anno nobis ereptus filiis eandem curam quasi hæreditario jure demandavit.* Josephus Scaliger in suis ad Octaviam Senecæ animadversionibus [pag. 479. Senec. Tragœd. edit. anno 1611. in 8. Lugd. Batav. ex Typogr. Henrici ab Haestens] mentionem facit *scriptorum codicum, quibus usus est Hieronymus Commelinus* [Apud eum Senecæ Tragœdiæ prodiere in 8. 1589. Vide Fabric. Biblioth. Latin. supplem.] *quem hominem instaurandis literis natum lues in Germaniâ abstulit.* Valer. Andr. in Biblioth. Belg. pag. 387. *Hieronymus Commelinus, Duacensis, Gallo-Flander, typographorum omnium, post Henricum Stephanum, doctissimus Græcos potissimùm auctores typis suis vulgavit, cum manusc. codd. collatos; & quibusdam, ut Heliodoro, Apollodoro aliisque, notas addidit.*

(*a*) *Sext. Empiric. Gr. Latin: Genevæ. sumptibus Petri & Jacobi Chouet. M. DC. XXI.* fol. Insigne alludit ad vocabulum *Chouet* appingitur enim noctua serpenti circumflexo insidens inter duo copiæ cornua, cum hôc lemmate, *In nocte consilium* Apud eosdem anno proximo in 4. prodierunt *Auctores Linguæ Latinæ in unum corpus redacti:* ubi insigne est Arion delphino insidens, cum hâc gnomâ, *Ars non sinit perire.* Apud Jacobum Chouet anno M. DC. XXVIII. Genevæ, in 4. lucem aspexerunt *Jacobi Gothofredi animadversionum juris Civilis liber;* cum anchoræ delphinique signo, & hôc lemmate, *Festina tardè.* Et anno M. DC. XXXIV. ejusd. *Gothofredi Orationes politicæ* tres, in 4. cum anchorâ delphinóque, sed sinè lemmate. Et anno eodem, in 4. *Libanii Oratio pro templis Gr. Lat. ejusd. Gothofredi notis illustrata.* Hìc pro insigni præfigitur Oliva (*a*) Stephanorum. Ex typographiâ Petri Chouet, anno M. DC. XXVIII. in 4. exiit *Vetus Orbis Descriptio Græci Scriptoris, Græcè & Latinè, cum Jacobi Gothofredi notis.* Insigne hìc est Pinus, cum hac (*b*) sententiâ, *sinè te nihil.* Ex ejusdem typographiâ anno M. DC. XXXI. in 4. habemus (*c*) *Libanii Orationes quinque Græcè & Latinè, cum Jacobi Gothofredi notis.* Ubi insigne præfigitur homo

cinâ nostrâ prodierunt. —— Tibi dico hanc Apollodori Bibliotheca editionem, quam tuus Commelinus ferè ad umbilicum perduxerat, Apollodori videlicet ad calcem usque excusa. Deerant notæ illius & emendationes, pleraque omnes ex collatione MM. SS. præcipuè Palatini, nonnulla etiam tum ex conjecturâ, tum ex Pausaniâ, Hygino, aliis. Illas curavi excerpi ac in unum colligi ex iis, quæ propriâ manu annotârat ad marginem duorum exemplarium. —— A te peto, ut postumas hasce tui Commelini vigilias velis eâdem fronte à me accipere, quâ superiores illas ab eo accepisti. Bene Vale. Heidelbergâ. Kal. Septemb. 1598.

(*a*) Baillet. Jug. Sav. Tom. 1. p. 377. *Jacques Chouet dans les commencemens sembloit vouloir representer une image de l'imprimerie des Estiennes, sous pretexte qu'il avoit acheté les caracteres d'un des petits-fils du celebre Robert Estienne: mais il n'en exprima pas seulement l'ombre.*

(*b*) Eodem insigni usus est Franciscus Stephanus anno 1581. cùm pro Antonio Chuppin imprimeret. Lege Histor. Stephan. pag. 519.

(*c*) Scil. *περὶ τῶν προστασιῶν, τῶν ἀγγαρειῶν, τῶν δεσμωτῶν, κατὰ τῶν εἰσιόντων εἰς τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγὰς,* has quatuor nunc primùm editas; & *κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσι,* hanc ante hac à Federico Morello editam anno 1610, in 8, Græcè & Latinè,

Ab Allobrogibus ad Belgas converso mihi sese aperit typographêum PLANTINIANUM Hujus fundamenta posuit CHRISTOPHORUS PLANTINUS in diœcesi (*a*) Turonensi anno (*b*) 1514. natus: qui (*c*) *flagranti Artis Typothetica desiderio captus, hanc à puerilibus annis sectatus est, ita tamen, ut* (*d*) *literas meliores simul haud neglexerit. Eáque propter utrique proposito satisfacturus, provincias primùm Gallicas peragravit; postea verò etiam exteras terras salutavit; nunquam non id agens, ut, ubicunque locorum viveret, & literarum & negotii typographici haberet rationem Varias igitur his itineribus officinas visitavit: & vel corrigendo, vel disponendo typos, vel imprimendo etiam disposita, sedulam navavit operam. Lugduni autem præcipuè aliquod tempus hujusmodi laboribus, inprimis corrigendo, terere non est veritus. Antverpiæ denique post varios casus fixas sibi posuit sedes, atque rem œconomicam æquè ac typographicam illìc instruxit. Vir erat solers, & alienissimus ab istis vitiis, quæ trivialiter addictis huic arti hominibus alioqui solent esse communia, & familiaria hodie ferè omnibus, ut fœdâ lucrandi cupidine sua mendosissimè deproperent. Non sua imprimebat, ut rem faceret tantùm, sed ut literis bonis præcipuè utilitatem, sibíque famam compararet. Duodecim aluit impressores; & correctores non paucos eruditione omni præstantes: præter instrumenta illa, quæ lignea ut plurimum solent esse, habuit & eburnea* Quin etiam (*e*) *argenteis fusilibus literis usus fuisse traditur. Memorabile est, quod de illo referunt, quòd ne doctissimis quidem, quibus semper instructus fuit, correctoribus, aut etiam ipsimet sibi, licet hujus rei oculatissimo & assiduo, satìs fisus, publicè* (*f*) *exponere solitus fuerit revisa privatim exemplaria, priusquam illa præli pressurâ multiplicarentur, & transeuntium de illis judicia experiri, Apellis ferè exemplo, voluerit; proposito etiam præmio, ut pro numero errorum, quos quisque observâsset, muneratus discederet.* Fidelissimi (*g*) hujus

mo ex urnâ aliâ in aliam liquorem infundens, cum hôc adagio, *imbuta recèns servabit odorem.* Idem Petrus anno M. DC. XXXIII. in 4. excudit *la Response de Pierre du Moulin au Cardinal du Perron*: & huic apposuit Religionis insigne; quale jam antea ex Bezæ Epigrammate descripsi. Hujus Petri nescio an filius fuerit Petrus Chouet, cujus sumptibus Genevæ in 4. M. DC. LXX. excusa est *Friderici Spanhemii Historia Jobi.* Cui præmittitur Aquila Olivæ ramum rostro gerens & libro insistens, coronâ desuper impendente; cum hâc epigraphâ, *Constantis innocentia præmium, pax & honor.*

(*a*) Natif de Montlouis en Touraine, à deux lieues de Tours. *Vide Anti-baillet. Tom.* 1. *pag.* 115. & *Teissier. Elog.* & *Caille. pag.* 46.

(*b*) Obiit enim anno 1589. suæ ætatis septuagesimo quinto.

(*c*) *Zeltner. Cent. Corrector. pag.* 439. &c.

(*d*) Mais s'il en faut croire Balzac, il ne savoit pas la langue Latine. Juste Lipse lui ecrivoit des lettres en Latin, & dans le méme pacquet il lui en envoyoit l'explication en Flamand. *Teissier. Elog.*

(*e*) *Mallinckrot. de Typogr. pag.* 101. Quod etiam de Rob. Stephani typis dictum est. *Teissier. Elog.* & *Baillet. Jug. Sav. Tom.* 1. *pag.* 387.

(*f*) Idem de Rob. Stephano traditur. *Histor. Stephan. pag.* 19. 127.

(*g*) *Scaligeran. Prim. pag.* 81. Henricus Stephanus φιλαυτίᾳ laborans temere, quicquid displicet, immutat & corrumpit. Non ita Plantinus Antverpiensis, fidelissimus typographus. Edidit Lucretium

jus typographi typographeum (*a*) ſtructurâ ſuâ magnificâ omnia ferè reli-

[ann 1566] correctiſſimum. *In Paul. Leopard. Miſcellan. edit. in 4. 1568. apud Chriſt. Plantinum*: *Guil. Pantinus ad Fran. Nanſium.* Ego typographiam divinum planè quoddam eſſe munus, ſi ad mortalium commoda & prudentiam artiúmque ingenuarum procurationem accommodetur; eandémque ſummè peſtiferam, ſi ad illiberales excitandas artes, ſi ad calumnias invexandas, ſi ad hæreſes & ad injurias fraudéſque propagandas operam ſuam applicet, exiſtimo. Præclarè itaque Plantinus typographus inſignis facit, qui opem ſuam omnem & induſtriam opéſque maximas impendit, ut optimis optimorum & doctiſſimorum veterum pariter & recentiorum auctorum monumentis aſſiduè excudendis edendíſque doctrinam atque eruditionem elegantiorem humaniorémque, veluti cœlum Atlas, humeris ſuſtentare contendit. E cujus officinâ operoſiſſimâ, tanquam ex equo Trojano, fortiſſimi lectiſſimíque trium principum linguarum (Hebraicæ, Græcæ & Latinæ) duces plurimi in omnibus clariſſimis diſciplinis & artibus quotidie exſilire conſpiciuntur. ——— Vale. XVIII. Cal. Januar. anno 1567. *Baillet. in loco antea citato*, & *Teiſſier. Elog.* Lipſe l'appelle tantot la prunelle, & tantot la perle des imprimeurs. Dom Nicolas Antoine (Bibliothec. Hiſpan. tom. 1. pag. 162.) pretend, que ſa fidelité deviendra incroyable à la poſterité. Baronius lui écrivant pour lui faire faire une ſeconde edition de ſes Annales, dit (Leonard. Nicod. addit. ad Topii Bibl. Neapolitan. pag. 61.) qu'il etoit le premier des imprimeurs du monde, & qu'il les ſurpaſſoit tous autant par la pieté ſincere, que par toutes les autres parties, qui compoſent un homme achevé pour cette profeſſion. Arias Montanus avoit fait ces quatre vers à ſa louange:

„ Qui, Plantine, bonas hôc tempore juſſerat artes
„ Creſcere, te juſſit præla parare Deus.
„ Omnia χρεστὰ, inquit, doctorum ſcripta manebunt;
„ Hæc priùs excudat dummodo Chriſtophorus.

Valer. Andr. Bibliothec. Belgic pag. 156. Plantiniana typographia libros procudit in primis nitidos, elegantes, & ſinè nævo. *Mallinckrot. de Typogr. pag.* 123. *ex Carolo Scribanio.* Vitam à Plantiniano prælo quanti acceperunt? perierant æternæ inſepulti oblivioni ——— ni ab hôc afflatore novâ redanimatione rediiſſent in vitam. Scio in omni propè gente floruiſſe in hâc arte nobiles: novi è Latio Manutios, è Germaniâ Frobenios, è Galliâ Stephanos. At vos unius Plantini nomine omnium tenebrâſtis nomina. Si ſidera illi regnis ſuis, ſol veſter fuit; non urbi huic, non Belgio: ſed orbi, quà patet. Et ut omnia hujus magna, nil majus fuit Bibliis Regiis; quæ quicunque è Latio, Græciâ, Palæſtinâ, Chaldæâ, Syriâ intuebitur, non exclamet, viciſti, octavum orbis miraculum hic eſt? *Tho. Treter. in præfat. ad Horat. Indic. ann.* 1575. *in 8. apud Plantin.* Quantam maximam potuimus, diligentiam adhibuimus: quæ ſi in imprimendo quoque (quod nobis de optimo viro Chriſtophoro Plantino, cujus ſolertia & diligentia in edendis optimis quibuſque auctoribus orbi planè univerſo innotuit, haud dubiè pollicemur) adhibita eſt; bonâ ſpe ſum, quòd de utriuſque noſtrûm LABORE ET CONSTANTIA tam noſtrâ in colligendo quàm typographi in excudendo indice hôc juſtè conqueri non poteris. *Johan. Otho Brugenſis in epiſtol. præfix. Apophthegm. ſept. Sapient. ann.* 1570. *in* 8. *apud Plantin.* ——— pulcherrimis nitidiſſimíſque Chriſtophori Plantini, de re typographicâ non malè meriti, formulis invitat. &c.

(*a*) *Mallinckrot. de Typograph. pag.* 114. *ex Ludovici Guicciardini Belgio de Antverpiâ agentis.* Spectatu & contemplatu jucundum ſimul & admirandum eſt amplum illud & celeberrimum Typographeion, quod ſeparatim ab ipſâ tabernâ librariâ propriis commodíſque admodum cellis exſtruendum curavit doctus ille & ingenioſus Chriſtophorus Plantinus architypographus regius; opus revera dignum, quod memoretur; quia fortaſſe non conſtat viſam

reliqua superabat ædificia, maximúmque habebatur Antverpiæ ornamentum: tot abundabat opificibus, ut *supra centenos aureos in singulos dies* expenderet. Hinc factum est, ut eruditorum plerorúmque laudem mereretur & amicitiam, Justi impensè (*a*) Lipsii, qui (Plantino natu quidem (*b*) minor, stupendâ autem vir eruditione) cum suis

sam huc usque fuisse, vel hodie in totâ, quàm latè patet, Europâ usquam videri ullam rem huic operi parem; ubi nempe tot præla, tot torcularia, tot & tam varii generis characteres, tot formulæ, tótque alii apparatus & instrumenta vel justum Thesaurum pretio suo æquantia; tot denique viri præstantes, & hísce talibus obeundis perquam idonei, lautis undecunque stipendiis conducti, & occupati in corrigendis omnibus prorsus (nullam enim excipio) tam literatis quàm vulgaribus linguis, quæ inter Christianos quidem in usu sunt; ita ut omnibus computatis expendantur in hanc officinam ejúsque appendices duceni & plures floreni, id est, supra centenos aureos nostros in singulos dies. Rem profectò præclaram, ac non ipsi duntaxat laudatissimo suo auctori, verùm & toti orbi utilem juxtà ac perquam honestam! Distribuuntur siquidem hæc tam pulchra támque emendata volumina innumerabili penè numero per universum orbem terrarum.

(*a*) Lege Lipsii ad Plantinum epistolas, Centur. 2. Epistol. 32. & 77.

(*b*) Lipsii ætas facilè colligitur ex ipsius præfatione ad Tacit. Comment. edit. in fol. Antverpiæ apud Joan. Moretum 1607. Quam præfationem claudit Lipsius his verbis: *Lovanii, XV. Cal. Septembr. anno Christiano M. DC. V. ætatis meæ quinquagesimo octavo, minùs mensibus duobus.* Natus est igitur anno 1547. Obiit anno 1606. Libet hìc inserere duas Epistolas, alteram Buchanani ad Plantinum, alteram Plantini ad Buchananum, ex Buchanani operibus Edimburgi nuper editis excerptas.

Christophoro Plantino, typographo regio, viro optimo ac amico singulari, Georgius Buchananus. Petrus Junius, clarissimi viri, mihique, dum vixit, amicissimi, Henrici Scrimgeri ex sorore nepos, meúsque in rege nostro instituendo collega, ob perpetuam erga me observantiam est mihi longè carissimus. Is labore nec minoribus sumptibus avunculi bibliothecam ex ultimis usque Allobrogibus ad nos transtulit, eámque non immeritò magni facit. In eâ sunt varii Græci scriptores ex vetustissimorùm exemplarium fide vel integritati restituti, vel certè infinitis mendis, quibus scatebant, operâ & industriâ Scrimgeri repurgati. In quibus est Strabo, Demosthenes, Athenæus, Eusebii historia ecclesiastica, aliíque non pauci; ex Latinis, Cicero, sed philosophica præsertim. Quos summi viri de literis optimè meriti labores, cùm ad reipublicæ literariæ utilitatem, tum ad defuncti famam orbi innotescere cupiat Junius, maximéque eâ in re tuâ operâ uti velit; tamen, quòd tibi tam ignotus sit, quàm mihi probè notus, rogavit me, ut te de hôc suo instituto certiorem facerem, ut vicissim ex literis tuis, quid tua sit sententia, sciat. Si quos ergo ex prædictis præsertim auctoribus edere paras, Junium in consilium adhibeas censeo, quò emendatiores exeant; eique eam gratiam habebis, quam ejus merita poscere videbuntur. Vale. Tui amantissimus Georg. Buchananus. Catalogum librorum à te editorum unà cum singulorum æstimatione ad me mittas velim: erit hoc mihi Junióque pergratum. Iterum Vale.

Illustri viro D. Georgio Buchanano Christ. Plantinus S. P. Variis & ingratis hôc tempore occupatissimus mihi incommodissimo, vix quicquam audeo Græcè suscipere imprimendum. Spero tamen aliquando me vires animo pares recuperaturum, si pax coalescat; quæ adeò est explosa, & in varias partes dissecta, ut nihil toto hôc decennio videamus, quàm pro studiosis virtutum, armatos & sævientes passim milites. Latinorum verò clarissimorum auctorum nihil recusabo, quod à tanti viri bibliothecâ procedat: neque unquam ingrati animi notam, favente Christo, patiar inuri. Doleo verò, quòd jam nihil habeam afferendum te dignum. Hadrianus Junius Magdeburgi non ita pridem obiit. Ejus nomenclatorem auctum recudo. Catalogum librorum à me editorum mitto, unà cum aliquot aliis libellis, quos ut boni consulas rogo, & me, quantùm nobis licet, tuum

suis sæpe epistolis compellavit, ejúsque præ cæteris elegit prælum; cui suas lucubrationes committeret. Plantinianum insigne fuit (*a*) Circinus, cum hôc lemmate, *Labore & Constantiâ*. Cœpit anno (*a*) 1555.

tuum esse tibi persuadeas. Vale, Antverpiæ, raptim inter ipsos fluctus occupationum & tumultuum; 24. *Maii* 1576. *tumultuariè scriptum*.

(*a*) *Mines in Syntagmat. de Symbol. ad Alciat. Emblemat.* [ubi de typographorum quorundam præstantium symbolis differit; quam dissertationem, utpote quæ ad horum Annalium propositum maximè pertineat, integram hìc apponere operæ pretium duco]. Non tamen mihi tempero, quin animi causâ quorundam rei typographicæ peritorum hominum huc adjiciam eiconas, quibus ingeniosè uti soleant in suorum librorum frontispiciis, quibus se vel ingenio vel arte meliorum literarum adjumento necessariâ commendent. Unus inprimis habitus literis primùm renascentibus, qui purè nitidéque typographicam illustravit, ALDUS MANUTIUS Romanus, qui pro notâ singulari ac propriâ sibi sumpsit [*Annal. Typógr. Tom* 2. *pag.* 43.] delphinum anchoræ alligatum, fortè ad laudem maturitatis, quæ medias partes teneat inter nimiam ac præcipitem celeritatem & tarditatem. Excidit mihi memoria typographi ex solo Italico, qui etiam ante Aldi ætatem Sirenem habuit, quâ usus est in suorum fronte voluminum, ad eloquentiæ, nisi me conjectura fallit, simulachrum ostentandum. SEBASTIANUS GRYPHIUS Lugduni eam artem pervigili studio illustriorem fecit, suámque solertiam nobili symbolo patefecit, captato sui nominis etymo, vel allusione potiùs. [Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 563.] Apud Germanos, Basileæ, FROBENIUS &c. [Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 5.] JOANNES OPORINUS, eruditus sanè vir, nedum Typographus, Delphino insidentem Ariona lyræ fides digitis attrectantem sibi legit, fortè indicans literatorum virorum salutem in mediis ac tempestuosis vitæ hujus (*) fluctibus tutam ac securam; aut etiam eruditos homines à suis nonnunquam malè haberi, ab extraneis excipi humanius. [DE ROBERTO STEPHANO & SIMONE COLINÆO vide Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 439. 397.] Non prætereo ANDREÆ WECHELI equum Pegasum, de quo in fabulis, quod signum immortalis nominis per doctrinam comparandi. Elegans & bene subactum ingenium, judicium par, mores inculpati FEDERICI MORELLI, cujus insigne, Fons, perennes fluvios doctrinæ omnis ingenuæ ac liberalis significat. Qui vir cùm in vivis esset, bonâ fide præstitit, quod artis fuit, & reliquit liberos, qui eandem palmam extendunt in dies uberiùs, nec unquàm fontem illum sinent arescere. SEBASTIANUM NIVELLIUM probum & honestum virum suæ jamdudum ciconiæ delectârunt, notum signum τῆς ἀντιπελαργίας. Et JACOBUM PUTEANUM sua Samaritana puteo proxima, non ad alium quæsita finem, quàm ut alluderet ad sui cognominis aliquam rationem. NICOLAO CHENELLO seu Querculo placuit quercus, & telorum seu arundinum fasciculus unà colligatus, & arbori appensus, affixo epigrammateio, *Vis nescia vinci*. Quod ex Scylluri petitum monito ad filios, cùm morti proximus concordiam suaderet. CHRISTOPHORI PLANTINI, cujus memoriam sanctè colo, signum familiare ac proprium circinus, cum eruditâ gnomâ, *Labore & Constantiâ*. Circulus in se circumactus laborem indefessum; idem in puncto hærens constans animi propositum notat. Id sanè Plantino Sphragidion conveniens, quo homine nullus laboris patientior, nullus in vitæ omni proposito tenacior fuit; præter eam morum facilitatem, quâ se omni hominum sorti probavit. ÆGIDIUS BEYSIUS, Plantini gener, vír certè bonus, idémque industrius, conatus soceri studia æmulari, laboriosè & constanter sese gessit, & præproperâ morte desiderium sui reliquit. Is cùm ante annos penè (†) sedecim

(*) Oporini sanè vita [de quâ priùs] multis infortuniis fuit jactata.
(†) Epistola prioribus editionibus præfixa datur *Lutetiâ*, *M*, *D*, *LXXX*,

(a) 1555. munere typographico Plantinus inclarescere; aliósque interdum socios sibi adscivit, Joannem Steelsium (b) anno 1558. annóque (c) 1564. Maternum Cholinum civem Coloniensem. In libris aliquibus (d) Gallicis imprimendis characteres maluit, qui vulgarem

decim symbolum sibi peculiare ac proprium quæreret, me percontatus, rogavit aliquid reperirem, quod aliis ita commune non foret: ego illi sertum albi lilii lubens exhibui, addito boni (a) poetæ hemistichio, *Casta placent superis*. Symbolum moribus hominis accommodum, quem nôram ab omnibus illecebris turpium voluptatum inprimis abhorrere. Nec verò possum transilire (b) JOANNIS RICHERII arborem virescentem, cum sententiosâ notâ. Ὄλβιος ἀυτάρκης: quæ tamen parvum (c) admodum respondet arbori ei virescenti, si bene corpus symboli cum animâ æstimemus. Graviùs sanè ac meliùs, meo quidem judicio, STEPHANUS (d) TASSETUS, Richerii socer, antè usurpârat arborem viroris plenam, addito verbo ex Davide (e), *Folium non defluet*; hoc est, metuenti Deum nihil defuturum.

(a) *Les observations de plusieurs singularitez, & choses memorables en Grece, Asie, Judée, Egypte, Arabie, & autres pays estrangers par Pierre Belon du Mans: de l'imprimerie de Christ. Plantin. Anvers.* 1555. 8.

(b) Hier. *Vida Opera*. in 12. *Antverpiæ, apud Joannem Steelsium.* 1558. *& ad finem; Antverpiæ excudebat Christophorus Plantinus sub unicorni aureo.* 1558.

(c) *S. Cyrilli Catecheses Latinè, Joanne Grodecio interprete: Antverpiæ, excudebat sibi, & Materno Cholino civi Coloniensi, Christophorus Plantinus. M. D. LXIIII.* in 8. Hunc Cholinum, inter Typographos Colonienses, cum honore nominat. Mallinckrotius. pag. 95. Vidi *Ciceron. Historiam à Franc. Fabricio Marcoduran. per consules descriptam: Coloniæ, apud Maternum Cholinum. M. D. LXIIII.* in 8. & *Gemmæ Frisii Arithmeticam practicam à Joanne Stein recognitam: ibidem, apud eundem. M. D. LXXVI.* in 8. Cholini insigne erat Corolla florea cingens hunc ex Davide versiculum; *BENEDICES CORONÆ ANNI BENIGNITATIS TUÆ. PSAL.* 64.

(d) *Le Livre de l'Ecclesiastique. A Anvers, de l'imprimerie de Christophle Plantin. M. D. LXIIII.* in 8. *Aux maistres d'escole, Salut Veu l'instance qu'aucuns d'entre vous m'avez faite, mes signeurs & amis, d'imprimer quelques livres propres pour l'instruction de la jeunesse, —— je n'ay peur le present rien sceu choisir plus propre que ce livret —— Et pourtant que je scay, combien il est utile à l'apprentif, qu'on luy propose à son commencement chose, qui luy serve tousjours, je le vous ay voulu imprimer de telle sortes de lettres, qu'il peust aussi servir d'exemplaire, pour apprendre à bien former & lire l'escriture à la main.* &c. Eodem characterum genere *Philippi Galtheri Alexandreïdem, Lugduni excudit* in 4. *Robertus Granjon, M. D. LVIII.* cum privilegio regio [—— *& pour remuneration de son invention, veult iceluy Seigneur, que nul*

(a) Tibull. Lib. 2. Eleg. 1. vers. 13.

(b) Joan. Richerius emisit ann. 1573. *Harangue de Jean de Mouluc aux Polonois* [Bibliotheq. Verdier. p. 729.] & ann. 1587. in 8. *Dictionnaire des rimes Francoises par Jean le Fevre, augmenté par le Seigneur des Accords.* Sententiâ Gallicâ pro Græcâ aliquando utebâtur, *Assez à qui se contente.* Sic *Francisci Insulani Parisini in urbem reditus. Parisiis, apud Joannem Richerium viâ divi Joannis Lateranensis sub signo arboris virescentis.* 1581. *in* 4. Cum Ægidio Beysio nonnunquam commercium habuit: *Anton. Augustin. de Legib. & Senatus-consult. cum legum antiquar. fragment. & not. Ursini, & Lipsii Libell. de Legib. Reg. & XVI viralib. apud Joannem Richerium & Ægidium Beysium. Paris.* 1584 in fol.

(c) Sententia illa planè alludit ad nomen *Richer.* Imò nec male arbori virescenti conveniet; hôc scilicet sensu, se virore solo arboris, fructu licet adhuc careat, esse contentum.

(d) Hic Gulielmi Morelii fuit socius ann. 1558. in imprimendis *Verbor. Latinor. cum Græc. & Gallic. conjunctor. commentariis.* 4.

(e) Psalm. 1. vers. 4.

garem scripturam imitarentur. Anno 1565. Cæsareum (a) generale privilegium, anno 1570. (b) Typographi Regii titulum, 1571. (c) pro-

nul autre, quel qu'il soit, en ce royaume, n'aye à tailler poinssons, ne contrefaire ladite lettre Francoise d'art de main &c] ac præfatione. R. *Constantinus Lectori. Equidem fore non dubito, quin quantùm horum characterum novitas atque insolentia lectorem in admirationem convertent, tantùm oblectet utilitas atque elegantia: quorum non solùm types ingeniosè expressit Robertus Granjon, sed etiam, ut alter (a) Dibutades Sicyonius, protypa & extypa fecit, & excudit. Primùm quod ad characterum venustatem & facilitatem in legendo, horum certè forma non minùs commendabilis cæteris, magìs autem nostris usitata, quæ scribentis manum quàm proximè reddit: ut scripturam ementiatur impressio; & quod manufactum, an typis excussum sit, postea possit dubitari.* &c. Huic Alexandreidos editioni præfigitur insigne Baculus erectus, quem ramus & serpens invicem tortiles circumeunt, & cujus apici imponitur corolla, adjectâ hâc gnomâ, *Ex æquitate & prudentiâ honos.* Hujusmodi characteribus sed & largioribus & lectu facilioribus prodierunt in 4. *Les Saintes Metamorphoses par J. Baudoin, en l'Imprimerie des nouveaux characteres de P. Moreau, escrivain juré à Paris, & Imprimeur ord^re. du Roy; & se vend en la boutique au Palais, à la salle Dauphine, par F. Rouuelin, à l'enseigne de la verité.* 1644.

(a) Plantinus suas editiones muniebat privilegiis, Regio plerumque (*Liturg. Sanctor. Latinè.* 1560. 8.) aut Cæsareo etiam addito (*Lucret. per Gifan.* 1566. 8.) Cæsareum illud privilegium Generale ei datum est à Maximiliano II. die 21. Febr. anno 1565. —— *Cùm Christophorus Plantinus civis & typographus Antverpiensis nobis humiliter exponi curârit, se veteres nonnullos auctores, vel nunquam antea visos & raros, vel emendatiores, aliáque opera magni momenti, imprimis verò (b) Biblia Hebraïca, Novum (c) Testamentum, (d) Eunapium de Vitis Philosophorum, (e) Illustrium de Poëtis, (f) Nonium Marcellum, (g) Petronium Arbitrum, omnes veteres poëtas correctos vel commentariis illustratos, Emblemata (h) Sambuci, Dictionarium Hebræum, Dictionarium Græcum, & si quæ hujus generis alia, vel antea non edita, vel emendatiora, locupletiora, auctiora, & illustriora facta sunt, quâcunque in linguâ imprimere constituisse;* —— *Nos* —— *sancimus, nequis* —— *prædicta aut alia quæcunque* —— *intrà proximum sexennium à primâ cujusque operis editione excudat* &c. Occurrunt etiam libri ex editione Plantinianâ, nullo privilegio muniti; uti (i) Nemesius, cui Plantinus ipse Latinam ad lectorem epistolam præmisit. Plantinus idem, in initio (k) Virgilii collatione scriptorum Græcorum à Fulvio Ursino illustrati, Cardinalem Granvellanum, & Lectorem (l) Latinè compellat.

(b) *Septem Sapientum Apophthegmata &c. Gr. Lat. Joanne Othone Brugensi interprete; Antverpiæ, ex officinâ Christ. Plantini Typographi regii. M. D. LXX.* in 8.

(c) *Euripid. Tragœdiæ, Gr. operâ Guil. Canteri: Antverp. ex officinâ Christ. Plantini, Regii proto-Typographi. M. D. LXXI.* in 12.

(a) De Dibutade Sicyonio Figulo lege Plin. Natur. Histor. lib. 35. cap. 12.
(b) Prodiere in 4. & in 8. & in 12. ann. 1566. *Vide Long. Biblioth. Sacr.*
(c) Nov. Testam. Gr. 8. 1573. *Vide ibid.*
(d) Gr. Lat. 8. 1568.
(e) Vel potiùs de claris viris. 8. 1572.
(f) 1565. 8.
(g) 1565. 8.
(h) 1566. 8.
(i) Gr. Lat. Nicasio Ellebodio Casletano interprete. 1565. 8.
(k) 1567. 8.
(l) Teissier. Elog.] „ Si ce que dit Balzac, est veritable, que Plantin ne savoit pas la langue „ Latine, il s'ensuit necessairement, que plusieurs prefaces, qui paroissent sous son nom à la tete „ de quelques livres, qu'il a imprimez, ne sont pas des Ouvrages de sa façon, & qu'elles ont été „ composées ou par Lipse ou par quelqu'autre de ses amis,

prototypographi Regii, aut 1574. (*a*) architypographi Regii, adeptus est. Anno 1576. ad eum (*b*) *divertit Thuanus; & in ejus ædibus, licèt rebus accisis, tunc adhuc XVII. prælis operæ fervebant. Ab eo didicit de statu Provinciarum, eò res illarum redactas, ut nisi Ordines præverterent, insigni clade ab Hispanis opprimerentur.* Ecquis æquis auribus accipiat accisas fuisse res CHRISTOPHORI PLANTINI? (*c*) *qui, secundùm Manutios, Stephanos, Frobenios & Oporinum, maximè rem literariam juvit libris innumeris, & inter alia* (*d*) *Bibliis ad Complutense exemplar, sed longè majore operarum elegantiâ, auspiciis Philippi Hispaniarum regis editis: quæ editio illi quàm gloriosa, tam detrimentosa fuit; præposterâ ministrorum Philippi diligentiâ, qui, pecuniam in id à rege collatam dum asperiùs exigunt, Plantinum aliunde pecuniâ ab amicis mutuò sumptâ, jam gravatum penè merserunt.* Ille demum, postquam vixisset (*e*) *annos LXXV. obiit Antverpiæ*, anno M. D. XXCIX. *Kalen. Vtilibus, in majore urbis æde honorificè sepultus:* & hôc (*f*) epitaphio donatus.

D.O.M.S.

Doctorum si jacturam, Plantine, virorum
Respicimus, fateor, vixeris ipse parum.
Si meritum, studiúmve, exantlatósque labores
Pro Musis toties, vixeris ipse satis.
Sive tot ærumnæ, sævæ aut ludibria Divæ
Occurrunt, nimiùm vixeris ipse diu.
At si spectemus famæ monumenta perennis,
Hæc vitam spondent jam tibi perpetuam.
Janus Douza f. amico posuit.

(*a*) *Josua Historia Gr. Lat. ab Andreâ Masio illustrata: Antverp. ex officinâ Christ. Plantini, Architypographi Regii M. D. LXXIIII.* in fol. Andreas Masius in suâ dedicatoriâ ad Regem Philippum epistolâ —— *cùm*, ait, *Typographum tuum Plantinum Chaldaïcis quibusdam exemplaribus, raræ illis quidem & emendatissimæ integritatis, quæ manuscripta in meâ supellectile librariâ habebam, libenter adjuvissem* &c, *Æschyli Tragœdiæ Gr operâ Gulielmi Canteri: Antverp. ex officinâ Christ. Plantini, Architypographi Regii, M. D. LXXX.* in 12. At libris ann. 1581. (*Euripid. tres Tragœd. Lat. per Georg. Rataller.* in 12. 1582. (*Pomp. Mel.* in 4.) 1583. (*Jun. Nomenclat* in 8.) 1584. (*Callimach.* &c. *Gr. Lat.* in 12.) 1585. (*Fabul. Faern.* in 12.) 1586. (*Steweck. in Apul.* in 8) editis subscribitur nudum Christophori Plantini nomen, titulo nullo addito. Annis autem 1587. (*Plutarch. de liberor. educat.* Gr. in 8.) & 1588. (*Isaiæ Paraphras. Latin. per Jodn. Carpenteium.* in 4.) resumitur Architypographi regii titulus.

(*b*) Lege Thuan. in vitâ suâ.

(*c*) Thuan. Histor. Lib. 96. ad annum M. D. XXCIX.

(*d*) De horum Bibliorum editione ann. 1572. legatur Mallinckrot. pag. 115. & Long. Dissertat. sur les Polyglott Chap. VIII. & Bibliothec. Sacr. pag. 20.

(*e*) Zeltner. pag. 442. scribit Plantinum *annos septuaginta octo implevisse* Forsan error est typographicus. Ego in Histor. Stephanor. pag. 479. in errorem graviorem incidi, secutus Almeloveenium, qui pag. 126. affirmat Christophorum Plantinum obiisse 1598. Idem error in Bailleti editionibus tam posteriore quam priore.

(*f*) Caille. pag. 47. & Bullart. Academ. Tom. 2. pag. 257. In Teissier. Elog. hæc referuntur Douſæ in Plantini obitum carmina.

D. O. M. S.

CHRISTOPHORO PLANTINO
Turonensi civi,
Incolæ Antverpiano,
Architypographo Regio,
Pietate, Prudentiâ, Acrimoniâ ingenii magno,
Constantiâ & Labore maximo;
Cujus industriâ atque operâ
Infinita opera, vetera, nova,
Magno & hujus & futuri sæculi bono,
In lucem prodierunt;
IOANNA RIVIERA conjux
Et liberi hæredésque,
Illa optimo viro,
Hi parenti, mæsti
Posuerunt.
Tu, qui transis & hæc legis,
Bonis manibus bene apprecare.
Vixit annos 75.
Desiit hic vivere Kal. Quintil. ann. 1589.
Christophorus situs hìc Plantinus, Regis Iberi
Typographus; sed Rex Typographûm ipse fuit.

PLANTINO ob sumptus in Typographiam impensos res defuncto supererat non admodum magna, quam hæredibus relinqueret; præter (*a*) bibliothecam, *quæ uti optimis Plantinianæ editionis authoribus, sic & aliis ad genuinam eorundem authorum lectionem hauriendam libris instructa est.* PLANTINUS ex suâ uxore (*b*) *Joannâ de la Riviere* suscepit (*c*) unum filium, qui obiit duodecim annos natus; tres filias, quarum major *Margareta* nupsit FRANCISCO RAPHELENGIO, minor *Martina* JOANNI MORETO, ÆGIDIO BEYSIO minima *Magdalena*. Ille autem, cùm tria haberet in locis diversis Typographea, Antverpiæ scilicet, Lugduni Batavorum, & Parisiis, suis generis concesserat, RAPHELENGIO Lugduno-Batavum, BEYSIO Parisiense. MORETUS post soceri mortem cum viduâ Antverpiense possedit. Apud hos (*d*) tres Plantini generos permansit solennis usque Plantinianæ Ty-

(*a*) Louys Jacob. des Bibliotheq. pag. 353.

(*b*) De hâc quid dicat Lipsius, refert Bullart. in loco suprà citato.

(*c*) Lege Bullart. Ibid. & Tom. I. pag. 300. & Valer. Andr. pag. 238. & Bullart. Tom. 2. pag. 263. & Caille. pag. 164.

(*d*) *Drus. de literis* משה וכלב: *Lugduni Batavorum, ex officinâ Plantinianâ, apud Franciscum Raphelengium. M. D. LXXXIX.*

Typographiæ mentio, Plantinianíque emblematis & adagii usus.

ÆGIDIUS BEYSIUS ex tribus Plantini generis unus Parisiis innotuit (*a*) anno 1577: obiítque ann. 1595 April. 19 ad S. Benedicti humatus. Excusoriâ (*b*) DIONYSII DUVALLII operâ nonnunquam utebatur; & insigne (præter Plantinianum, quod (*c*) rariùs solebat usurpare) proprium sibi adoptabat alba (*d*) lilia, cum hôc hemistichio, *Casta placent superis*. Ei filius fuit ADRIANUS, qui anno 1605. (*e*) floruit, eodem, quo pater, symbolo gaudens; annóque circiter 1612. decessit. ÆGIDII BEYSII viduam Plantini filiam duxit (*f*) HADRIANUS PERIER Parisiis ann. 1586. usque ad 1616. ex libris, quos emisit, nitidè impressis signóque Plantiniano plerumque condecoratis, satìs notus. ÆGIDII BEYSII filiam (ut puto) *Magdelenam* uxorem sibi adjunxit (*g*) JEREMIAS PERIER,

LXXXIX. in 8. *Oppian. Gr. Lat. cum comm. Conr. Rittershusii*: *Ibid. ex officinâ Plantinianâ, apud eundem. M. D. XCVII.* in 8. *Auger. Gislen. Busbequii epistolæ legationis Turcicæ quatuor* &c. *Paris. ex officinâ Plantinianâ, apud Ægidium Beys. M. D. XCV.* in 8. *Simon. Verepai Rudiment. Gramm. Latin. Antverpiæ, ex Officinâ Plantinianâ, apud Viduam & Joannem Moretum. M. D. XCII.* in 8.

(*a*) Caille. pag. 164.

(*b*) *Horat. Epistol. cum prælectionib. Claud. Minois*: *Parisiis, apud Ægidium Beys, sub signo Lilii Albi, viâ Jacobæâ, M. D. LXXXIIII.* in 4. Et ad finem, *Excudebat Dionysius Duvallius.*

(*c*) Vide notam paulò antè præcedentem.

(*d*) Lege suprà notam, ubi habetur Claudii Minois de Symbolis Typographicis Tractatus. Inter Ægidium Beysium & Martinum Juvenem fuit aliquando commercium: nam *Horat. cum Pet. Gualterii Chabotii expositione*: in 8. *Parisiis, apud Ægid. Beys.* 1582. Privilegium regium est datum Martino Juveni; & infrà additur, *Permis, par ledit le Jeune à Gilles Beys libraire juré.*

(*e*) Caille. pag. 202. *Carol. Labbæi observationes in Synopsim Basilicam*: *Parisiis, apud Adrianum Beys viâ Jacobæâ, sub signo liliorum. M. DC. VI.* in 8 Et apud Eundem in 8. *Codex Canonum Ecclesiæ Universæ Gr. Lat. per Christopherum Justellum*: *M. DC. X.* Item apud Eundem in 8. *Josephi Scaligeri Opuscula diversa Græca & Latina*: *M. DC. V.* ad cujus libri finem, *Excudebat Petrus Pautonnier, in Græcis Lit. Typograph. Regius.* Hujus Pautonnier mentio antè facta est, cùm de Gulielmo Morelio agerem. Vidi prætèrea *Petronii Arbitri Satyricon cum notis & observationibus variorum*: in 12. *Lutetiæ Parisiorum, ex Officinâ Christophori Beys, viâ Jacobæâ, M. DC. I.* Illum Christophorum Adriani fratrem fuisse me docet Joannes de la Caille. pag. 202.

(*f*) Caille. pag. 176.] „ Adrian Perier fit imprimer les Plaidoyers de Mr. „ Servin en 1586. Il avoit épousé Magdelaine fille de Christophle Plantin veuve de Gilles Beys; elle mourut le 28. „ Decemb. 1599. & fut enterrée à S. Benoist. Adrian Perier avoit la marque „ de son beau-pere; & mettoit quelquefois cette devise, *Dum premor, attollor.* Frequentiùs Adrianus Perier Plantinianum symbolum & adagium suis libris affigebat; *B. Hilarii fragmenta quædam ex opere Historico, nunquam antea edita*: *Parisiis, ex Officinâ Plantinianâ, apud Adrianum Perier, viâ Jacobæâ, M. D. XCVIII* in 8. In cujus libri editione fuit particeps privilegii Regii, quod Ambrosio Drouart concessum erat: itidémque in editione *Rhetorum Latinorum veterum*, quæ *apud Eundem Adrianum* in 4 prodiit *M. D. XCIX.* Idem Adrianus Perier edidit Lutetiæ anno M. DC. XVI. in 8. *Julii Cæsaris Vanini de admirandis Naturæ reginæ Deæque mortalium arcanis libros quatuor*, cùm Facultatis Theologicæ Parisiensis approbatione, tum Regio Privilegio communitos.

(*g*) Caille. pag. 185.] „ Jeremie Perier

RIER, in re librariâ non ignobilis. Eo igitur nomine tres fuerunt, CAROLUS, HADRIANUS, & JEREMIAS (a); quâ autem cognatione fuerint conjuncti, non adhuc satìs mihi constat. HADRIANUS libris affigebat circinum Plantinianum, CAROLUS & JEREMIAS Bellerophontis insigne. Officinam habebant in viâ Jacobæâ sitam Hadrianus & Jeremias, in vico Bellovaco Carolus. Ad duos alios Plantini generos jam me confero; RAPHELENGIUM & MORETUM.

(b) FRANCISCUS RAPHELENGIUS [vernaculè, *Raulenghien*] *Lanoii ditionis Insulanæ in* (c) *Pleumosiis oppido natus die* 27. *Februarii, anno* 1539. *cùm prima fundamenta literarum Gandavi jecisset, patrem amisit. Proinde matris jussu ad mercaturam se convertere coactus, à mercatoribus, apud quos collocatus erat, Norimbergam missus, animo ipsius ad mercaturam minùs aut apto aut inclinato, apud eos ipsos, ad quos missus erat, commoditatem nactus est, studia pauxillùm intermissa per biennium circiter continuandi Domum deinde reduci nova se obtulit occasio Lutetiam proficiscendi: ubi, florente tunc academiâ, magnos in Linguis Græcâ & Hebræâ, sub illustribus professoribus, & inprimis* (d) *Joanne Mercero, fecit progressus. Supervenientibus ibidem bellorum civilium tumultibus, in Angliam se contulit, & Cantabrigiæ aliquantisper Græcam Linguam professus est; donec institutâ in patriam, revisendæ matris gratiâ, profectione Antverpiam in reditu divertit, ad coëmendos aliquot libros, quorum tum Cantabrigiæ non magna erat copia. Dum Antverpiæ aliquantisper hæret, correcturâ Typographicâ ipsi arridente, mutato consilio operam suam Christophoro Plantino addixit. Qui adeò ingenuitate morum ipsius delectatus est, & potissimùm quòd Typographiæ suæ eruditionem juvenis, cum insigni conjunctam diligentiâ, perutilem fore animadverteret; ut ipsi maximam natu filiarum* (e) *Margaretam, anno* 1565 *elocaret. In soceri igitur Typographiâ corrigendorum librorum præcipuam molem plures annos sustinens, Biblia illa magna, quæ Regia vocant, edere Plantinus aggressus est. Horum in editione incredibile est, quantos labores Raphelengius insumpserit: dum accuratissi-*

„ rier épousa Magdelaine Beys en 1596. „ Il fit imprimer en 1597. *P. Ærodius de* „ *patrio jure* in 8. Apud Eundem, *viâ Jacobæâ, sub signo Bellerophontis, M. D. XCIX.* in 4. prodierunt *Aristotelis Mechanica Gr. Lat. cum Henr. Monantholii commentariis.*

(a) Carolus Perier anno 1550. usus est operâ Benedicti Prevotii in edendo *compend. Ciceron. Sentent.* in 12 & anno 1561. in 4. edidit Raymundi Lortheli tractatum, cui titulus *Cicero Græcus; in vico Bellovaco, sub insigni Bellerophontis.* Alii eo nomine, Thomas, Simeon, Christophorus &c. memorantur à Joanne de la Caille, pag. 174. 176. 185. &c.

(b) Vit. Rapheleng. in Melch. Adam. German, Philosoph. pag. 423. & Mallinckrot. de Typogr. pag. 94. & Teissier. Eloges. & Bayl. Diction. & Bullart. Acad. Tom. 1. pag. 300. & Zeltner. Cent. Correct.

(c) Thuan. Histor. lib. 119.

(d) Bullart. Academ. *Il fut instruit par Jean Mercere aux Langues Grecque & Hebraique.* At dubito, an Græcas literas didicerit sub Mercero, qui erat Orientalium Linguarum professor.

(e) Bullart. Academ. & Valer. Andr. pag. 238.

ratissimè singula recognoscit; annotationibus, ubi opus, illustrat; versionem interlinearem adornat; Grammaticam Hebræam ex optimis quibúsque grammaticis cum judicio & curâ collectam addit; epitomen Thesauri Linguæ Hebraïcæ Santis Pagnini infinitis vocibus auget, & innumeris locis emendat; quod luculentè ex testimonio Benedicti Ariæ Montani inter prolegomena præmisso patet. Multa iisdem annis ad ornamenta librorum, quos socer excudebat, præcipuè in linguis Orientalibus, corrigendo illustrandóque contulit; quamvis rarò nomen suum adscribi pateretur. Tandem socero Lugduni Batavorum, quò longiùs (a) à turbis abesset, commorante; omnis molestia regendæ Typographicæ in illum ferè solum Antverpiæ incubuit. Plantino autem sub finem anni 1585 Antverpiam reverso; Raphelengius vice versâ Lugdunum Batavorum cum familiâ commigravit; & in (b) partem Typographiæ, quam eò Plantinus transvexerat, successit. Hic Hebrææ Linguæ professor designatus, operam suam & curatoribus academicis & auditoribus suis probavit. Otium insuper majus nactus, seriò Arabicæ (c) linguæ cognitioni, quò dudum animus illum ferebat, se dare cœpit: & subsidio librorum, quos Gulielmus Postellus & Andreas Masius lubenter subministrârant, Lexicon Arabicum satìs copiosum confecit; adjutus etiam nonnihil usu librorum Josephi Scaligeri, quocum sæpenumero de iis studiis conferebat. Lexicon hoc cùm in nimiam molem excrevisse illi videretur, demtis multis, quæ minùs necessaria existimabat, in formam editioni aptiorem contractiùs descripsit: ita tamen, ut & tyronibus sufficere, & provectioribus etiam

(a) Bullart. Academ.] „ se retirant à „ Leyde à cause des troubles du Pays bas. Tempus, quo Plantinus Lugdunum Batavorum concessit, ex Lipsii epistolis sequentibus scitur. (Centur. 1. Epistol. 20.) *Ad Lernutium.* ——— *De Plantino verum est. Ædes hìc conduxit sanè amplas, & partem vacantem Typographiæ transferet istuc.* ——— *Vale. Lugd. Batav. III. Id. Novemb. M. D. LXXXI.* Et (Epistol. 10.) *Ad Eundem.* ——— *Plantinus ædes hìc habet, Typographiam instituit.* ——— *Vale. Lugd. Batav. Prid. Id. Sept. M. D. LXXXII.* Et (Epistol. 70.) *Ad Giselinum.* ——— *Plantinus ædes hìc emit, Typographiam instituit: & videmur effecturi, ut stipendium ab Ordinibus accipiat honestum.* [Huic epistolæ annus, quo data est, non additur.] Et (Epistol. 92.) *Ad Dudithium.* ——— *Plantinus apud nos nunc agit.* ——— *Vale. Lugd. Batav. M. D. LXXXIV.* Et (Epistol. 94.) *Ad Metherchum.* ——— *Me Plantinus ad grammaticam concinnandam impellebat, quæ communis Belgio universo. Sperabat id enim Ordines decreturos. Vix ego: nec si faciant tamen, valde ingenio aut Genio meo scriptio talis.* &c. *Vale. Lugd. Batav. III. Id. Nov. M. D. LXXXII.*

(b) Bullart. Ibid] „ Il luy donna son „ imprimerie, qu'il avoit establie à Ley- „ de. At Baillet. Jug. Sav Tom. 1 pag. 392.] „ Il professoit l'Hebreu & l'Arabe „ à Leide, ou étoit son imprimerie, ou „ plutôt celle de Plantin son beau-pere, „ qu'il conduisoit.

(c) Thuan. Histor. lib. 119.] *Cùm in Typographicâ egregiam sub socero operam diu navâsset, relictâ Antverpiâ Lugdunum Batavorum concessit; & Linguarum Orientalium vel teste Scaligero valde peritus, etiam Arabicam publicè magnâ cum laude professus est; de quâ Lexicon posthumum ab eo, dum viveret, summâ curâ & labore compositum prodiit.* Sic ex Thuano Mallinckrot. pag. 94. & Valer. Andr. pag. 238. *Antverpiæ anno M. D. LXV. Margaretâ Christophori Plantini filiâ ductâ uxore, in partem typographiæ venit. Vir fuit in Hebræis, Chaldais, Arabicis juxtà ac Græcis Latinisque exercitatus, maturo judicio, sagaci ingenio; formâ ipsâ faciei aliquid etiam πολυγλώττου præ se ferens.*

tiam placere posse, persuasum sibi haberet. Sed quid? Vix ultimam manum illi describendo imposuerat; cùm mors, quam toto triennio, præ tædio amissæ uxoris, & paralysi afflictatus, sæpe optârat, virum optimum humanis exemit, die 20. (a) Julii, anno Christi 1597. ætatis suæ duodesexagesimo, superstitibus tribus filiis, (b) Francisco, Christophoro & Justo, filiâ unicâ. Lexicon illud, (c) quindecim ab obitu ipsius annis, publici juris factum est. Scripsit præterea Dictionarium Chaldaïcum, quod posterioribus editionibus epitomes Pagninianæ; item alia quædam, sed omnia in privatos suos usus; ut Lexicon Persicum vocabulorum, quæ in Pentateucho; item observationes Linguæ Hebrææ, quas vir minimè ambitiosus nonnullis familiarium & discipulorum suorum promptè & liberaliter communicavit. Tabulas item in grammaticam Arabicam, & alia huc facientia, sibi concinnavit, sed quæ edi noluit; ne Postello, qui primus Christianorum grammaticæ Arabicæ rudimenta evulgavit, gloriam præripere voluisse videretur. Multa denique ex Hebræo & Arabico in Latinum sermonem transtulit: quorum pauca admodum perfecta, pauciora edita sunt. Staturâ fuit paulò infra mediocrem; formâ faciei non indecenti; florido colore; barbâ spadiceâ oblongiore; oculis cæruleis; moribus (d) sinè fuco & fallaciis, & præcipuè ab omni fastu alienissimis. Familiares habuit viros doctos, (e) Ariam

(a) Thuan. in loco modò citato: *Tandem non ita senex, vix enim annum LVIII. excesserat, ad alteram vitam migravit* Bullart. in Academ. hoc affert in Franc. Raphelengium viri cujusdam docti carmen:

Aspices angustum tumuli se tollere molem,
Lenique terram vertice,
Exiguo raram gremio quæ possidet umbram;
Manésque nobiles. procul
Hinc fuge, cui scelerum cura est, cui gloria rerum
Ventosa pectus erigit,
Virtuti patet ille locus, solique beatus
Sacer modestia vacat.
Virtutum domus est: jacet hìc Raphelengius ille,
Ingentis Europa decus.
Huic oriens Aurora suos ediscere soli
Permiserat lubens sonos.
Eoósque domi residens transduxit honores:
Paucisque cognitus licèt,
Cum patriis Batavis Arabas confudit & Indos.
Ah! hospes, ah! en qui fuit
Sol oriens nobis, Linguásque Orientis ab ortu
Transvexit, occidit tamen.

(b) Valer. Andr. pag. 238. 239.

(c) Idem Ibid. *A morte editum est Lexicon Arabicum, cum Thomæ Erpenii notis; typis Raphel.* 1613. 4.

(d) Bullart. Academ.] „ Sur son visage les traits de la candeur & innocence „ de son ame.

(e) Lege quid de illo Arias Montanus in Biblior. Polyglott. Antverpiens. Prolegomenis scripserit. Illi Joannes Drusius suum de literis משה וכלב Tractatum inscripsit. Josephus Scaliger [in libro primo epistolarum] in epistolâ XLIV. ad Isacium Casaubonum *Lugduni Batavorum, feriâ V. XV. Cal. Sept. M. D. XCVII.* datâ; *His*, ait, *diebus optimum doctissimúmque virum Fr. Raphelengium amisimus. Magnam Orientales Linguæ, quarum ille non mediocrem usum habebat, jacturam in illo fecerunt.*

riam Montanum, Boderianos fratres, Josephum Scaligerum, Joannem Drusium, Franciscum Junium, Franciscum Gommarum, & alios; sed intrinsecè, Abrahamum Ortelium, Cornelium Kilianum, Carolum Clusium, Justum Balbianum, Justum (a) Lipsium, & Lucam Trelcatium seniorem.

Libros ex officinâ Plantinianâ apud FRANCISCUM RAPHELENGIUM Lugduni Batavorum ante annum M. D. LXXXVIII. editos (b) nullos novi. Qui autem ultra annum M. D XCVII. (quo obiit FRANCISCUS RAPHELENGIUS pater) *Lugduni Batavorum, ex Officinâ (c) Plantinianâ*, aut *ex Officinâ (d) Plantinianâ Ra-*

(a) Lipsii epistola [in centuriâ priore] trigesima quinta ad Franciscum Raphelengium scripta est, in quâ hæc lego de Fr. Raphelengii filiis; —— *Filius tuus in studiis perseverat, & effecimus, nequid Typographia avocaret illum aut impediret. Cursum certè hunc studiorum interpellari aut sisti non erat è re ejus. De filio altero tibi agnato gratulor: etiam filius tuus, ut videbis è carmine genethliaco, quod credo illum jam misisse.* —— *Vale & me ama. Delphis. Huc enim sorores tuas abeuntes deduximus III. Id. Sept. M. D. LXXXIII.* Scaligeran. Posterior. pag 201. *Raphelengius croit, que de tous les livres, que Lipse à escrits, le seul* de constantiâ *aura la vogue fort long temps: de aliis silebitur, ut hodie de multis aliorum scriptis.*

(b) *Constantin. Porphyrogennet. de Thematib. Gr. cum Latinâ versione & notis Bonavent. Vulcanii: Lugduni Batavorum, ex Officinâ Plantinianâ, apud Franciscum Raphelengium. M. D. LXXXVIII.* 8. *Drusii de litteris* משה וכלב *Libri duo ad Fr. Raphelengium: Lugduni Batavorum, ex Officinâ Plantinianâ, apud Fr. Raphelengium. M. D. LXXXIX.* 8. *Hanc* (ait Drusius) *meam qualemcunque opellam ad te potissimùm mittere visum, Raphelengi virorum optime, quòd considerem propter communia studia gratam eam tibi acceptámque fore.* Et ad calcem: *Atque hæc sunt, quæ colligere hôc tempore licuit. Tu, qui in Ebræorum commentariis assiduus es, multo plura forsitan inveneris* &c. Meoûm nuper clarissimus Thomas Goodman, M. D. vir librorum apprime gnarus & ad literariam rem promovendam promptissimus ex cultissimâ suâ bibliothecâ perhumanè communicavit volumen in 4. quo continentur Græcè Homericæ Iliados libri sequentes;

Ῥαψῳδίαι	A.	M.	D.	LXXXI.	
	B.	M.	D.	LXXXVIII.	Antverpiæ, ex Officinâ Christophori Plantini.
	Γ.	M.	D.	LXXXII.	
	Δ.	M.	D.	LXXXII.	
	E.	M.	D.	LXXXV.	
	Z.	M.	D.	LXXXVIII.	Lugduni Batavorum, ex Officinâ Plantinianâ, apud Franciscum Raphelengium.
	H.	M.	D.	LXXXVIII.	
	Θ.	M.	D.	LXXXVIII.	
	I.	M.	D.	LXXXVIII.	
	K.	M.	D.	LXXXIX.	
	Λ.	M.	D.	LXXXIX.	

Majori & pulcherrimo charactere excusi sunt hi libri; singulísque (excepto primo) numerus versuum ad interiorem marginem apponitur.

Horat. cum comment. Veter. & Cruq. Lugd. Bat. ex Officinâ Plantinianâ, apud Franc. Raphelengium. M. D. IIC. 4.

(c) *Phædr. Fabul. cum not. Conr. Rittershus. Lugduni Batavorum, ex Officinâ Plantinianâ. M. D. IIC.* 8.

(d) *Phædr. Fabul. cum animadvers. Joan. Meursii: ex Officinâ Plantinianâ Raphelengii. M. DC. X.* 8. *Petron. Satyric. ex Officinâ Plantinianâ Raphelengii. M. DC. XIV.* 12.

Raphelengii, aut (a) *Leydæ*, *Typis Raphelengianis*, editi occurrunt, ad illius hæredes seu filios, (b) FRANCISCUM aut (c) CHRISTOPHORUM, referendi sunt.

Ha-

(a) *Caspari Waseri Grammatica Syra: Leidæ, typis Raphelengianis.* 1619. 4. *Hoseas Ebraïcè & Chaldaïcè, cum duplici versione Latinâ, & comment Ebraic. Lugduni Batavorum, Typis Raphelengianis. Prostant apud Johannem Maire. M. DC. XXI. in* 4.

(b) In duabus Lipsianarum Epistolarum centuriis plurimas Lipsii ad Franciscum Raphelengium Francisci F. missas invenio: viz. in centuriâ priore, septuagesimam septimam datam, *XVI. Cal. Januar. M. D: LXXXIV.* [cùm Fr. Raphelengius Lutetiæ degeret; ——— *Passeratio sedulam operam da* &c. *Ævum tuum vides? propera: non aliud magìs idoneum disciplinæ. Avum tuum vides? item propera: infirmus enim ille tibicen, qui te sustentat. Morbi & languores quotidiani illum urgent; facturi aliquandò quod minantur.* &c.] Octogesimam secundam datam *Prid. Cal. Dec. M. D. LXXXIV.* [quæ etiam Lutetiam missa est. ——— *Ego audiendi tibi Genebrardi auctor sum in Hebrais, in Græcis Heliæ aut Gullonii, nam magnus ille Auratus lectionem, ut audio, jam desiit.* ——— *Avus tuus & avia valent: tibi volunt* &c. *Cave verba tua præcipites, ne sint cum Homero ἔπεα πτερόεντα. Vitium tuum nôsti: quod nunc aut nunquam corrige; & effer sermones tuos clarè, articulatè, distinctè* &c.] In centuriâ posteriore, septimam datam *XVI. Cal. Dec. M D. LXXXVI.* [quæ Antverpiam missa est, cùm eò Raphelengius Lutetiâ reversus esset. ——— *Tu Deo, tu avo, tu mihi, curæ & cordi es* &c] trigesimam octavam, *proprid. Kal. Dec. M. D. LXXXVIII. Antverpiam* missam; quinquagesimam sextam, *eodem anno VI. Cal. Maias* datam [*Manutium & Stephanum quoties tibi ingessi? Tu supra eos esse potes magnâ conciliatrice avi tui famâ, quam illi non habuerunt* &c. *Erige te & aptum præbe iis, ad quæ avus, pater, ego te destinamus* &c] Sexagesimam octavam, *eodem* quoque *anno IIII. Kal. Nov.* datam [*In nummo Orteliano (frater tuus me consuluit) nihil video* &c.] Septuagesimam quintam (cui annus non subscribitur) *VI. Id. Nov.* datam [*Senecam tuum accepi* &c. *Quid tam proprium huic studio, quod avum tuum immortalem reddidit, quàm critice.* ——— *Avus te amat, ut ex se natum, non ut nepotem* &c. Septuagesimam octavam, *Postrid. Id. Jul. M. D. LXXXIX.* datam [*Amisisti tu avum optimum, alii patrem, ego amicum, sanctum nomen & rarum hodie in terris* &c. *Scripsissem ad Moretum & hæredes, sed ego minimè aptus sum ad solandum* &c.] Nonagesimam primam, *XIII. Cal. Sextil. M. D. LXXXIX.* datam [——— *Ratio suadet differri iter in proximam æstatem, ob caus[as] multas. E famâ tuâ erit, è re tuâ, ex [tu]â familiâ Plantinianæ. Tam citò solvi & abrumpi illum cœtum sublato capite, sit indignum.* ——— *Ire te in Italiam ad multa utile est, ut absis ab his turbis, ut videas & discas* &c. Hæc *omnia vera sunt, & suadeo: sed hoc quoque verum, magìs decorè te iturum post aliquot menses, magìs tutò sub æstatem, & magìs providè omnia ac dispositè acturum.* &c.] Hæc è Lipsianis passim epistolis visum est excerpere; quæ cùm ad res familiæ Plantinianæ illustrandas admodum conducant, à lectore desiderari minimè æquum fuerat. Valer. Andr. Biblioth. Belg. pag. 239. *Franciscus Raphelengius Francisci Fil. scripsit, Notas & castigationes in Senecæ Tragœdias; Typis Plantin.* 8. *& Lugd. Batav.* 8. 1620. *Elogia carmine elegiaco in imagines quinquaginta doctorum virorum. Antverp.* 1587. fol.

(c) *Ex Officinâ Plantinianâ, apud Christophorum Raphelengium, Academiæ Lugduno Bat. Typographum, Martiani Capellæ Satyricon cum notis Hug. Grotii, M. D. IC.* in 8. & *Aristophanis Comœdiæ undecim Græcè, M. DC.* in 12. prodierunt. His sic præfatur Typographus: *Prodierant ex Officinâ nostrâ Aristophanis aliquot comœdiæ, videlicet πλοῦτος, νεφέλαι, βάτραχοι, ἱππεῖς, quas Fr. Raphelengius pater meus piæ memoriæ ante annos aliquot minutiori hâc formâ singulatim excuderat.* ——— *En omnes comœdias conjunctim & uno (quod aiunt) fasce, pari typorum elegantiâ & formâ concinnitate jàm evulgamus.* Apud Eund. *Christophorum, ex Officinâ Plantinianâ*, in 4. *M. DC.* prodiit *Manilii Astronomicon cum Jos. Scaligeri notis; expensis Joannis Commelini*: qui forsan fuit Hieronymi antea memorati filius.

Habuit (*a*) *Plantinus* tertium *generum Joannem Moretum*, *virum haud vulgaris literaturæ*, *& officinæ dotalis in urbe Antverpiensi ex asse hæredem & successorem; quem*, *præter librorum ingentem numerum nitidissimis typis descriptorum*, *amicitia & familiaritas incomparabilis herois & verè in Romanæ antiquitatis scientiâ publicóque cultu ac illustratione phœnicis Justi Lipsii plurimùm nobilitavit*, *cujus etiam scripta inter præcipua*, *quæ ex illâ officinâ prodierunt*, *numerari jure optimo merentur*. Hic JOANNES MORETUS cum viduâ Plantini soceri officinam (*b*) curavit; eandémque anno (*c*) 1610. defunctus suæ viduæ & filiis suis, BALTHASARI & JOANNI (*d*) curandam legavit. BALTHASAR MORETUS Antverpiæ (*e*) ann.

(*a*) Mallinkrot. de Typograph. pag. 97.

(*b*) *Verep. Rudiment. Latin. ex officinâ Plantinianâ*, *apud Viduam & Joannem Moretum. Antverpiæ. M. D. XCII.* in 8 & ad calcem Indicum in Senec. Trag. cum comment. Delr. in 4. *apud eandem & eundem*, *M. D. XCV.* cum privilegio Philippi II. Hispan. regis, *XVI. Maii*, *M. D. XCI.* dato, *nequis citra voluntatem Joannis Moreti*, *Typographi Antverpiensis*, *veterum*, *novorum*, *aliorúmque probatorum auctorum opera*, *olim à Christophoro Plantino ejusdem Moreti socero excusa*, *aucta vel emendata*, *sive deinceps augenda vel emendanda*, *imprimat* &c. Et *Just. Lips. Poliorcetic.* in 4. *Antverp. M. D. XCVI. ex Officinâ Plantinianâ*, *apud Viduam & Joannem Moretum.* Ubi in fine ea est Lipsii permissio: *Tibi*, *Joannes Morete*, *pro amicitiâ*, *quæ mihi cum Plantino* (*heu quondam meo*) *& Plantinianis est ac fuit*, *permitto*, *ut hos libros typis tuis excudas* &c. Et *apud Joannem Moretum* solum, *Lips. de Militiâ Roman. M. D XCVIII.* in 4. ac *ejusdem Physiolog Stoic. M. DC. IV.* in 4 ac *Christophori Uladeracci Ducis Silvii Polyonyma Ciceroniana. M. DC. X.* in 8.

(*c*) Baillet. Jug. Sav. Tom. 1. pag. 391.

(*d*) *Adagia Græcorum*, *Græcè & Latinè*, *cum schol. Andr. Schotti*: *Antverpiæ*, *ex Officinâ Plantinianâ*, *apud Viduam & filios Joannis Moreti M. DC. XII.* 4. Privilegium ab Alberto & Isabellâ Archiducibus Austriæ *XV. Jan. M. DC. XI.* datum est, *ne quis Adagia hæc*, *præter Martinæ Plantinæ Viduæ*, *& Balthasaris & Joannis filiorum Joannis Moreti p. m. voluntatem intrà sexennium excudat.* Iisdem postea, scilicet Martinæ viduæ & Balthasari Joannique filiis, concessum est anno M. DC. XV. privilegium Bernardi Bauhusii & Caroli Malapertii poemata imprimendi, quæ *apud hos filios & illam viduam* prodierunt *anno M. DC. XVI.* in 12. Anno 1613. (Lege Zeltner. pag. 441.) *Isabella Hispaniæ infans Mariam Mediceam Galliæ reginam secum Antverpiam abduxit*, *ut Typographeum Plantinianum inspiceret.* Anno *M. DC. XVII.* edidit in 8. *Carolus Scribanus* librum *de primâ scribendi origine*, *apud Balthasarem & Ioannem Moretos*; sed nulla fit ibi mentio Martinæ viduæ, quæ forsan obierat. Anno proximo (nempe 1618.) mortuus est Joannes Moretus Joannis filius; uti ex notâ proximè sequente, Bullarto teste, probabitur. Anno *M. DC. XV. apud Viduam & Filios Io. Moreti*, emissus est in 8. *Index Librorum*, *qui ex Officinâ Plantinianâ prodierunt usque ad ineuntem illius anni autumnum*; ——— *ut siquando Typographi alicujus incuria eos ipsos depravaverit*, *ad Plantinianæ editionis exempla*, *velut optimæ notæ archetypa*, *lector emendet*. ——— *Tituli librorum dantur pleniores*; *singulæque scientiarum classes aliquanto intervallo disjunguntur*, *ut quolibet deinceps anno prodituri adscribi queat.*

(*e*) Bullart. Academ. Tom. 2. pag 263.] „ Balthazar Moret. ——— Jean Moret „ son pere & Martine Plantin sa mere le „ commirent à Louvain aux soins de „ Juste Lipse leur amy. ——— Il a „ gouverné l'imprimerie de Christophle „ Plantin son grand pere avec son frere „ Jean Moret jusqu'à l'an mil six cens „ dix-

ann. 1574. 23. Jul. natus obiit cœlebs 8 Jul. 1641. & hæredem scripsit BALTHAZAREM sui fratris filium, quem anno (a) 1651. arti à suis majoribus excultæ incumbentem reperio.

Sic

„ dixhuit, auquel il en demeura le (a) „ seul maistre, par la mort de Jean. „ ——— Il l'embellit apres d'un batiment, qu'il ajouta à celuy de Plantin. „ ——— Ayant vécu dans le celibat, „ il le laissa par son testament à Balthasar Moret fils de son frere Jean. Il étoit né à Anvers le 33. de Juillet de „ l'an 1574. Il mourut le 8. de Juillet „ de l'an 1641. & fut enterré aupres de „ Plantin.

D. O. M. Sacr.

Et perenni memoria Balthasaris Moreti Typographi Regii, qui pietate in Deum, liberalitate in egenos, benevolentiâ in omnes, dùm vixit, claruit. Doctrinam, quam ex incomparabilis viri Justi Lipsii contubernio adolescens hauserat, non privato sui unius otio, sed publico rei literariæ bono devovit. Officinam Typographicam ab avo Plantino feliciter institutam, à patre Joanne Moreto gnaviter propagatam, sibique traditam, labore, constantiâ, industriâ rexit, auxit, ornavit. Vixit cœlebs annos LXVII. Devixit VIII. Idus Julii. M. DC. XLI. Balthazar Moretus I. F. hæres, Patruo de se optimè merito P. C.

R. I. P.

Valer. Andr. Biblioth. Belg. pag. 103. *Balthasar Moretus, Joan. Fil. Christophori Plantini nepos, Antuerpianus, vir ingenii, judicii & eruditionis præstantis, nec vena infelicis poëta, versus multos lusit sparsim editos; famámque posthumam memoriæ I. Lipsii, Belgarum ocelli, gratus discipulus consecravit. Præterea Abrahami Ortelii parergon Theatri orbis, sive Vet. Geograph. tabb. commentariis Geographicis & Historicis illustravit. 1624. fol. Obiit anno M. DC. XLI. VIII. Idus Julii, juxta patris avique cineres ad D. Virginem depositus.*

Et Mallinckrot. de Typograph. pag. 97. *Moreti filius Balthazar vir eruditione & pietate commendandus, avitæ & paternæ laudis pius æmulator antiquam Plantinianæ Officinæ dignitatem præclare (b) etiamnum sustinet, numerosa quotidie præla quadraginta & octo ad minimum operarum ministerio exercens, nisi fortè bellicorum tumultuum passim furens, & papyrias officinas, ut pleraque alia, destruens Erinnys ad tempus numerum hunc contraxerit. Præter elegantiam autem & varietatem lectissimorum typorum, quibus omnibus universi orbis chalcographeis hoc Moreto-Plantinianum antistat, hæc insuper singularis ejusdem officinæ gloria est, quòd pietati ferè se totam addixisse videatur, quando non ullis jam indè ab antiquo operibus libentiùs insudat, quàm his quæ divino cultui & cœlitum honori deserviunt: cujus generis voluminibus Catholicas Europæ provincias atque adeò ipsas Italiam Hispaniásque dudum replevit.* Louis Jacob. Trait. des Bibliotheq. pag. 353.] „ Christophle Plantin nâtif de „ Tours (c) vivra eternellement dans la „ memoire des gens de lettres, pour avoir perfectionné en son temps l'art de „ l'imprimerie, & pour avoir dressé une „ bibliotheque, qui est conservée par „ Balthasar Moret son neveu (d). *Visitur & ibidem* (dit Antoine Sander dans „ sa dissertation de la bibliotheque de „ Gand) *Plantiniana bibliotheca apud Balthasarem Moretum Christophori Plantini* „ *ex filiâ nepotem.*

(a) *Breviarium Romanum: Antverpiæ, ex Officinâ Plantinianâ Balthasaris Moreti. M. DC. LI.* in 4. Ad calcem habetur Approbatio Gaspar. Nemii episcopi Antverpiensis, qui dat *licentiam* illud Breviarium *imprimendi Balthasari Moreto Joannis*

(a) Socium aliquando Joannem Meursium, unà cum viduâ sui fratris Joannis Moreti, sibi adjunxit. *Balduini Cabillavi epigrammata: Antverpiæ, ex Officinâ Plantinianâ, apud Balthasarem Moretum, & Viduam Joannis Moreti, & Jo. Meursium. M. DC. XX.* in 12. Postea sub suo solius nomine, *ex Officinâ Plantinianâ Balthasaris Moreti, Adagialia sacra Nov. Test. exposita ab Andr. Schotto, M. DC. XXIX.* in 4. Et *Caroli Neapolis Anaptyxis ad fastos Ovidii, M. DC. XXXIX.* in fol.

(b) Hæc scribebat Mallinckrotius anno 1639. quo ipsius de Typographicâ arte liber prodiit.

(c) Antea observatum est Plantinum, non in urbe Turonum, sed prope in oppidulo dicto Monte-Ludovici, natum fuisse.

(d) Ou plutôt, *son petit-fils.* Nomen Latinum *Nepos* est æquivocum, & utrumque significat.

Sic ab uno sæculo in aliud, ab anno 1555. ad annum 1651. me sensim deduxit familia Plantiniana: cujus memoriam intercidere nondum patitur unus ex MORETI posteris, etiam nunc (ut audio) Officiorum Ecclesiasticorum impressione, Antverpiæ clarissimus. Sed mihi iter est jam retrorsum relegendum; & continuanda ab anno 1549. ad annum 1557. Typographorum quorundam nomenclatio: coronisque his Annalibus imponenda. Libris imprimendis operam dederunt;

Anno 1549. *Venetiis*; CORNELIUS (*a*) ADELKIND LEVITA:
Francofurti; CYRIACUS JACOBUS:
1550. *Norimbergæ*; VALENTINUS NEUBERUS:
Ingolstadii; WEISSENHOVII:
Hafniæ; LUDOVICUS DIEST:
Friburgi Brisgoic. STEPHANUS GRAVIUS:
Constantinopoli; *Exiguus* SAMUEL HHAIM GERMANUS:
Londini; ANDREAS HESTER; THOMAS (*b*) RAYNOLD:
1551. *Antverpiæ*; JOANNES (*c*) VERWITHAGEN:
Londini; THOMAS (*d*) GAULTIER; NICOLAUS HYL *pro* ABRAHAMO (*e*) VELE:
1552. *Venetiis*; VINCENTIUS (*f*) VALGRISIUS & JOANNES GRYPHIUS; ANDREAS & JACOBUS SPINELLI:

Gene-

nis junioris filio, Typographo Antverpiensi; cujus proavo Christophoro Plantino Pius V. avo Joanni Moreto Clemens VIII. patruo Balthasari & patri Joanni Moretis Paulus V. & Urbanus VIII. impressionem Missalium, Breviariorum, Diurnalium, speciali privilegio concesserunt: cui ipsi idem Urbanus VIII. eandem licentiam & facultatem dedit. Longiorem hanc, quàm præstitutus his Annalibus terminus postulabat, digressionem imperavit Plantinianæ Typographiæ celebritas: cujus notitiam, modò inchoatam, & mox suspendi abrumpíque non æquè, ut opinor, tulisset lectoris cognitioni rerum Typographicarum intenti impatientia.

(*a*) Idem anno 1551. imprimebat in ædibus Antonii Justiniani.

(*b*) *In Paules church yearde at the sign of the starre.*

(*c*) Typographus juratus & à Cæsareâ majestate admissus. Hujus insigne erat cæcus claudum portans, cum hâc gnomâ, *Mutua defensio tutissima.* Is vocatur etiam *Joannes Withagius*, cujus typis prodiit in ædibus Joannis Steelsii (de quo vide Annal. Typograph. Tom. 2. pag. 583.) Antverpiæ, 1559. in 12. Psalterium à M. Ant. Mureto & Franc. Spinulâ Latinis versibus expressum.

(*d*) Is anno 1551. typis Italicis minutis, sed nitidissimis, excudit in 12. Novum Testamentum Gallicè, ex Joannis Calvini recognitione: cui præfixit iconem Mosis legis tabulas à Deo accipientis, cum his verbis, *LEGEM PONE MIHI DNE. PSAL: CXIX.*

(*e*) Prodiit hujus typis Th. Mori Utopia Anglicè, *M. D. LVI. Imprinted at London in Paules church yarde, at the sygne of the Lamb, by Abraham Veale.*

(*f*) Prodierunt *Venetiis scholia in Æschylum Græca ex Officinâ Erasmianâ Vincentii Valgrisii. M. D. LII. in* 8. Ibidem anno 1561. *in fol. Joan. Baptistæ Pignæ Poeticam Horatianam Vincentius Valgrisius* excudit.

Genevæ; PHILIBERTUS (*a*) HAMELIN:
1553. *Venetiis*; GUALTERUS SCOTTUS:
Ferrariæ; YOM TOB ARIAS:
Coloniæ; VANDER MEULEN:
Tubingæ; GEORGIUS GRUPPENBACH:
Genevæ; ADAMUS & JOANNES RIVERIZ; (*b*) SIMON *du* BOSC & GUILIELMUS GUEROULT:
1554. *Florentiæ*; HÆREDES (*c*) *Bernardi Juntæ*:
Genevæ; FRANCISCUS (*d*) PERRIN:
Emdæ (*e*); - - - - :
1555. *Lipsiæ*; GEORGIUS HANTSCHIUS:
Viennæ; MICHAEL CYMBERMANNUS:
Salmanticæ; ANDREAS à PORTONARIIS:
Coloniæ; HÆREDES (*f*) *Arnoldi Birckmanni*:

Ba-

cudit. Hujus insigne fuit (idem, quod Neobarii ac Bogardi, de quibus antea ann. 1538. & 1541.) serpens circa patibulum intortus, cum hôc vocabulo, *VINCENT*. Ibidem *anno* 1552. *in* 4. *Ludovici Nogarolæ comitis dialogum de Nilo excudebat Joan. Gryphius ad instantiam Vincentii Valgrysii*. Ibidem *anno* 1554. *in fol. Alexandri Aphrod. in Topic. Aristotel. expositionem Latinè excudebat Joannes Gryphius*: cujus idem erat insigne, quod Sebastiani ac Francisci Gryphiorum (de quibus Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 563.) quibus, ut puto, aliquâ consanguinitate propinquus fuit. De Vincentio Valgrisio lege priùs, ubi mentio facta est libri II. Pandect. Gesner. eidem dedicati.

(*a*) *Sommaires de la Bible, à Geneve, par Philbert Hamelin*. 1552. in 12. Signum hujus Typographicum erat arbor cum ramis aliis insitis, aliis defractis; & hâc sententiâ, *Regarde la benignité & la severité de Dieu. Rom. XI.*

(*b*) Hi duo junctim imprimebant etiam anno 1554.

(*c*) Hi fuerunt Philippus & Jacobus Junta, qui anno 1575. Erasmi Adagia in fol. impresserunt.

(*d*) Hic Gallicos Joannis Calvini in librum Josuæ Commentarios anno 1565. in fol. excudit: quibus præfixit insigne portarum duarum, alterius angustæ & vepretis obsitæ sed coronatæ, alterius latæ & floribus sparsæ sed flammis ardentibus opertæ; cum his sententiis; *Entrez par la porte estroite, car c'est la porte large & le chemin spacieux, qui mene à perdition. Mat. 7. Je suis la porte, si aucun entre par moy, il sera sauvé. Jean.* 10. Idem omnino insigne Antonius Rebul Typographus Genevensis Bibliis Gallicis apud se ann. 1562. editis affixit. Id tamen semel monendum lectorem puto, quòd figuræ hujusmodi symbolicæ, quibus ornari solebant librorum tituli, mihi videantur fuisse non semper usurpatæ, tanquam propria Typographei, ex quo libri prodibant, aut officinæ, in quâ prostabant venales, insignia; sed sæpe affixa, tanquam decoramenta pro re natâ aut argumento libri, cui apponebantur, adinventa: Sic Conradus Badius, cujus proprium insigne fuit prelum Ascensianum, suæ Novi Testamenti è Græco sermone in Gallicum versi ann. M. D. LXI. in fol. editioni præfixit Temporis Veritatem de profundo extrahentis imaginem, cum disticho hôc rhythmo, *Des creux manoirs & pleins d'obscurité. Dieu par le temps retire verité.*

(*e*) Cum nullo Typographi nomine; sed ibi anno 1556. STEPHANUS MIERMAN & JOANNES GAILLARD memorantur.

(*f*) Ex eorum officinâ ann. 1555. in 8. prodierunt *B. Vigilii opera*: quibus insigne præfigitur arbor cum gallinâ & hôc nomine *ARNOLD BIRCKMAN*. De

Fran-

Basileæ; NICOLAUS (*a*) EPISCOPIUS *Junior*:
Bononiæ; ANSELMUS (*b*) GIACCARELLUS:
1556. *Argentorati*; HÆREDES (*c*) *Wendelini Ribelii*:
Tiguri; (*d*) ANDREAS GESNERUS F. & JACOBUS GESNERUS *Fratres*:
Gandavi; CORNELIUS MANILIUS:
1557. *Venetiis*; PETRUS DANIEL:
Romæ; VINCENTIUS (*e*) LUCHINUS.

Ad

Francisco Brickman & utroque Arnoldo, ac Arnoldi Brickman viduâ lege Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 582.

(*a*) Hujus insigne est pedum episcopale, cui grus insidet vigilantiæ symbolum Hic Nicolaus Nicolai Episcopii (de quo Annal. Typogr. Tom. 2. pag. 358.) fuit filius; ideoque se *juniorem* vocat, ut distinguatur à patre, qui eodem, quo filius, tempore libros imprimebat: uti ann. 1561. *Georg. Agricol. de re Metallic.* in fol. *per Hieron. Frobenium & Nicol. Episcopium.* & *Angel. Sangrini Paraphr. metric. in Psalm. & alia pia poemata.* in 4 *per Nicol. Episcopium juniorem.* Nicol. Episcopii junioris Epitaphium hoc est (Vid. Basil. Monument. Antigraph. per Sim. Grun. p. 36.)

TRINITATI S.
NICOLAO EPISCOPIO
NICOLAI F.
Typographo Basil.
Uti nominis, ita & artis,
Industria, fidei, erud.
Paterna hæredi:
In medio at. cursu magno
Cum reip. lit. incom.
Bonorum omnium cum luctu
Humanis exempto
Marito incomparabili
Elizabetha Bavara uxor
infeliciss.
animæ suæ dimidio
Extremum hocce conjug. fid.
& observantiæ munus
contra votum
persolvit.
Migravit V. vita septenario;
Anno sal. MDLXVI.
IIII. Kl. Jan.
H. M. H. S.

Caille. p. 37.] „ Ce Nicolas l'Evesque „ eut un frere nommé Eusebe, avec le„ quel il imprima *Cisneri oratio de Friderico II. imperatore.* en 1555. & plusieurs „ autres livres. Son epitaphe est rapportée par Tonjola dans son livre *de Basileâ sepultâ.* Anno 1570. prodierunt, in 8. *Gnomologia Demosthenica, ex officinâ Hervagianâ, per Eusebium Episcopium*: & in fol. *D. Hilarii opera, per Eusebium Episcopium, & Nicolai fratris hæredes.*

(*b*) Ex hujus officina prodiit *Corradi Quæstura*; cui præfigitur Hercules Hydram clavâ feriens, cum hôc disticho:

Quid timeam rabidis turgentem dentibus Hydram,
Si pro me Alcides protinus arma capit?

(*c*) Ediderunt anno 1556. in 8. Aristotel. Ethic. ad Nicom. Græcè. Usi eodem insigni, quo anteà Wendelinus Rihelius. Hic anno 1550. adhuc imprimebat.

(*d*) Conradus Gesnerus Gesnerorum fratrum (Vide Bibliothec. Tigurin. pag. 110.) suorum patruelium mentionem facit, & unius eorum (Ibid. pag. 108.) Andreæ Gesneri patruelis sui, in cujus (cùm novus esset typographus) gratiam librum de remediis secretis ediderat. Huic Andreæ fuit filius eodem etiam nomine Andreas, qui cum Jacobo fratre excudit ann. 1556. in 4. *Martini Ruelandi librum de Linguâ Græcâ & ejus dialectis.* Jacobus autem solus excudit ann. 1561. in 8. *Cassii jatrosophistæ naturales Quæstiones Græcè & Latinè, cum Antonii Schnebergeri Tigurini Medici Catalogo Medicamentorum contra pestem.*

(*e*) Apud hunc Vincentium Luchinum & Antonium Bladum impressorem Cameralem ann. 1557. in 8. prodiit *Terent. Varr. de Ling. Lat.* Antonius Bladus Asulanus ante ediderat *Euclid. Elem. Græc.* 1545. 8. & *Homer. cum Schol. Eustath.* 1559. fol.

Ad rectam Typographici muneris administrationem quantum momenti afferat correctionis officium, sæpe priùs observavi. Plurimos itaque comperimus in hôc obeundo se exercuisse, antequam ad illud capessendum accederent: quasi illius tyrocinium non commodiùs quàm in hujus exercitatione poni posse arbitrarentur. Typographia, si absit emendandi cura, quid aliud est, nisi iners quædam massa, corpus informe, cæcum & animæ expers? Hæc, quasi mens per totos artus infusa molis agitatrix, illi lucem vitámque largitur: quæque absque hâc in plebeium aliquod opificii genus, sordidum & illiberale, degenerâsset; hâc modò duce & comite, artis liberalis & ingenuæ dignitatem adipiscitur. Hanc ergo corrigendi provinciam nemo olim putavit unquam sibi erubescendam, doctrinâ quantumvìs locóve conspicuus. Officii in republicâ literariâ ἐπανορθωτικῦ, non minor habebatur, quàm in civili censorii, honos & authoritas: quíque Correctorum Catalogum contexere aggreditur, idem certè agit, ac si virorum suis temporibus eruditione & gradu primariorum nomenclaturam instituat. Clarissimus igitur ZELTNERUS, mihi non semel laudatus, maximam, ab eruditis omnibus inivit gratiam, qui hoc primus accuratissimè & plenissimè (nam & alii, utì *Mallinckrotius* pag. 96. *Chevillier*. Part. 2 Chap. 7. *Struvius* in Introd. in rei Liter. notit. pag. 575. nonnihil passim, at id pleríque breviter, de correctoribus Typographicis insperserunt) deditâ operâ tractavit argumentum; ex cujus libro multa me passim in meos Annales transcripsisse lubens agnosco, multa mox transcripturum.

CORRECTORES IN OFFICINIS TYPOGRAPHICIS.

Adrianus (*a*) ALBINUS; . in officinâ RHAVIANA.
Gothofredus (*b*) JUNGERMANNUS; } WECHELIANA:
Fredericus (*c*) SYLBURGIUS; }
Johannes Guicæus (*d*) STRATANDER; FROBENIANA:

Hiero-

(*a*) Zeltner. pag. 57. *Adrianus Albinus natus Laubani oppido Lusatiæ superioris, ann.* 1513. 12. *Cal. Nov. in Officinâ Typographicâ Rhavianâ & aliorum, librorum imprimendorum correctionem sibi creditam habuit. E vivis excessit ann.* 1590. *ætatis* 77.

(*b*) Zeltner. pag. 288. *Gothofredus Jungermannus Gasparo Jungermanno & Ursulâ Joachimi Camerarii filiâ genitus, apud Wechelios Typographorum celebratissimos, & in Typographeo Marniano, operam ἐπανορθωτικὴν dedit.* Quod ex binis ipsius epistolis à Zeltnero allatis comperio. *Fatis concessit* 16. *Aug.* 1610.

(*c*) Zeltner. pag. 524. & Melch. Adam. Vit. Philos. pag. 416. & Thuan. in Histor. lib. 117. *Fredericus Sylburgius natus Wetteræ Hassorum ann.* 1536. *non solùm Henricum Stephanum strenuè juvit, verùm etiam maximam vitæ & laborum immensorum partem apud celeberrimos Typographos Wechelios & Commelinum corrigendo confecit, istis quidem Hanoviæ constanter, huic aliquandiu etiam Heidelbergæ inserviens. Ereptus est è vivis Heidelbergæ anno ætatis LX. Die Febr.* 16. *M. D. XCVI.*

(*d*) Zeltner. pag. 569. *Johannes Guicæus Stratander, cujus natales nobis non innotue-*

Hieronymus (*a*) RUSCELLUS; MANUTIANA:

Justus (*b*) VULTEJUS; OPORINIANA:

Victor (*c*) GISELINUS, Johannes (*d*) GHEESDALIUS, Franciscus (*e*) HARDUINUS, Cornelius (*f*) KILIANUS, } PLANTINIANA:

Theo-

notuere, omnium maximè ab Hieronymo Frobenio diligebatur, à quo etiam, ut emendationi sphalmatum Typographicorum in officinâ suâ incumberet, rogatus, huic muneri & Frobenii expectationi satisfecit. Hinc à Guilhelmo Crataolo, in Indice Galeni operibus apud Froben. & Nic. Episcop. 1562. fol. adjecto, vocatur Frobenianus corrector, juvenis eruditissimus & medicinæ studiosus.

(*a*) Zeltner. pag. 479. *Hieronymus Ruscellus Viterbiensis, cùm Index virorum illustrium Italicè ann. 1573. apud Aldum Manutium expressus sit, in ejus officinâ videtur correctorem egisse. Decessit Venetiis ann. 1568. & habuit in templo S. Lucæ sepulchrale monumentum.*

(*b*) Zeltner. pag. 538. & Melch. Adam. Vit. Phil. pag. 266. *Justus Vulteius Wettera anno 1500. natus, Basileæ in Miconii ædibus hospitatus suam operam, vertendis nonnullis Græcis scriptoribus, Æliano, Heraclide & Polyæno, annum tum agens decimum octavum, locavit Joanni Oporino; cujus causâ correctorum eruditorum numero adscribi potest. Lethali vulnere in capite accepto, cùm per clathratam fenestram præceps decidisset, anno 1575. obiit, ætatis septuagesimo quinto.* At verò Zeltnerus natales Vulteji ad annum 1529. refert, obitum ad 1575. Ideóque juxta hunc calculum vixit tantùm 46. annos.

(*c*) Hos quinque viros doctos apud Plantinum fuisse correctores affirmant Mallinckrotius de Typogr. pag. 96. Bailletus Tom. 1. pag. 387. Teisserius in Elog. &c. De Victore Giselino agunt Valerius Andreas in Biblioth. Belg. pag. 843. Thuanus in Histor. ad ann. 1591. Melchior Adamus in Vit. Medic. pag. 239. *Is Giselinus Santforda natus, pago territorii Brugensis, Ostendæ proximo, ann. M. D. XLIII. X. Cal. April. medicus: Criticus & Philosophus, Justo* * *Lipsio perfamiliaris, adjuvit in operis Typographicis Christophorum Plantinum. Obiit anno M. D. XCI. suæ* (ut scribit Thuanus) *ætatis sexagesimo.* Quod si verum est, non erat (quod asserit Valerius Andreas) natus anno 1543. sed 1531. Zeltnerus cum Melchiore Adamo ejus natales anno undequinquagesimo supra millesimum & quingentesimum assignat, & tradit *eum in ætatis adhuc flore constitutum placidè exspiravisse.*

(*d*) De Gheesdalio consule Zeltner. pag. 241. & Valer. Andr. pag. 506. Vocatur *Joannes* ab aliis (Valer. Andr. & Zeltner.) ab aliis (Mallinckrot. pag. 96. & Baillet. ex Aubert. Mir. Elog.) *Antonius. Erat Flander, è vico Berchemio prope Aldenardam oriundus.*

(*e*) De Francisco Harduino lege Zeltner. pag. 250. *Obiit anno* 1609. 21. *Octobris.*

(*f*) Hunc celebrant Mallinckrot. pag. 96. Chevillier. pag. 196. 203. Zeltner. pag. 297. & Valer. Andr. pag. 156. *Cornelius Kilianus, Duffleus, Brabantus, constantis laboris & perennis industriæ laude quinquaginta annis Plantinianæ Typographiæ correctorem egit.* Hujus epigramma (cujus mentionem feci in Annal. Typogr. Tom. 1. pag. 300.) non censui hic omittendum.

Officii

* In Lipsianarum Epistolarum centuriâ priore habemus ad Giselinum epistolas Lipsii quatuor; & in posteriore unam.

Theodorus (a) PULMANNUS; PLANTINIANA:

Æmarus (b) RANCONETUS; Jacobus Ludovicus (c) STREBÆUS; } in officinâ STEPHANORUM:

Adamus (d) LONICERUS; Christiani EGENOLPHI:

Christo-

Officii est nostri mendosa errata librorum
Corrigere, atque suis prava notare locis.
Ast quem scribendi cacoëthes vexat, ineptus
Ardelio vitiis barbarieque rudis,
Plurima conglomerat, distinguit pauca, lituris
Deformat chartas, scriptáque commaculat.
Non annum premit in nonum, non expolit arte;
Sed vulgat properis somnia vana typis.
Quæ postquam Docti Musis & Apolline nullo
Composita exclamant, ringitur ardelio:
Et, quâcunque potest, sese ratione tuetur,
Dum correctorem carpit agitque reum.
Heus! cessa immeritum culpam transferre deinceps
In correctorem, Barde, Typographicum.
Ille, quod est rectum, non depravavit: at audin'?
Post hac lambe tuos, ardelio, catulos.
Errata alterius quisquis correxerit, illum
Plus satis invidiæ, gloria nulla manet.

(a) Valer. Andr. pag. 830. Zeltner. pag. 444. *Theodorus Pulmannus, Cranenburgius, ditionis Clivensis, primùm fullonem Antverpiæ egit, ut de se ingenuè ipse scribit, Præfat. ad Ausonium; post otium nactus, omnes penè poëtas Latinos ad vett. codices comparavit, scholiis illustravit, ac Plantini typis evulgavit; vid.* Virgilium [1561.], *Horatium* [1566.], *Lucanum* [1564.], *Claudianum cum Aviani fabulis* [1585.], *Juvenalem & Persium* [1565.] *Ausonium* [1567.], *Paulinum, Prudentium* [1564.], *Terentium* [1580.], *Boëthium de Consolat.* [1562.], *Suetonium* [1574.] *Eâ accuratione singulas plagulas relegebat, ut vel aliquot horas uni impenderit, id cum tædio non rarò ipsius Plantini. Salmanticæ in Castella regno diem vitæ clausit supremum. Ipsius mortem Andreas Schottus his notavit verbis: Video quædam commissa errata in valetudine Plantini viri optimi, interitu Theodori Pulmanni* &c.

(b) Zeltner. pag. 452. Toll. de infelicit. Litterat. pag. 458. Scævol. Sammarth. in Elog. Thuan. in Histor. & Teissier. Elog. *Æmarus Ranconnetus natus Petrocorii, vel, ut alii, Vesana in agro Pericoriensi, anno 1499. in carcere Bastiliâ dicto exspiravit anno 1559. ætatis sexagesimo.* De Correctoris, quod apud Robertum & Carolum Stephanum exercuit, munere jam dixi in Histor. Stephanor. pag. 168.

(c) Zeltner. pag. 511. & Scævol. Sammarth. in Elog. & Toll. de Infelicit. Litterat. pag. 478. *Jacobus Lodoicus Strebæus, ortus ex humili familiâ Remensis agri & parentibus pauperrimis, anno 1481. Primus Lutetiis puriorem loquendi & scribendi modum induxit & à barbarie maximâ, ibidem dominium obtinente, scholas expurgavit. Cùm ad tuendum eruditionis decus necessaria deessent fortunæ subsidia, apud Stephanos aliósque nobiliores Typographos Parisienses* [forsan Vascosanum, qui excudit in 4. ann. 1538. ejus libr. de collocat. Orator. & ann. 1549. in Aristot. Ethic. & ann. 1550. Aristot. Politic. &c.] *mendis operarum corrigendis inops ac debile senium sublevare coactus est, magnóque hujus seculi probro vir tantus in eâ sortis malignitate vitam finivit.*

(d) Zeltner. pag. 327. Melch. Adam de Vit. Medic. pag. 278. *Adamus Lonicerus Marpurgi Hassorum ann. 1528. die 10. Octob. natus, medicinæ doctor, duxit uxorem Magdelenam filiam honesti & eruditi viri Christiani Egenolphi Hadamarii civis Francofurtensis,*

Christophorus (*a*) WALTHERUS;	Johannis LUFFTII:
Basilius Johannes (*b*) HEROLD;	Nicolai BRYLINGERI, & Henrici PETRI:
Sebastianus (*c*) GULDEBECKUS;	Andreæ GESNERI:
Georgius (*d*) RORARIUS:	
Petrus (*e*) TRECIUS:	
Theodorus (*f*) ZUINGERUS.	

In Correctorum albo adnumerandos esse jam pridem (*g*) dixi eruditos illos etiam Typographos, quotquot corrigendi curam, & antequam Typographicæ arti manum admoverent, habuerunt, & postquam admovissent, non deposuerunt: quales *Robertus Stephanus Henricúsque* filius, *Gulielmus Morelius*, *Federicus Morellus*, *Paulus Manutius Aldúsque* filius, *Franciscus Raphelengius*, & *Simon Millangius*. De hôc posteriore, licèt intrà meorum Annalium terminos non includatur, ut non omnino sileam, facit nominis celebritas.

SIMON MILLANGIUS (*h*) *in juventute multa sustulit acerba & molesta, ut iis fieri solet, qui egestate attriti ex aliorum vel fortunæ liberalitate vi-*

tensis, qui primus Typographiam in remp. Francofordianam invexerat. In soceri officinâ ad tollenda menda, quæ in pagellis impressa occurrebant, continuam diligentiam exercuit. Terminum vitæ adeptus est anno 1586. *die* 19. *Martii.*

(*a*) Zeltner. pag. 542. *Christophorus Walther, vir celebris sed obscuri ortûs, vixit ad finem usque vitæ Wittenbergæ, ubi συνεργὸς Rorarii* (de quo mox) *diu fuit. Siquidem Johanni Lufftio optimo & de primis Ecclesiæ Evang. procusis libris Bibliísque Germanicis excudendis Typographo meritissimo per multos annos menda Typothetarum correxit.*

(*b*) Zeltner. pag. 258. *Basilio Johanni Herold patriam dedit non obscura olim Suevorum urbs Hochstadium anno* 1511. *In officinis Nicolai Brylingeri & Henrici Petri se exercuit; & anno* 1566. *mortuus est.*

(*c*) Vide Joan Parkhursti Epigrammat. Londini, apud Joan Dayum, 1573. in 4. pag 157. *Ad Sebastianum Guldebeckum in Officinâ Typographicâ Andreæ Gesneri correctorem.*

Ludicra si mendis sinè vulgentur mea, nomen
Quod tibi designat, re mihi semper eris.

(*d*) Zeltner. pag 473. *Georgius Rorarius, Lutheri amanuensis, anno* 1492. *Cal. Octob. in electorali Saxoniâ natus; præfationibus Bibliorum Germanicorum se correctorem subscripsit.* [Lege & Long. Bibliothec. Sacr. part. 2. pag. 207. 239] *Obiit annis* 65. *propè expletis*, 24. *April.* 1557.

(*e*) Sabellic. Ennead. 10. lib 6. & ex eo Mallinckrot. pag. 91. Chevillier. pag. 202. Zeltner. pag. 531. *Petrus Trecius gloriari solitus est* 30. *voluminum millia ex formulâ suæ recognitionis librariis officinis impressa.* Erat is juris-consultus, eóque, quo ars Typographica inventa est, sæculo, degebat Venetiis.

(*f*) Melch. Adam. in Vit. Medicor. pag. 301. Thuan. Histor. Teissier. Elog. & Zeltner. pag 573. *Theodorus Zwingerus, anno* 1533. *die* 2. *Aug. patre Leonhardo cive Basileensi & matre Christianâ Joannis Oporini sorore natus, in Galliam migravit, & Lugduni uti & Lutetiæ se labore emendandis libris facto aluit. Obiit Basileæ anno* 1588. *ætatis quinquagesimo quarto.*

(*g*) Annal. Typogr. Tom. 1 pag. 294.

(*h*) Zeltner. pag. 362. & Mallinckrot. pag. 96 ex Gabr. Lurb. Chronic Burdigal. & Joan. Darnalt. Continuat.

vivere coguntur. Ope tamen ingenii sui ad illud culmen eruditionis ascendit; ut ob doctrinam & singularem in studiis elegantioribus notitiam collegii Guinensis sive Aquitanici in Galliâ florentissimi (a) *rector fuerit constitutus. Is cùm multis annis collegii Guiennensis sive Aquitanici* (b) *rectorem magnâ laude egisset, postquam compulsus esset illam Spartam suam patribus Soc. Jesu, quorum collegio unitum deinceps fuit, concedere, suasu suorum Typographico negotio animum applicuit. Primùm quidem aliis saltem ejus rei cultoribus operam consecraverat suam, dum plagulas, quas illi excudebant, ut mundæ puræque fierent, purificare susceperat. Postquàm verò in stabulis istis everrendis & purgandis diu, ut Hercules, sudaverat, anno* (c) *1572. officinam, quæ inter Galliæ deinceps præcipuas censeri meruit, instauravit. Utebatur typis admodum acutis, chartâ candore marmoribus simili, atramento nigro; correctioni librorum, quos uberrimâ fœtatione procreavit, jugiter intendens; quæ laus etiam Oporino,* (d) *Golzióque tribuitur*, & aliis quibusdam insignioribus

(a) Author. Notar. in Baillet. Tom. I. pag. 377. *Gabriel de Lurbe & Jean Darnalt ne disent point, que Simon Millanges ait été ni recteur ni principal du college de Bourdeaux, mais seulement qu'il y avoit long tems regenté.*

(b) Hæc sunt expressa Mallinckrotii verba.

(c) Gabr. Lurb. Chronic. Burdigal. ad ann. 1572. *Simon Millangius post plurimos in gymnasio Aquitanico sudores ornatissimam Burdigalæ Typographiam instituit.*

(d) *Hubertus Goltzius Venloa in ducatu Juliacensi anno 1526. die 30. Octob. patre Rutgero Goltzio Herbipolitano, pictore, natus; ab ineunte ætate studium ad pingendi artem applicuit; & cum eâ literarum studia conjunxit. Antiquitatum explanandarum cupidine raptus, nullis sumptibus, vigiliis, laboribúsve pepercit, ut ex numismatis historias quàm fidelissimè vulgaret. Anno itaque 1556. 4. Non. April. Antverpiâ abiit, perlustratisque Belgii numismatarchiis & Musæis eodem anno 7. Id. Jul. Antverpiam reversus est. Deinde anno 1558. Antverpiâ, ubi annos 12. continuos haud illiberaliter exegerat, in Flandriam cum universâ familiâ Brugas discessit, ibique sedes fixit, evocatus literis nobilissimi viri Marci Laurini: apud quem cùm quadrimestri amplius spatio infinita multitudinis numismatum exemplaria excepisset, anno 1558. mediâ urgente hyeme, universam ferè percurrit Germaniam, Italiam, Galliam; & sub finem anni 1560. Brugas rediit. Typographorum perspectâ cognitâque negligentiâ, inscitiâ, ac lucrandi non inserviendi cupidine, noluit sua tot sudoribus eorum curæ committere. Verùm ipse intrà privatos parietes insignem extruxit officinam, quæ non paucis imò plurimis eo tempore aliis, typorum nitore, chartæ albore; ac densitate antecelleret. In quâ aluit viros operarios doctos & eruditos, qui Typothetarum munere fungerentur. Ipse verò dux auctórque in omnibus, quæcunque imprimebantur, sedulò inspexit; &, ubi per errorem quidquam falsi commissum esset, correxit. Signum, quod codices ab eo impressi in fronte gerebant, virginem exhibet, cornucopiæ manu gestantem; atque ex eo varia profundentem numismata, additis ad latera atque caput illius verbis, ad nomen Goltzii respicientibus,* HVBERTAS AVREA SÆCVLI. *Primùm anno 1558.* [Valer. Andr. 1557. *fol Antverpiæ*] *edidit Marci & Guidonis Laurinorum fratrum ære, Imperatorum ferè omnium vivas imagines à C. Julio Cæsare ad Carolum V. ex veteribus numismatibus; & postea illustria admodum & multa eruditionis & antiquitatis monumenta. Nec suos tantùm, sed non rarò etiam aliorum probatos sibi libros excudit*: Uti; Jacobi Rævardi Brugens. J. C. ad leges 12 tabularum librum singularem; Brugis Flandrorum, apud Hubertum Goltzium Herbipolitam Venlonianum. Mense Novemb. M. D. LXIII. in 8. Præfigitur Philippi Hispan. Reg. privilegium Huberto Goltzio Typographo jurato ad sexennium concessum, cum Rævardi ad Marcum Laurinum

ribus Typographis, quòd *nihil, nisi priùs diligentissimè à se revisum*, *excuderint*.

MILLANGII signum Typographicum fuit Divinæ majestatis effigies; Antiquus dierum throno lucido insidens, cujus caput gloriæ radiis coronatur, pedibus cœlestis globus subjicitur, angelis in circuitu ad ministerium paratis, cum hâc ex septimo Danielis capite epigraphâ, MILLIA MILLIVM MINISTRABANT EI. Aliquando (utì in Ausonio) præfixit Burdigalense palatium, cum hâc voce, BURDIGALA. Suum nomen primùm subscripsit simpliciter; utì *Catonis & Græcorum Sapientum Præceptis de moribus*, in 8. 1573. *Apud Simonem Millangium*. Postea nomini adjecit titulum; *Mercur. Trismeg. Pimandr. Græcè & Latinè, Francisci Flussatis Candallæ industriâ*, in 4. 1574. *Apud Simonem Millangium Burdigalensium Typographum viâ Jacobæâ*. Et *Ausonii opera cum* (*a*) *Eliæ Vineti Santonis commentariis*, in largo 4. M. D.

rinum epistolâ, in quâ hæc: [Hubertum Goltzium nactus es, virum in imaginibus Cæsarum & instrumentis sacerdotalibus magistratuúmque insignibus exprimendis ita exercitatum, ut eo exercitatior inveniri nemo possit]. Ex officinâ ejusdem Goltzii prodierunt præterea, anno 1565. in 8. ejusdem Rævardi liber de protribunalibus; & Joannis Othonis in Historiam Romanam Introductio ab ipso Goltzio (ut ex ejus epistolâ ad Othonem constat) castigata, cum Sexti Rufi breviario; & in 4. Moschi Bionísque Idyllia Græcè; Latinè tam solutâ oratione quàm carmine reddita, & Scholiis illustrata, accurante Adolpho Mekercho Brugensi, cujus epistola ad Marcum Laurinum præmittitur. *Hubertus Goltzius anno M. D. LXVII. à S. P. Q. R. civitate Romanâ donatus est. Naturæ concessit anno M. D. LXXXIII. in vigiliâ annunciationis Mariæ, cùm vixisset annos LVI. menses IV. dies XXIV. Brugis Flandrorum*. Melch. Adam. in Vit. Philosoph. pag. 309. Val. Andr. Biblioth. Belg. pag. 392. Thuan. Histor. Teissier. Elog. Baillet. Tom. 1 pag 386. & Zeltner. pag 243. apud quos uberiorem Goltzii notitiam lector inveniet.

(*a*) De Ausonianis, quæ hanc præcesserunt, editionibus sic in præfatione disserit Vinetus. *Nostra*, ait, *commentaria dùm maturescerent, sola Ausonii scripta; ut restitueram, Lutetiam misi Jacobo Gupylo Pictoni amico Latinis Græcisque literis doctissimo; qui edenda curavit anno 1551. eámque editionem Cardinali Bellaio Burdigal. Archiepisc. dedicavit. Non multò post Stephanus Charpinus Lugdunensis sacerdos, ex antiquo codice in vetere agri Lugdunensis bibliothecâ reperto, multa, quæ Ausonii erant, nondum edita, Joanni Tornæsio Lugdunensi Typographo edenda dedit* [quæ Ludovici Miræi curâ lucem aspexerunt ann. 1557. in 8.]. *Quæ cùm animadvertissem non satis fideliter ex suo exemplari descripta fuisse: vetustum codicem à Jacobo Cujacio, cui commodatus erat, missum contuli, collatum communicavi cum amicis, qui instantiùs efflagitaverunt, ut emendatiorem jam Ausonium cum commentariis ederem nihil cunctarer. Quando mea commentaria nondum satìs tota esse matura existimabam, in lucem dare visum est, quæ in librum de claris urbibus scripseram: hæc Enguilbertus Marnefius Pictavis impressit anno 1565. Non multò pòst* * *Antonius Gryphius à me litteris pe-*

* Antonius Gryphius Sebastiani (qui anno circiter 1557. obiit; *Vide Annal. Typograph. Tom. 2. pag. 364.*) filius, eodem, quo pater, insigni Typographico utebatur. Aliquot post patris obitum annis cœpit innotescere; suique genii specimen dedit in epistolâ *Petri Angelii Bargæi Cynegeticis, Carminibus & Eclogis apud hæredes Sebast. Gryphii, Lugduni, M. D. LXI.* in 4. excusis præfixâ ad Lectorem. *Sebastianus*, inquit, *Gryphius pater meus in edendis veterum scriptis plurimùm elaboravit: edere ea, quæ quotidie à multis temere scriberentur, nisi magno adhibito delectu, etiam si illius opera sedulò efflagitarentur, ferè semper neglexit. Quo quidem in instituto ita nobis perpetuò esse manendum statuimus, ut, nisi quid nobis ol-* *tum-*

M. D. LXXX. apud Simonem Millangium Typographum Regium. Huic editioni præmisit hanc inscriptionem; *Senatu, P. Q. Burdigalen. auctore, ac auspice, Ausonii Burdigalen. viri Consular. scripta ab Eliâ Vineto Sant. emendata, commentariisque illustrata, Simon Millang. Lemovix, Clarissimæ civitat. Typographus ac civis, suis cœpit formis edere, VII. Id. Febr. An. Chr. M. D.*

*petiit, ut, si manum extremam apposuissem Ausonio, ad se mitterem, quem esset brevì excusurus. Misi ergo, sed sola Ausonii scripta: mea commentaria adhuc retinui. Josephus Scaliger promisit omnem operam, quò posset Ausonius in lucem castigatior exire, & meis commentariis illustratus. Cæterùm veterem illum librum, quem Cujacio remiseram, conferendum cum meo exemplari censuit, siquid fortè deprehenderet, quod me fugisset. Barbarica namque scriptura erat: quædam literæ agnitu difficiles, multa fugientes; plerique multorum verborum versus in modum unicæ dictionis descripti, & nonnulla interdum verba in duo pluráve divisa. Scaliger præterea scripsit, Ausonianarum Lectionum titulo, perquam doctum commentarium; quod * mihi consecratum Gryphio tradidit imprimendum. Tardiùs autem dum editionem aggreditur Lugdunensis, Typographiam interim Burdigalenses instituerunt: à méque continuò petierunt, ut aliud emendarem exemplar, quò mox in suâ civitate sui civis scripta excuderentur castigatiora, simúlque mea commentaria. Cœpit itaque Ausonius edi Burdigalæ mense Februario, quum annus 1575. ageretur, absolvebatúrque ineunte æstate, quum à Gryphio accepimus, quod nimiùm diu expectaveramus. Typographum autem quia defecit charta, nec alicunde ob immanium latrociniorum frequentiam nancisci statim potuit, commentariorum editionem differre fuit coactus. Placuit in istâ cessatione veterem librum, quem Cujacius per literas rogatus statim misit, iterum conferre. Rebus interea nostris aliquanto quietioribus, accersitâque chartâ, imprimere tandem cœpit Simo Millangius nostra in Ausonium commentaria mense Julio, quatuor annis, postquam Ausonium edidisset.* Elias Vinetus in Ausonii vitâ notavit quatuor Ausonii nomina [*Decius Magnus Ausonius Paonius*] reperiri in Jodoci Badii Typographi Parisiensis editione: quæ nempe prodiit anno 1517.

tum sit, quod hominum doctissimorum judicio planè excellat, facilè patiamur nostram operam convicio etiam (modò id frustra) ab imperitis posci. &c. Gulielmus Paradinus Anchemanus (vide ejus *Epigrammata, Lugduni, apud Ant. Gryphium M. D. LXXXI.* in 4. pag. 50.) filium patrémque his versibus celebravit.

In effigiem clarissimi viri & fœlicis memoriæ Sebastiani Gryphii, Typographi.

Hæc oris probitas, animi ceu teste refulgens,
Indicat ingenuâ fronte, quod intus erat:
Doctrinam omnigenam, studium de plebe merendi,
Candorémque piâ mente, trilingue caput.

Insignia nobilium Typographorum, ad Antonium Gryphium, & Joannem Tornasium.

Obruerant tristes jam prorsum oblivia musas,
Nec cœtûs vita spes erat ulla sacri:
Anchora cùm jacta est mediis Aldina procellis,
Cyrrhaúmque labans pondere sistit onus.
Sustulit hinc dextrâ geminos Frobenius angues;
Cui recti & prudens simplicitatis amor.
Virtutem indè levi Sortis comitante volatu
Semper annexam Gryphus ad alta vehit.
Vipera & involvens geminâ Tornasius orbem,
Nil aliis fieri, quàm cupit ipse sibi.
Vestrâ operâ ipsa cohors jam penè extincta revixit;
Atque inter proceres sustulit alta caput.

Author notarum ad Baillet. Tom. 1. pag. 373. de Antonio Gryphio dedit hanc censuram. *Antoine Gryphe fils de Sebastien paroit avoir negligé ses dernieres impressions, n'y employant que des caracteres usés. Il a bien imprimé, quand il a voulu; & ne cedoit point en erudition à son pere, si on s'en rapporte à la lettre que lui écrivit de Pise Angellus Bargaus le 4. Nov. 1560. pag. 286. des* Epistolæ claror. Viror. in 8. *à Lyon* 1561. *chés les heritiers de Sebastien.*

* *Jos. Scaliger Eliæ Vineto S. Antonius Gryphius noster ante hos tres menses scribens ad me Lugduno de Ausonio, quem edere in animo habebat, rogavit me, siquid haberem, sibi communicarem. Id te pro eâ, quæ inter nos est, amicitiâ summopere à me contendere.* &c. *Poëmatia ipsa correctorum audaciâ & contactu contaminata purgavimus. Quæ mutata fuerant ante aliquot L. annos, & à quibus mutata, indicavimus. Ubi corrector Lugdunensis in peroptimo codice, quem & nobis videre contigit, perplurima aut perperam legerat, aut de industriâ mutârat, ea restituimus.* &c. *Vale. Basileæ, IIII. Kal. Sept. M. D. LXXIII.* Hæ Jos. Scaligeri Ausonianæ lectiones unà cum textu Ausoniano *Heidelbergæ M. D. LXXXVIII.* in 8. excusæ sunt.

M. D. LXXV. Et in suâ ad lectorem epistolâ (*a*) secundæ Ausonii editioni ann. 1591. præfixâ, scribit se fuisse *relatum in civium Burdigalensium album & civitate donatum.* Anno 1593. in 8. prodierunt, *les Commentaires de Blaise* (*b*) *de Monluc, par Simon Millanges imprimeur ordinaire du Roy.* Et 1605. in 4. *Cleomedis Meteora Græcè & Latinè, Roberto Balforeo interprete, cum ejus commentariis, apud Simonem Milangium Typographum Regium.* Regis Henrici IV. privilegium anno 1601. ad excudendum Breviarium, Diurnale & Missale Romanum; & concessam anno 1605. ab Archiepiscopi Burdigalensis generali Vicario licentiam idem (*c*) Missale distrahendi obtinuit: quod Missale in 8. anno M. DC. VI. emissum est. Simonem Millangium usque ad annum 1620. floruisse liquet: (*d*) & Jacobum Millangium, qui ipsi succederet, reliquisse.

Quæ dixi hactenus de correctoribus eorúmque munere ad artem Typographicam perquam necessario, *Johannis Rainoldi* Angli ad transmarinos

(*a*) Hæc editio in 8. continet præterea Jos. Scaligeri Ausonianas Lectiones & Gabrielis Lurbei Chronicon rerum Burdigalensium. In hujus initio Lectorem sic affatur Sim. Millangius. *Qui cupiunt referri in numerum civium Burdigalensium, non admittuntur priùs, quàm jurejurando promiserint se omni curâ & studio consulturos urbis commodis & dignitati. Relatus ergo in eorum album, & donatus tam clarâ & nobili civitate, affectúsque ab eâ multis & magnis beneficiis, essem & ingratus & perjurus, si non promoverem ejus commoda & dignitatem. Itaque visum est sub incudem revocare Ausonii opera, quæ Elias Vinetus commentariis illustravit, ac decem abhinc annis emisit in lucem typis nostris. Quia verò commentaria illa, etiam emendata & aucta ab auctore suo paucis annis antequam è vivis excederet, non videbantur satìs explicare poetæ nostri opera obscura, mutila, & corrupta in multis, volui eis adjungere duos libros Ausonianarum lectionum à Josepho Scaligero scriptos. Hoc meum consilium & mentem aperui non modò Scaligero, sed etiam viris eruditis, quos mihi notos scivi Lutetiæ degere.* &c. Adjunxit unà Eliæ Vineti (qui 14. Maji 1587. obiit) vitam, & virorum aliquot doctorum in eundem Epitaphia.

(*b*) Ad calcem hujus editionis adjicitur Blasii Monluci tumulus, sive Epitaphia Græcè Latinè & Gallicè à viris eruditis in illius obitum composita.

(*c*) Clariss. Zeltnerus, in eâ, quam dedit, Millangii notitiâ, scribit eum *Rectoris munus communi eruditorum reformatorum suffragio accepisse; invalescente verò potentiâ Pontificiorum, & Patrum præcipuè Societatis Jesu, qui scholas hæreticorum, ut credebant malorum seminaria, rapuerunt, ei de munere suo vel nolenti cedendum fuisse.* Si autem Millangius reformatorum partibus favisse visus esset, haud facilè credam voluisse Pontificios ei Officia Romanæ Ecclesiæ excudendi copiam facere.

(*d*) *Chronique Bourdeloise composée cy-devant en Latin par Gabriel de Lurbe, & par luy augmentée & traduite en François. A Bourdeaux, par S. Millanges imprimeur ordinaire du roy.* 1594. in 8 [Ubi ad annum 1572. leguntur hæc: *Simon Millanges, apres avoir longuement enseigné les Lettres au college de Guyenne, dresse une belle imprimerie*] La méme *depuis continuée & augmentée par Jean Darnalt; A Bourdeaux, par Simon Millanges imprimeur ordinaire du roy. M. DC. XIX.* in 4. *Supplement des Chroniques de la ville de Bourdeaux par Jean Darnalt; A Bourdeaux, par Jac. Millanges imprimeur ordinaire du roy, & Cl. Mengiroud marchand libraire de l'université. M. DC. XX.* in 4. [Ubi pag. 50. ad annum 1572. leguntur hæc: *Maistre Simon Millanges, qui avoit honorablement & utilement regenté au college de Guyenne, homme versé aux bonnes lettres, persuadé d'aucuns de ses amis, d'entreprendre de dresser une imprimerie à Bourdeaux, dont il y avoit grand faute, n'y ayant que quel-*

nos Typographos (*a*) Admonitio concludet. *Quintilianus, suos de institutione oratoriâ libros studiosis cupiens quamplurimis prodesse, Tryphonis bibliopolæ, qui eos à librariis describendos curabat, diligentem requirit operam, ut in manus hominum quàm emendatissimi veniant. Nimirum non modò voces, sed syllabæ, sed literæ, imò & interpunctiones nonnunquam immutatæ, additæ, detractæ, vel obscurant lucem & intellectum sententiarum, vel etiam veritatem corrumpunt & adulterant. Quo nomine quanto magìs enitendum dixi in operibus meis, ——— ut aut nulla prorsus Typographi nostri prælo subreperent errata, aut, si qua subrepsissent, indicarentur corrigenda, corrigerentúrve calamo; tanto acerbiùs dolentiúsque tuli* (*b*) *exterum Typographum, quum recuderet ultimum, nec cavisse, quin plurimis cujusque generis mendis id contaminaret, & mea tamen* (*c*) *verba, quibus* Typographica errata calamo correcta esse *admonueram, editioni suæ haud correctæ intexuisse. Ejusmodi quidem nonnihil in iterandâ priore harum thesium editione peccârat* (*d*) *alius: qui suppressit versus præmissos thesibus explicandis, & tamen hoc præfationis*, eas editas esse prout erant descriptæ versibus, *ex editionis meæ verbis in suâ posuit. ——— Illam notationem meam monendi sunt, qui legent, ad* (*e*) *primam Oxoniensem spectare, cujus ipse curam sic emendandæ suscepi; & orandi, siqui meorum quicquam recudent, ut, licèt excusatas velint paucas maculas, quas humana infirmitas cavere prorsus nequit, incuriam tamen vitant, & cudendum, quàm possunt emendatissimè curent. Beatus* (*f*) *Irenæus cujusdam libri sui adversùs Valentinianos scripti exscriptorem gravissimè* per Dominum nostrum Jesum Christum, & per adventum ejus ad judicandum vivos & mortuos adjurat, ut conferat, quod transcripsit, & ad exemplar, unde transcripsit, corrigat accuratè, adjurationémque istam similiter

quelque chetif & ignorant imprimeur: Messieurs les Jurats en sollicitent ledit Millanges, & luy donnent de beaux & amples privileges. Il dressa une des plus belles imprimeries de France, travaillant assiduement à la correction des livres, à avoir de beaux characteres tant Grecs que Latins, de maniere qu'il a été estimé l'un des premiers de son tems, & non en moindre reputation que Robert Estienne. Il a consommé ses années en cette honneste occupation, ayant attiré le commerce de la librairie auparavant, & à present l'un des plus grands, qu'on y fasse. Et pag. 57. ad annum 1587. *Les livres de la bibliotheque de feu Mr. Vinet furent acheptez par la ville, mis es mains du sieur Brassier principal pour l'usage du college, sont à present es mains du principal, qui est aujourd'huy nommé le Sieur Balfour.*] *Juris Pontificii tomus* 4. *in duas partes divisus: Burdigalæ, apud Jacobum Millangium Typographum regium. M. DC. XXIV.* in fol.

(*a*) *Johannis Rainoldi Angli sex Theses de sacrâ Scripturâ & Ecclesiâ: Hanoviæ, apud Gulielmum Antonium, M. DC. III.* in 8. Lege pag. 473. usque ad pag. 479. Hujus libri notitiam mihi impertivit sacerdos reverendus Joannes Blackbourn, vir ob doctrinam, mores inculpatos, & intaminatam (quod rarum est) conscientiam celebrandus; adhæc, quo nemo hujus, quod laudavi, muneris, nempe Typographicas librorum maculas eluendi peritior.

(*b*) Jacobus Stoër anno Domini 1598.

(*c*) Admonit. ad Lectorem. sect. 8.

(*d*) Theophilus Regius, 1586.

(*e*) Oxon. apud Josephum Barnesium. M. D. XCVI.

(*f*) Apud Euseb. Eccles. Histor. lib. 5. cap. 19.

liter transcriptam exemplari inserat. *Utinam Typographi, conscientiam suam adjuratricem loco Irenæi habentes, parem diligentiam, ac ille postulat, adhiberent in conferendis & corrigendis omnibus, quæ excudunt. —— Quòd siquis, ad lucrum attentior quàm ad officium, laboret, non ut maximo cum legentium fructu, sed ut minimo cum sumptu rem expediat; ego talem ejus sobolem pro meâ reputari nolo. —— Ista ratio me tuebitur, ut opus Typographicis mendis depravatum tanquam suppostititium & alienum partum abdicem; vel admoniti inde Typographi transmarini correctiùs edant mea, si typis ea rursum mandando se putârint facturos operæpretium. —— Valete: & hanc quoque admonitionem, ut Irenæus de suâ adjuratione rogavit, siquis fortè vestrûm recudet theses meas, unà quæso excudite.* Ita *Raincldus:* cujus summam in corrigendis typothetarum indiligentium mendis curam suâ laude debitâ fraudandam nequaquam duxi Pergo jam ad Catalogum, qui his Annalibus Typographicis finem imponet, describendum.

BIblia Hebræa Rabbinica; 4 vol. *in domo Danielis Bombergi, operâ Cornelii Adelkind Levitæ.* (*a*) fol. *Die IV. mensis Tisri.*	Venet.	1549.
Psalm. Hebr. cum comment. R. Salomonis F. Sem. Tob. Athiah. (*b*) fol.	Venet.	1549.
Tobiæ liber Hebr. cum versione Latinâ Seb. Munsteri. (*c*) 4.	Basil.	1549.
Nov. Testam. Græc ex bibliothecâ regiâ: *ex officinâ Roberti Stephani.* 12. *IV. Id. Octob.*	Lutet.	1549.
Idem: *excudebat* BENEDICTUS PRÆVOTIUS (& *apud Petrum Haultinum*). 12. *Idibus Martii.*	Lutet.	1549.
Idem: *apud Du Puys & Fezandat.* 12.	Paris.	1549.
Idem. (*d*) 8.	Basil.	1549.
Idem, Gr. Lat. Erasmi: *apud Granjon.* (*e*) 12.	Paris.	1549.
Psalm. Gr. (*f*) 24.	Basil.	1549.
Biblia Latina, cum scholiis Joan. Benedicti: *apud Carolam Guillard sub sole aureo, & Gulielmum Desbois in cruce albâ viâ ad divum Jacobum. Excudebat Carola Guillard.* fol.	Paris.	1549.

Bi-

(*a, b, c, d, e, f,*) Long. Bibliothec. Sacr. *Tom. III. Pars II.*

Biblia Latina : *apud Yolandam Bonhomme.* (*a*) 8.	Paris.	1549.
Eadem : *apud Theobaldum Paganum.* (*b*) 8.	Lugd.	1549.
Nov. Testam. Latin (*c*) 8.	Antv.	1549.
Idem, Erasmi : *apud Seb Gryphium.* 16.	Lugd.	1549.
Et (*d*) 12.	Basil.	1549.
Psalmorum liber, Latinè, cum Flaminii explanatione, ac ejusdem in psalmos aliquot paraphrasi, & versione psalmorum triginta metricâ : *apud Audoënum Parvum.* 12.	Paris.	1549.
Biblia Bohemica. (*e*) fol. (*f*).	Pragæ.	1549.
Biblia Anglica fol.	Lond.	1549.
The book of the Common Prayer and administration of the Sacraments, and other rites and ceremonies of the Church, after the use of the Church of England : *in officinâ Edouardi Whitechurch.* (& ad finem (*imprinted in Fletestreet at the sunne over against the conduyte, by Edward Whitechurche.* (*g*) fol. *The fourth days of May.*	Lond.	1549.
Horæ in laudem Virginis secundùm consuetudinem Romanæ curiæ, cum vigiliis mortuorum, & nonnullis aliis ; Græcè & Latinè. 12.	Paris.	1549.

Joan-

(*a, b, c, d, e, f,*) Long. Bibliothec. Sacr.

(*g*) Hujus libri alia exemplaria vidi, *by Edward Whitechurch, the XVI. day of June, the year of our Lord* 1549. fol. quæ etiam inter se invicem discrepabant, tum in Florentium (quas vocant) literarum figurâ, tum in vocum nonnullarum orthographiâ, uti in S. Ambrosii Hymno, *earth, yearthe.* Vidi præterea editionem Wigorniensem in fol. characteribus paulò minoribus quàm Londinensem ; *The Boke of Common prayer. Wigorniæ, in officinâ Joannis Osweni. cum privilegio ad imprimendum solum.* 1549 *mense Julio.* [Tum hæc in rubricâ ; *Let everye soule submyt hymself unto the authoritie of the higher powers. for there is no power but of God. The powers that be are ordained of God Whosoever therefore resisteth the power, resisteth the ordinaunce of God.*] *Imprinted the XXX day of July, M. D. XLIX. At Worcester by Jhon Oswen.* Regiâ authoritate pretium libri constitutum est ; exemplar Londinense, *unbound not above the price of two shyllynges and two pence piece. And the same bounde in paste or in beordes, not above the price of three shyllynges and eight pence the piece.* Exemplar Wigorniense, *unbound two shyllynges and six pence, bound four shyllynges.*

Joannis Arborei commentarii in Proverbia Salomonis: *apud Joannem Roigny.* (*a*) fol. Paris. 1549.

Targum in Lamentationes Jeremiæ, per Joannem Quinquarboreum: *apud* MARTINUM JUVENEM. (*b*) 4. Paris. 1549.

Titelmann. in Ecclesiasten: *apud Audoënum Parvum.* (*c*) 8. Paris. 1549.

Thomæ à Campis opera: *apud Joan. Roigny.* (*d*) fol. Paris. 1549.

S. Thom. in Epistolas D. Pauli: apud Joan. Roigny. (*e*) fol. Paris. 1549.

Gabrielis Putherbei Turonici professione Fontebraldæi de tollendis & expungendis malis libris libri tres: *apud Joannem Roigny* 8. Paris. 1549.

Galen. de tuendâ valetudine, Græcè, studio Joannis Caji: *per Joannem Oporinum.* (*f*) 8. Basil. 1549.

Ejusd. de ratione curandi ad Glauconem libri duo, Latinè, interprete Martino Acakiâ Catalaunensi medico regio, cum ejus commentariis: *apud viduam Jacobi Gazelli.* 8. Paris. 1549.

Dioscoridis libri octo, Græcè & Latinè, cum castigationibus: *apud Petrum Haultinum, viâ Jacobæâ, sub signo caudæ vulpinæ*; vel *impensis viduæ Arnoldi Birckmanni*; & ad finem, *excudebat Benedictus Prevost in vico Frementello, sub signo stellæ aureæ.* (*g*) mense *Augusto.* Paris. 1549.

Pla-

(*a*) Bibliothec. Cordesian. pag. 9.
(*b*) Ibid. pag. 20. & Caille. p. 124.
(*c*) Bibliothec. Cordesian. p. 27.
(*d*, *e*,) Caille. p. 97.
(*f*) Lege Caium de libris propriis. p. 12.
(*g*) *Typographus lectoribus. Cùm Dei benignitate consecutus essem, ut hæ literarum formæ, quas exculpsi, multis probarentur, hoc mihi studium fuit, ut optimum quemque librum in quamplurima exemplaria hâc scribendi ratione transfunderem. Initium itaque hujus rei à sacris* [Vide priùs Nov. Test. in 12. 1549.] *mihi faciendum putavi* &c: *Jacobus* Goupylus *consilium dedit, ut Dioscoridis libros ita exprimeremus, ut in angustum quoddam spatium contraherentur* &c. *Exemplaria ab aliis excusa cum multis veteribus libris manuscriptis contulit; locósque omnes, qui perversè descripti aut deficientes essent; asterisco annotavit, ut eos postea restitueret. (ea enim libros castigandi ratio potior ei visa est, quàm ut ea, quæ jam recepta essent, induceret). Id autem quantâ fide ac diligentiâ ab eo sit præstitum,* vi-

Platonis Hipparchus, Amatores, & Theages; Græcè: *Excudeb. Christianus Wechelus* 4. Paris. 1549.

Dexippi Philosophi Platonici Jamblichi discipuli, in defensionem prædicamentorum Aristotelis adversùs Plotinum Porphyrii præceptorem Platonicæ Disciplinæ Propugnatorem, Quæstionum Libri III. Latinè nunc primùm conversi atque in lucem editi, Joanne Bernardo Feliciano authore: *apud Vascosanum.* 8. Paris. 1449.

Jac Lodoici Strebæi in tres priores libros Aristotelis ἠθικῶν Νικομαχείων commentaria: *apud Vascosanum.* Paris. 1549.

Aristotelis Politica ab Jac. Lodoico Strebæo è Græco conversa: *apud Joannem Roigny; excudebat Matthæus David.* 4. *Nonis Januarii.* Paris. 1549.

Aristotelis vel Theophrasti de coloribus libellus, Græcè, cum Simonis Portii Latinâ versione, & commentariis, & præfatione de coloris naturâ: *apud Vascosanum.* 8. Paris. 1549.

Pet. Rami Institutionum Dialecticarum Libri tres; postrema editio: *apud Joannem Roigny.* (*a*) 8. Paris. 1549.

Plinii Naturalis Historiæ Liber decimus septimus: *apud Vascosanum.* 4. Paris. 1549.

Artis metiendi seu Geometriæ liber, ex Gregorii Reischii Margaritâ Philosophicâ: *apud* GUIL. MORELIUM *sub imagine D. Stephani ex adverso scholæ Remensium.* 4. *excudebat Guil. Morelius Idib. Decembr.* Paris. 1549.

Plutarch. εἰ καλῶς εἴρηται τὸ Λάθε βιώσας· περὶ φιλοπλουτίας· πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ σώματος πάθη χείρονα. Græcè & Latinè: *apud Guil. Morelium.* 4. Paris. 1549.

Pu-

videbitis in castigationibus, quas in hunc auctorem scripsit. Vos igitur his nostris laboribus interim fruimini, dum vobis expressam imaginem plantarum, de quibus in hôc auctore tractatio est, apparamus. Valete.

(*a*) De his Institutionibus, lege, quid priùs dictum sit ad Ram. Animadvers. Aristotel. 1548.

Publii Syri Mimi, auctiores & ordine commodiori quàm hactenus descripti, ac Latinâ Erasmi & Gallicâ explicatione ad puerorum captum accommodati: *apud Guil. Morelium* 8. *Idibus Juniis.*	Paris.	1549.
Columell. de cultu hortorum: *apud Guil. Morelium.* 4.	Paris.	1549.
Thucydid. Liber secundus & tertius, Græcè; uterque seorsim: *apud Vascosanum* 4.	Paris.	1549.
Fenestell & Pompon. Læt. *ex officinâ Roberti Stephani.* 8 *Calendis Febr.*	Lutet.	1549.
P. Cornelii Scipionis Æmiliani Africani minoris vita, vel ejus dispersæ potiùs reliquiæ ex multis probatissimorum authorum scriptis in modicum quoddam corpus redactæ per Antonium Bendinellium Lucensem: *Laurentius Torrentinus cudebat.* 8.	Florent.	1549.
Pauli Jovii Vitæ duodecim Vice-Comitum Mediolani principum; ex Bibliothecâ Regiâ: *ex officinâ Rob. Stephani.* 4.	Lutet.	1549.
Georg. Merul. de gestis ducum Mediolanensium sive de antiquitatibus Vicecomitum: *ex officinâ Rob. Stephani* (*a*) 4.	Paris.	1549.
Instructions sur le faict de la Guerre, extraictes des Livres de Polybe, Frontin, Vegece, Cornazan, Machiavelle, & plusieurs autres: *de l'imprimerie de Michel Vascosan.* (*a*) fol.	Paris.	1549.

Com-

(*a*) Almeloveen. de Vit. Stephanor. Ind. p. 9.

Gnomologiæ & Similitudines ex Demosthenis orationibus & epistolis in certa virtutum ac vitiorum capita collectæ à Joanne Loïno Illesiensi; Græcè & Latinè: *apud* SEBASTIANUM NIVELLIUM. 8. Paris. 1551.

DIONIS CHRYSOSTOMI Orationes LXXX. GRÆCÈ: *apud Federicum Turrisanum.* (*b*) 8. Venet. ....

Ejusd. Oratio περὶ ἀπιστίας, Græcè & Latinè: (*c*) 8. Norib. 1551.

Li-

(*a*) Omnia hæc seorsim excusa sunt. Ad finem Timæi Platonis, *imprimé à Paris par Michel de Vascosan le XXII. jour de Janvier. M. D. LII.* In Regio privilegio recensentur non tantùm opera supra-dicta, sed alia etiam à Ludovico Regio Gallicè versa; scil. *le Phaidon de Platon; le livre d'Hippocrates de l'aer, des eaues, & differences des lieux, & parties du monde; Theophraste des vens; & un abregé de la colmographie tant ancienne que moderne;* [*sept Oraisons de Demosthene*, les trois Olynthiaques &] quatre Philippiques. Ad finem Xenophon des Louenges d'Agesilaus, *imprimé par Michel de Vascosan, le dernier jour d'Octobre M D. L I.*

(*b*) Editio, quam vidi, nullum anni indicium præferebat; sed clariss. Fabricius in Biblioth. Gr. lib. IV. cap. X. p. 318. habet 1551. Forsan illi, quam consului, editioni deerant aliquot ad calcem pagellæ, in quibus & annus indicari, & Pontificis Senatûsque Veneti privilegia contineri poterant. Hanc editionem Federicus Turrisanus Rodulpho Pio Carpensi Cardinali commendat epistolâ præfixâ; in quâ Rodulphii Pii *patruum Albertum patrémque Leonellum* laudat; & *patrem suum Andream virum optimum, neque inter alios postremum, qui imprimendis libris tam Græcis quàm Latinis de re literariâ semper bene meritus est; Aldúmque in primis affinem suum doctissimum atque eruditissimum virum*, quem [Piorum] *domus omnibus opibus studiisque complexa est, nequid ipsi deesset ad hujuscemodi imprimendi munus.* &c: *Institui*, addit Turrisanus, *facere id, quod hereditarium accepi à patre meo optimo, ut nunc primùm typis nostris impressus prodeat jam in lucem Dion Chrysostomus Græcus orator insignisque philosophus nomini dicatus tuo* &c.

(*c*) Fabric. Biblioth. Gr. lib. IV. cap. X. p. 317.

Liban. de conscribendis epistolis : *apud Morel.* (*a*) 8.	Paris.	1551.
Joannis Sturmii in Ciceronis partitiones Oratorias dialogi quatuor : *apud Vascosanum.* (*b*) 4.	Lutet.	1551.
In easdem Annotationes ex Audomari Talæi prælectionibus collectæ : *ex Typographiâ Matthæi Davidis.* 4.	Lutet.	1551.
Ciceronis Oratio pro Caio Rabirio, Pet. Rami prælectionibus illustrata : *ex Typographiâ Matthæi Davidis.* 4.	Lutet.	1551.
Ejusd. de optimo genere Oratorum liber, cum Achillis Statii Lusitani commentariis : *apud Vascosanum.* 4.	Lutet.	1551.
Ejusd. Paradoxa, Audomari Talæi commentationibus explicata : *curâ ac diligentiâ Caroli Stephani.* 4. *XIII. Calend. Januar.*	Lutet.	1551.
Ejusd. Orationes Philippicæ cum notis Curionis ; His accessere Orationes quatuor ejusdem argumenti ex Dione, eodem Curione interprete & explicatore : *apud Hieron. Frobenium & Nic. Episcopium.* fol.	Basil.	1551.
Pet. Gallandii Oratio pro scholâ Parisiensi contra novam Pet. Rami Academiam : *apud Vascosanum.* 8.	Lutet.	1551.
Petri Mestrei Oratio de laudibus D. Ludovici : *apud Vascosanum.* 4.	Lutet.	1551.
Petri Bunelli familiares aliquot epistolæ : *curâ ac diligentiâ Caroli Stephani.* (*c*) 8. *XIII. Calend. Octobr.*	Lutet.	1551.
Anthologia epigrammatum, Græcè : *apud Aldi filios* 8.	Venet.	1551.

An-

(*a*) Catalog. libror. Jani Albini. p. 270.

(*b*) Hæc tamen editio (quam vidi) dialogos duos tantùm complectitur.

(*c*) Ex duabus epistolis (alterâ Caroli Stephani ad studiosos adolescentes, alterâ Pauli Manutii ad Vidum Fabrum) huic editioni præfixis Petri Bunelli notitiam habemus.

Anthologia epigrammatum Luciani, Græcè: *apud Guil. Morelium.* 4. . Paris. 1551.

Anthologia epigrammatum Antipatri, Græcè: *apud Guil. Morelium.* 4. . Paris. 1551.

Virgilii Bucolica, cum notis Hermanni Torrentini: *excudebat Joannes Verwithaghen Typographus juratus & à Cæsareâ majestate admissus; censurâ ac nutu Symonis de Planco ab Asperen subplebano ecclesiæ beatæ Mariæ Antverpiensis.* 8. Antv. 1551.

Horatii Satyræ, & liber de Arte Poeticâ, seorsim: *apud Vascosanum.* 4. . Lutet. 1551.

Terentii Adelphi: *apud Vascosanum.* 4. Lutet. 1551.

Mureti Annotationes in Terentii Andriam & Eunuchum, seorsim excusæ: *apud Vascosanum.* 4. . . Lutet. 1551.

Terentii Comœdiæ, cum argumentis ex Donato, & versuum generibus per Erasmum: *ex officinâ Rob. Stephani Typographi regii*; [& ad calcem, *excudebat Rob. Stephanus Typographus regius, Parisiis, ann. M. D. L. IIII. Cal. Decemb.*] 8. Lutet. 1551.

Ausonii opera, diligentiùs iterum castigata, & in meliorem ordinem restituta: *apud Jacob. Kerver; excudebat Guil. Morelius sibi ac Jac. Kerver.* (*a*) *12. Calendis Iul.* . Paris. 1551.

Sententiæ Veterum Poëtarum per Georgium Majorem digestæ; & Ant. Mancinelli de poëticâ virtute libellus: *ex officinâ Roberti Stephani Typographi regii.* 8. . Lutet. 1551.

P. Lotichii Secundi Elegiæ & Carmina: *ex officinâ Vascosani.* 8. . Lutet. 1551.

Jo.

(*a*) *Cardinali D. I. Bellaia Jacobus Gopylus S. —— cùm Elias Vinetus Santonensis bonarum artium professor in collegio Burdigalæ regiâ benignitate constituto, homo ad utilitatem publicam natus, poemata superiorum temporum inscitiâ sic neglecta videret, ut in his multa perversa essent, incredibili diligentiâ omnia quæcunque eorum exemplaria extant, conquisivit: ad quæ cùm poetam hunc accuratè recognovisset, mecum pro pari & inter nos mutuâ amicitiâ, quod præstitisset, communicandum putavit, & etiam, ut ederem, permisit.* &c.

Jo. Lod. Vivis exercitatio Linguæ Latinæ : *Excudeb. Dominicus Verardus.* 8. Lugd. 1551.

Ejusd. Introductio ad sapientiam, & alia aliquot opuscula Christiana ac erudita : *apud Antonium Vincentium ; excudebat Ioannes Frellonius.* 8. Lugd. 1551.

Ejusd. de Christianæ fidei veritate libri quinque : *apud Antonium Vincentium ; excudebat Ioannes Frellonius.* 8. . . Lugd. 1551.

Theodori Gazæ liber quartus, Græcè, cum Heliæ Andreæ Burdigalensis Latinâ versione & explanatione : *apud Vascosanum.* (*a*) 4. Lutet. 1551.

Institutiones Linguæ Græcæ, Nicolao Clenardo authore : *curâ ac diligentiâ Caroli Stephani.* 8. *Nonis Octobr.* . Lutet. 1551.

Joach. Camerarii Commentarii utriusque Linguæ, Græcæ & Latinæ : *per Ioannem Hervagium.* fol. . . Basil. 1551.

Jacobi Artisiani gymnasiarchæ Roiani prima Latinæ grammatices rudimenta : *apud* RICHARDUM BRITANNUM. 8. . Lutet. 1551.

De Syllabarum & carminum ratione Compendium, authore Philippo Melanchthone : *apud Thomam Richardum.* 4. . Paris. 1551.

Maturini Corderii Liber de corrupti sermonis emendatione : *ex officinâ Roberti Stephani Typographi regii* [*Parisiis* 1550. sed ad calcem libri] *Excudebat Robertus Stephanus Typographus regius.* (*b*) 8. *Prid. Cal. Dec.* . Paris. 1551.

Bi-

(*a*) *Heliæ Andreæ in librum quartum Theod. Gazæ ad Sebastianum à Guichia præfatio.* —— *Jacobus Gopylus multùm me & libenter adjuvit, ut est librorum Græcorum sagacissimus indagator.* —— *Hunc librum Lutetiæ ab uno Jacobo Tusano regio Græcarum literarum professore semel tantùm publicè enarratum fuisse audio ; & Patavii ab uno item Lazaro Bonamico memini* &c. —— *Nactus codicem Græcè exaratum arundine, & cum jam vetustatem aliquam præ se ferentem, ex eo Græcum Theodori contextum, ut erat ubique parum scienter impressus, aliquot locis emendavi, quanquam ne ille quidem satis emendatus erat. Sed quicquid immutavi, aut in illo ab impressis codicibus diversum reperi, ejus in meâ explanatione admonitum lectorem volui* &c. *Sic Latinum feci, ut, quoad ejus fieri potuit, verbum de verbo expresserim.* &c.

(*b*) Hinc colligitur Robertum Stephanum ante ultimum Novembris diem ann. 1551.

Biblia Hebraïca 4 vol.: *ex officinâ Iustinianeâ.* (*a*) 18. . . . Venet. 1552.

Eadem, cum Commentario Germanico R. Nephthali ben Aser. (*b*) fol. . Cracov. 1552.

Threni Jeremiæ, Hebraïcè: *apud Martinum Iuvenem.* 4. . . Paris. 1552.

Iidem, Hebr. Gr. & Lat. ex duplici versione S Hieronymi & Munsteri. (*c*) 8. Basil. 1552.

Nov Testament. Græcè, antiquorum aliquot exemplarium collatione multo, quàm hactenus est editum, emendatius; cum locorum ex Veteri Testamento in Novo citatorum indice: *ex officinâ Ioannis Oporini.* 12. *Mense Augusto.* Basil. 1552.

Biblia Latina, cum scholiis Joannis Benedicti: *apud Carolam Guillard & Gulielmum Desboys.* (*d*) fol . . Paris. 1552.

Sapientia Salomonis, Latinè, ex versione & cum scholiis Petri Nannii. (*e*) 4. Basil. 1552.

Jonas, Latinè, ex versione Andreæ Placi. (*f*) 8. . . Viennæ Austr. 1552.

Psalmi, Latinè & Gallicè [*VII. Apvril.*]; & eorundem summaria, Gallicè [*le douzieme de Iuin*]: *imprimè par Robert Estienne.* 8. .... 1552.

Nov. Testament Latinè, cum figuris: *apud viduam Francisci Regnault.* (*g*) 16. Paris. 1552.

Idem, ad Græcorum exemplarium fidem; ad veterem, atque ipsius Erasmi versionem, nec non & Tigurinam editionem, aliorúmque Latinorum codicum interpretationem recognitum,

cum

1551. Parisiis non migrâsse, ibique tunc adhuc Typographi regii munus obiisse. Notandum est hôc anno eum libros duos, scil *Nov Testam Gr. Lat* & *Rudiment. fid. Christian Gr.* edidisse nullo urbis nomine adjecto; quorum hic finem accepit die Decembris decimo quinto. Neque forsan illos libros in publicum prodire passus est, antequam ad Genevenses se recepisset Verùm de hôc penès eruditum lectorem esto judicium.

(*a*, *b*, *c*, *d*, *e*, *f*, *g*) Long. Bibliothec. Sacr.

cum lectionibus diversis collectis ex variis Græcorum exemplaribus, & ephemeride historicâ seu calendario: *ex officinâ Joannis Crispini* 12. .... 1552.

Evangelium Marci, Latinè: *apud Oporinum.* (a) 8. . . Basil. 1552.

Nov. Testament. Latinè & Gallicè; cum Gallicis indicibus testimoniorum, vocum difficiliorum, rerum; & summariis: *de l'imprimerie de Robert Estienne.* (b). 12. .... 1552.

Bi-

(a) Long. Bibliothec. Sacr.

(b) Huic satis prolixa adjicitur *Roberti Stephani* præfatio, in quâ hæc: *Voyant que l'impression Latine du Nouveau Testament qu'aviez eu de moy depuis dix ans en ca, avec quelques brieves annotations en marge* ——— *avoit esté si bien receue* ——— *je me suis addonné a reveoir iceluy Testament avec lesdictes annotations. Lesquelles ayant diligemment considerees avec gens fort exercitez es sainctes Escritures* ——— *ay trouvé les choses non si bien ne si purement dictes, qu'il eust esté a desirer, a cause des temps pleins de tenebres plus grandes que jamais ne furent celles d'Egypte.* ——— *Reduisant donc en memoire l'infinie bonté de nostre Pere, en ce qu'il m'a jecté hors de ces tenebres, & delivré des mains de mes ennemis* ——— *je n'ay voulu r'imprimer l'ouvrage tel qu'il estoit* ——— *mais par le conseil desdicts amis, ay escript des annotations toutes entieres, ou il n'y aura point ou bien peu d'obscurité, ne de meslange impure.* ——— *Vray est que des ce temps la mesme je desiroye bien qu'il pleust au Pere de misericorde m'appeler à soy par sa saincte parolle* ——— *Mais en partie par faulte de liberté, en partie aussi que je n'estoye pas encore tant advancé que pour faire office de bonne guide & seure, je ne satisfaisoye ne à moy ne aux autres. Cependant, je vous ay bien voulu bailler ceste nouvelle edition du Nouveau Testament: auquel pour toutes annotations m'a souffi en si petit volume, à costé de la translation Latine traduicte du Grec, mettre la translation Francoise aussi selon le Grec, laquelle sera comme une exposition pour la Latine.* ——— *Et avons distingué tout iceluy Nouveau Testament comme par vers, à la maniere que tout le Vieil a esté escript & distingué, soit par Moyse & les prophetes compositeurs & autheurs, ou par scavans Hebrieux succedans.* ——— *En la fin du livre, trouverez aucunes manieres de parler & certains mots expesez plus au long, qu'on n'eust peu faire en si petite marge* ——— *Apres lesquels a esté adjoustée une table* &c. Idem Robertus Stephanus in præfatione Novo Testamento Gr. Lat. [1551. in 12] præfixâ, sic: *Quum nobis in animo esset Novum Testamentum, ut est à veteri interprete Latinè redditum, excudere, adjectis tantùm brevibus annotationibus* ——— *quales abhinc annos jam decem edideramus; ecce amici aliquot, singulari verâque Christianâ eruditione prædi i, consilium meum sibi probari negant; esse enim illas annotationes partim breviores justo, partim etiam hujusmodi in quibus major Evangelicæ doctrinæ puritas desiderari possit. Horum consilio quum parendum esse ducerem, operæ pretium me facturum putavi, si pro illis brevibus, quas olim à me accepisti, annotationibus, tibi nunc alias, quæ pleni perfectique commentarii vice esse possent, in proximum annum præpararem. Interim accipe à me hoc Novum Testamentum* ——— *quod per quosdam (ut vocant) versiculos distinximus, vetustissima Græca Latináque ipsius Novi Testamenti exemplaria secuti* &c. Ex duabus illis præfationibus colligi facilè potest, Robertum Stephanum jam diu in animo habuisse suam à Papistis ad Genevenses defectionem: cúmque suam Novi Testamenti (1551. in 12.) editionem non vulgâsse, antequam in tutum locum ab inimicorum suorum malevolentiâ, & (ut aiunt) extra teli jactum se recepisset.

Biblia Gallica Genevensia, 4 vol. *apud Philibertum Hamelin.* (*a*) 8. . Genev. 1552.

Et 2 vol. *apud Joannem Crispinum.* (*b*) 8. eadem forsan editio. Genev. 1552.

Les Proverbes, Ecclesiaste, Cantique, Sapience, Ecclesiastique: *de l'imprimerie de Robert Estienne.* 8. . . .. 1552.

Sommaires & briefs recueils en forme d'exposition du contenu és chapitres des livres de la Bible [du Vieil Testament]: *par Philbert Hamelin.* 12. . . Genev. 1552.

Biblia Germanica sive Helvetica: (*c*) fol. Basil. 1552.

Eadem: *apud Froschoverum.* (*d*) 4. Tigur. 1552.

APOLINARII INTERPRETATIO Psalmorum, GRÆCÈ, versibus Heroicis; ex bibliothecâ regiâ: *apud* ADRIANUM TURNEBUM *Typographum regium.* 8. *typis regiis. Mense Octob.* . . Paris. 1552.

M. Ant. Flaminii Paraphrasis in triginta Psalmos versibus Latinis conscripta; & ejusdem de rebus divinis carmina: *apud Carolum Stephanum Typographum Regium.* 12. . Lutet. 1552.

PHILONIS Judæi Opera, GRÆCÈ, ex bibliothecâ regiâ: *ex officinâ Adriani Turnebi Typographi Regii; regiis typis.* (*e*) fol. *XIX. Cal. Septemb.* . . Paris. 1552.

HONORII Augustodunensis ecclesiæ presbyteri de prædestinatione & libero arbitrio dialogus, nunquam ante hac typis expressus; ac epistolæ duæ ad B. Augustinum, altera Prosperi; altera Hilarii Arelatensis episcopi, de reliquiis Pelagianæ hæreseos, ad fidem vetusti exem-

(*a*, *b*, *c*, *d*) Long. Bibliothec. Sacr.

(*e*) Huic editioni Turnebus Græcam ad Carolum Lotharingiæ Cardinalem epistolam præfixit, & subjecit indicem lectionum variantium, erratorum, & rerum memorabilium.

exemplaris restitutæ; item sententiæ ex libris B. Augustini de prædestinatione sanctorum & bono perseverantiæ; Georgio Cassandro editore: *Prostant apud Lambertum Sylvium*. 8. — Colon. — 1552.

Guillaudius in Canonicas Epistolas: *apud Joannem Roigny* (*a*) 8. — Paris. — 1552.

Confutationes Cavillationum in Eucharistiæ Sacramenti veritatem; authore Marco Antonio Constantio Theologo Lovaniensi: *apud Joannem Roigny; excudebat Benedictus Prevotius*. 4 *XIII. Cal. Augusti*. — Paris. — 1552.

The Book of Common Prayer and administration of Sacraments, and other rites of the Church; with the form of Consecrating Bishops, Priests and Deacons: *Excudebat Richardus Graftonus Typographus regius*. fol. *Mense Augusti*. — Lond. — 1552.

Ad Censuras Theologorum Parisiensium, quibus Biblia à Roberto Stephano Typographo regio excusa calumniosè notârunt, ejusdem Roberti Stephani responsio: *olivâ Roberti Stephani*. 8. *XXIII Junii*. — .... — 1552.

La méme, traduicte de Latin en Francois: *L'Olivier de Robert Estienne*. 8. *Le XIII. de Juillet*. — .... — 1552.

Vinculum Mundi, compendio expositum, in quo basis earum rationum exponitur, quibus veritas articulorum fidei Christianæ aut probatur aut defenditur; Parisiis in quadragesimâ dictabat auditorum suorum humanitati in Babylonis ruinam Guilielmus Postellus 1552. ad corrupti mundi finem: *prostant exemplaria sub ciconiis in viâ Jacobæâ*. 4. — Paris. — 1552.

De diversis regulis juris antiqui, Pandectarum libri quinquagesimi titulus decimus septimus & ultimus; In easdem vetus, sed incerto

au-

(*a*) Bibliothec. Cordesian. pag. 31.

autore, brevis & elegans commentarius : *apud Carolum Stephanum Typographum regium.* (*a*) 12. Lutet. 1552.

Joannis Valverdi Hamuſcenſis de animi & corporis ſanitate tuendâ libellus : *apud Carolum Stephanum.* 8. *Nonis Febr.* . Lutet. 1552.

Edoardi Wottoni Oxonienſis de differentiis animalium libri decem : *apud Vaſcoſanum.* (*b*) fol. Lutet. 1552.

Euclidis Elementorum liber decimus, Petro Montaureo interprete : *apud Vaſcoſanum.* 4. Lutet. 1552.

Georgii Gemiſthi PLETHONIS elegans ac brevis quatuor virtutum EXPLICATIO, Græcè & Latinè, nunc primùm edita, Adolpho Occone Phyſico Auguſtano interprete; item de moribus philoſophorum locus ex Platonis Theæteto Græcè & Latinè, eodem interprete; & Ariſtotelis de virtutibus ac vitiis libellus Græcè, cum Latinâ quatuor interpretum verſione Alexandri Chamaillardi, Simonis Grynæi, Andreæ à Lacunâ, Juſti Velſii Hagani : *per Joannem Oporinum.* (*c*) 8. . Baſil. ....

Ariſto-

(*a*) *Car. Stephanus lectori S.* —— *In hujus* autore *perveſtigando quum anxii multùm eſſemus (nam alii Irnerii, cujus tamen nihil extat, alii docti cujuſdam neoterici vigilias eſſe putabant) incidimus tandem in Placentinum, cujus* —— *non modò ſtylum huic in regulas juris acceſſioni propemodum conformem reperimus; verùm etiam in locum quendam obiter offendimus, è quo tu, ni fallor, Placentinum hujus libelli autorem eſſe comperies.* &c. *Jo. Bertrando Galliarum deſignato & jam functione cancellario, Carolus Stephanus S. P. D.* —— *Infœlicißima tempora, quæ tam doctè támque ſententiosè conſcripta ſapientum oracula à tam incultis atque impolitis hominibus miſerè defœdari permiſerint.* —— *Putabam hoc vitium ſtatim poſt Juſtiniani tempora vel eo argumento irrepſiſſe, quòd ipſos etiam antiquißimos gloſſularios ac commentatores barbarè ſcripſiſſe perciperem: niſi Jo. Lucius Catharinæ Auguſtæ noſtræ procurator, bonarum omnium artium, ac præter has juris amantißimus, incertum quempiam regularum juris interpretem mihi oſtendiſſet; quem poſt quadringentos plùs minùs annos ſcripſiſſe poſteaquam per ſummam exemplaris manuſcripti vetuſtatem comperiſſem, meis protinus typis excudendum ab eo petii; & quòd is quidem bene Latinè ſcribere videretur, & quòd in ſuâ interpretatione receptißimas leges ac ſententias tantâ induſtriâ committeret, ut ex earum connexione ſermo quidam perpetuus enaſcatur* &c. *Vetuſtißimum ſanè fuit hujus autoris exemplar, quod eſſe Placentini ſuſpicatus eſt Lucius* &c. *Bene vale. Ex noſtrâ typographiâ XII. Cal. Octobr. M. D. LII.*

(*b*) Hunc librum dedicavit Wottonus Edoardo VI. Angliæ regi (epiſtolâ Londini XXII. Octobris M. D. LI. datâ), ornavit Jacóbus Gopylus Græco carmine elegiaco; (ad finem) *Imprimebat Michaël Vaſcoſanus Lutetiæ Pariſiorum ann. M. D. LI.*

(*c*) Occonis ad Hieronymum Antonii Fuggeri filium epiſtola data eſt *ex Vindelicorum Auguſtâ, anno M. D. LII. Calendis Januarii.*

Aristotelis Ethic. ad Nicomach. Latinè, Joachimo Perionio interprete, corrigente & emendante Nicolao Grouchio: *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* (*a*) 4. Lutet. 1552.

Ejusd. Analyticorum posteriorum liber primus, Græcè: *apud Guil. Morelium.* 4. Paris. 1552.

Theophrast. de Igne, Græcè: *apud Adrianum Turnebum.* 4. Paris. 1552.

Plutarchi convivium septem sapientum Græcè & Latinè, & de superstitione, Latinè, Gulielmo Planco interprete: *apud Seb. Gryphium.* 8. Lugd. 1552.

Ejusd. Commentarius de primo frigido, Latinè, Adriano Turnebo interprete: *ex officinâ Adriani Turnebi.* (*b*) 4. Paris. 1552.

Ejusd. idem, Græcè: *ex officinâ Adriani Turnebi, typis regiis.* 4. Paris. 1552.

Ejusd. dialogus de procreatione animi in Timæo Platonis, Græcè: *apud Guil. Morelium.* 4. Paris. 1552.

Ejusd. idem, Latinè, Adriano Turnebo interprete: *ex officinâ Adriani Turnebi.* (*c*) 4. Paris. 1552.

Ludovici Nogarolæ comitis dialogus, qui inscribitur Timotheus sive de Nilo: *Ioannes Gryphius excudebat ad instantiam Vincentii Valgrysii* 8. Venet. 1552.

The Rule of reason conteining the art of Logick: *imprinted by Richard Grafton printer to the Kin'gs majesty.* (*d*) 8. Lond. 1552.

De

(*a*) *D. Anjorano, in centumvirali foro apud Lutetiam judici consiliarióque regio Gul. Guerenteus S. D. —— Eos libros à Jo. Perionio novo & elegantissimo interpretandi genere antea in Latinum conversos, nuper verò à N. Grouchio viro doctissimo & mihi amicissimo magnâ ex parte emendatos, cùm accepissem: —— non alienum à voluntate & dignitate tuâ officióque meo fore mihi persuasi, si curarem, ut Michaëlis Vascosani, viri optimi & Typographi fidelissimi & diligentissimi, fide & operâ sub tuo nomine in manus hominum quàm emendatissimi venirent.* &c.

(*b*) *Petro Montaureo consiliario & bibliothecario regio Ad. Turnebus S. P. D. —— Tibi, quæ Græcè cognovisti, ut Latinè recognoscas, interpretationem meam mitto dicóque Vale.*

(*c*) *Adr. Turnebus Petro Gallandio Latinarum regio professori S. D. —— De nostro diuturno contubernio tuisque in me meritis occurristi, cui hoc quicquid est, interpretationis dicarem.* &c.

(*d*) Set forth in English and newly corrected

De optimo genere disputandi colloquendíque ad Janum Gontaldum Bironem S. V. H. A. *apud Guil. Morelium*. 8. [1551. sed ad calcem] Paris. 1552.

Berosi sacerdotis Chaldaici, Antiquitatum Italiæ ac totius orbis libri quinque, commentariis Joannis Annii Viterbensis theologiæ professoris illustrati, adjecto nunc primùm indice locupletissimo, & reliquis ejus argumenti authoribus; editio ultima cæteris longè castigatior: *in ædibus Joan. Steelsii, typis Joan. Graphei*. 8. Antv. 1552.

ÆLIANI de militaribus ordinibus instituendis more Græcorum liber à Francisco Robortello Utinensi nunc primùm Græcè editus, multísque imaginibus & picturis ab eodem illustratus: *apud Andream & Jacobum Spinellos*. (*a*) 4. Venet. 1552.

Pompon. Læt. de Roman. magistratib. sacerdot. jurisperit. & legib. cum annotationibus Richardi Gorræi Parisiensis: *Joanni Roigny excudebat Matthæus David*. 4. *Nono Cal. Aprilis*. Paris. 1552.

Tit. Livii Decades, cum annotat. diversorum: *ex officinâ Michaëlis Vascosani*. (*b*) fol. Lutet. 1552.

Discours des Histoires de Lorraine & de Flandres: *chez Charles Estienne imprimeur du roy*. (*c*) 4. Paris. 1552.

Altera Apologia pro Rege Christianissimo contra Cæsarianos: *apud Carolum Stephanum*. 4. Lutet. 1552.

Abbregé de l'Histoire des Vicontes & Ducz Mi-

rected by Thomas Willson; dedicated to King Edward VI. where mention is made of Sr. Jhon Cheke and Sr. Anthony Cook the King's schoolmaisters. A Latin Epigram of ten verses by Gualter Haddon the King's professor of Civil law at Cambridge.

(*a*) Hanc editionem Mario Savorniano Forojulien. patririo Veneto, Bellogradensium & Osopensium comiti dedicat Robortellus; qui se, præter suum manuscriptum, duobus aliis satis vetustis exemplaribus in Divi Marci bibliothecâ repertis adjutum fuisse scribit.

(*b*) Hanc editionem Mich. Vascosanus Jacobo Varadeo in supremo Parisiensi senatu regio consiliario dedicavit epistolâ datâ X. Cal Jun. M. D. LII. In Glareani annotation. fronte, *apud Michaelem Vascosanum & Audoenum Parvum*.

(*c*) Hunc tractatum conscripsit Carolus Stephanus, & regi Christianiss. Henrico II. dedicavit, epistolâ Gallicâ 1552. mense Augusto datâ.

Milan, le droict desquels appartient à la couronne de France; [par Charles Estienne] extraict en partie, du livre de Paulus Jovius, avec les pourtraicts d'aucuns desdicts Vicontes & Ducz; dedié par Charles Estienne à Anne, duc de Montmorency, pair, grand maistre & connestable de France: *chez Charles Estienne*. 4. — Paris. — 1552.

Les Memoires de Philippe de Comines: *par John Roigny* [Bibliothec. Bultell. tom. 2. p. 670.] *par Galiot du Pré* [Bibliotheq. du Verdier] fol. — Paris. — 1552.

Demosthenis Olynthiacæ orationes tres, Græcè: *apud Christianum Wechelum*. 4. — Paris. — 1552.

Ejusd. prima & secunda contra Aphobum, Græcè: *apud Martinum Juvenem*. 4. — Paris. — 1552.

Ejusd. quatuor contra Philippum, Latinè, Paulo Manutio Aldi filio interprete: *apud Guil. Morelium*. (*a*) 4. — Paris. — 1552.

Ejusd. & Æschinis Epistolæ, Græcè: *apud Christianum Wechelum*. 4. — Paris. — 1552.

Isocratis Oratio contra Sophistas, Græcè: *apud Guil. Morelium* 4. — Paris. — 1552.

Luciani Somnium seu Vita, Græcè & Latinè, Jacobo Micyllo interprete: *apud Thomam Richardum*. 4. — Paris. — 1552.

Anacharsidis Epistolæ, Græcè, & Latinè: *apud Guil. Morelium*. 4. — Paris. — 1552.

Ciceronis Brutus, cum Sebastiani Corradi commentario: *apud Laurentium Torrentinum ducalem typographum*. (*b*) fol. — Florent. — 1552.

Ejusd.

(*a*) Cum Manutii epistolâ ad Joannem Morvillerium Gallorum Regis consiliarium & apud Venetos oratorem datâ Venetiis M. D. XLIX.

(*b*) Ad calcem, Laur. Torrentinus lectorem affatur, jubétque expectare ejusdem Corradi Quæsturam, & commentarios in epistolas ad Brutum; *& nisi*, ait, *maxima hujus viri modestia, qui polliceri pauca, præstare verò multa semper solitus sit, cogeret me quoque in pollicendo esse restrictiorem, adderem & explicationes ad tres libros epistolarum ad Q. Fratrem; Orationem pro lege Maniliâ, domo suâ; & alia pleraque.*

Ejusd. liber de Fato, cum comment. Ad. Turnebi: *apud Adrianum Turnebum.* 4. Paris. 1552.

Ejusd. libri III. de Legibus, cum comment. Ad. Turnebi: *ex officinâ Adriani Turnebi, Græcarum literarum professoris & typographi regii.* (*a*) 4. *Calendis Jul.* Paris. 1552.

Ejusd. Lælius: *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* 4. Lutet. 1552.

Æschyli Tragœdiæ, Græcè: *ex officinâ Adriani Turnebi, typis regiis.* (*b*) 8. Paris. 1552.

Ejusd. Eædem, Græcè; & Græca in easdem Scholia, seorsim excusa, ex vetustissimis libris manuscriptis collecta, atque in hoc corpus redacta à Francisco Robortello Utinensi: *ex officinâ Erasmianâ Vincentii Valgrisii.* (*c*) 8. Venet. 1552.

Theocriti Idyllium primum Græcè, cum Græcâ paraphrasi & annotationibus Federici Jamotii: *apud Martinum Juvenem.* 4. Paris. 1552.

Joannis Brodæi Turonensis annotationes in Oppiani Cynegeticon libros IIII. Quinti Calabri Paralipomenon Homeri libros XIIII. Coluthi Thebani de Helenæ raptu librum unum: *per Ioannem Hervagium.* (*d*) 8. Basil. 1552.

Terentii Comœdiæ, ex emendatissimis ac fide dignissimis codicibus summâ diligentiâ castigatæ, versibus in suas dimensiones restitutis, ac

variis

(*a*) Hos commentarios Cardinali Odoni Castilionæo Adrianus Turnebus dedicavit.

(*b*) Ex Græcâ Ad. Turnebi ad Michaëlem Hospitalium epistolâ comperimus illum tres præcipuè priores tragœdias ex codice vetustissimo manuscripto Æmari Ranconeti castigâsse.

(*c*) Epistolam ad Marianum Savellum, Venetiis Idibus Novembris M. D. LI. datam Robortellus præmisit: in quâ de infinitis conqueritur erroribus, quibus erant inquinatæ Æschyli Tragœdiæ; eósque valde reprehendit, *qui veterum libros tam negligenter transcribendos & imprimendos curant, putántque se satis officio suo functos, si venustis typis excudant libros. Quamplurimi*, ait *reperiuntur libri, in quibus* [explicationes] *descriptæ leguntur; plures tamen, qui tres Æschyli tragœdias tantùm eo ordine, quo nunc extant, continent; nam reliquæ tres deinceps suo ordine collocatæ vix reperiuntur; paucáque earum, quod ego sciam, exemplaria habentur. Tu verò, Mariane nobilissime, antiquissimum ad me misisti librum, in quo tres hæ manu vetusti cujusdam ac bene docti hominis accuratè descriptæ fuerunt; cujus ope in primis omnia vulnera tam præclari poetæ sanavimus* &c.

(*d*) De Nic. Gerbelii ad Hervagium epistolâ lege *Annal. Typograph. Tom. 2. p. 215.*

variis lectionibus in margine appositis; cum eruditis variorum interpretum commentariis: *apud Joannem Roigny; excudebat Bendictus Prevotius.* fol. . . . Paris. 1552.

Horatii liber de Arte Poeticâ, Jacobi Grifoli Lucianensis interpretatione explicatus; nunc primùm post Florentinam editionem [*nempe ann.* 1550.] Lutetiæ impressus: *ex Typographiâ Matthæi Davidis.* 8. . . Lutet. 1552.

Ovidii Heroidum Epistolæ, & Auli Sabini responsiones, cum Guidonis Morilloni argumentis ac scholiis, & Jo Bapt. Egnatii observationibus; item Ovid. in Ibin: *ex officinâ Bouchetorum fratrum.* 8. . Pictav. 1552.

Marcelli Palingenii stellati poetæ Zodiacus vitæ: *apud Joannem Tornæsium & Guil. Gazeium.* 12. . . Lugd. 1552.

Catonis distichorum moralium libri IIII. *ex Typographiâ Matthæi Davidis.* 8. . . Lutet. 1552.

Stichostratia, sive Epigrammatum centuriæ quinque Joannis Girardi Divionensis apud Assonam dicastæ: *apud Mathiam Bonhomme.* (a) 4. Lugd. 1552.

Proverbia Gallicana à Joanne Ægidio Latinis versiculis traducta, correcta & aucta per H. Sussannæum: *ex officinâ viduæ Mauricii à Portâ.* (b) 8. . . Paris. 1552.

De Fœnicum literis, seu de prisco Latinæ & Græcæ Linguæ charactere, ejúsque antiquissimâ origine ac usu, commentatiuncula Guillielmi Postelli Barentonii: *apud Vivantium Gaultherot.* 8. . . Paris. 1552.

Lexi-

(a) In initio, gravis est querela de Delphino (quod fuerat primum authoris poëma) ante annos duos Lugduni adeò mendosè excuso, ut verè dicatur *in Typographia non correctorem sed corruptorem incidisse.*

(b) Hæc editio priori (1550, ex officinâ Prig. Calvarini) ita persimilis est, ut, exceptis tribus primis paginis, pagina paginæ & linea lineæ in utrâque editione respondeat.

Lexicon Græco-Latinum, ingenti vocum accessione, Jacobi Tusani Græcarum literarum professoris regii studio & industriâ locupletatum, scriptorúmque laudatorum auctoritate plurimis in locis illustratum, & à vitiis quibus scatebat vindicatum : *apud Carolum Guillard viduam Claudii Chevallonii, & Gulielmum Merlin.* (*a*) fol. Paris. 1552.

Dictionariolum puerorum, à postremâ editione, authorum productionibus, ac per multis loquendi formulis adauctum ; ad illustrissimum Principem atque ampliss. Cardinalem Lotharingium : *apud Carolum Stephanum.* (*b*) 4. *V. Cal. Maias.* Lutet. 1552.

Dictionarium Latino-Gallicum, postremâ hâc editione valde locupletatum : *apud Carolum Stephanum.* (*c*) fol. *Idibus Jul.* Lutet. 1552.

Index Librorum in hâc officinâ impressorum. (*d*) 8. Lutet. 1552.

Librorum per Joannem Oporinum partim excu-

(*a*) De hôc Lexico priùs, ubi fuit Carolæ Guillard mentio, dictum est.

(*b*) Loco insignis Typographici præfiguntur Cardinalis insignia.

(*c*) *Cardinali Carolo Lotharingio Carolus Stephanus S.* ——— *Eos aberrare existimo, qui quemadmodum de librorum indicibus, sic etiam de Gallico-latinis ac Latinogallicis dictionariis magnopere conqueruntur: quibus hoc commentum placet, ut quemadmodum Typographiam, sic etiam indices ac dictionarios, negligentia potiùs quàm eruditionis bonarum literarum sectatoribus ansam præbere dicant. Sed quî fieri potest, ut unus homo tot libris, qui de rebus adeò diversis à gravissimis authoribus ad hanc usque diem scripti sunt, perlegendis sufficere unquam possit?* ——— *Quis labor describendis aut sumptus coëmendis omnium authorum voluminibus satisfuerit?* ——— *Sed tantùm abest, ut ejus sis sententiæ, ut nostram Typographiam maximis ab Henrico rege impetratis privilegiis insignem feceris, copiosissimos in Ciceronem institutos indices propensissimo studio sis amplexus. quos ut propediem absolutos cernas, id verò à summo rerum omnium opifice vehementissimè contendo. Interea Latinogallicum hoc dictionarium, post puerorum dictionariolum tandem absolutum, veluti melioris laboris nostri pignus accipies: eóque Remensis academiæ tuæ juventutem frui tantisper sines, dum absoluto Latinogræco, ac Ciceronis operibus, magnum illum Latinæ Linguæ Thesaurum renovare nobis licebit. Vale Ex tuâ Typographiâ Idib. Jul. M. D. LII. Tuâ*, ait Car. Stephanus, *Typographiâ*, ob patrocinium, quo eum Cardinalis dignabatur; nescio enim, an Cardinalis unquam Typographeion sibi proprium instruxerit, eíque præfecerit Carol. Stephanum, qui regiæ Typographiæ tunc inserviebat. Præterea Claudium Calderium Caroli Lotharingi Cardinalis in Rhemorum Academiâ Typographum fuisse constat ex editione Cicer. Rhetoric. ann. 1553. in 8.

(*d*) De hôc indice lege *Annal. Typograph. Tom. 2. p.* 463. & 522.

cusorum hactenus, partim in ejusdem officinâ venalium, Index, singulis ad ordinem alphabeticum redactis, & adjectâ impressionis formâ. 8. Basil. 1552.

Novum Testamentum, Graecè, cum variantibus lectionibus & mutuis testimoniis ad marginem appositis ac summis rerum, quae singulis capitibus continentur, additis; sinè recenti versuum distinctione: *apud Joannem Crispinum.* (*a*) 12. *Octavo Februarii.* .... 1553.

Nov. Testament. Graec. Lat. Erasmi. (*b*) 8. Basil. 1553.

Nov. Testament. Latin. ex Seb. Castalionis versione. (*c*) 8. Basil. 1553.

Nov. Testament. Latin. cum indice Evangeliorum & Epistolarum, juxta consuetudinem ecclesiae Parisiensis & Romanae: *apud Carolum Stephanum.* 12. Paris. 1553.

Idem: *apud Joannem Frellonium.* (*d*) Lugd. 1553.

Bi-

(*a*) *Joannes Crispinus pietatis studiosis S.* ——— *Quâ in re* [scil. in Evangelio illustrando] *non postremi esse debent Typographi, atque imprimis illi qui religionis Christianae sunt studiosi, qui quum propositam hic habent praestantissimam materiam, in quâ poliendâ ornandâque omnem suam industriam atque artem explicent, tum verò eum officii, pietatis studiique sui fructum, quo nullus aut ad laudem ac commendationem institutae artis, aut ad consolationem animi rationémque salutis major quaeri aut percipi potest. Quare quum me Deus è profundis illis tenebris εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς vocâsset, ac relictâ fori ambitiosâ consectatione, ad hanc Typographicam palaestram Reipub. ac Ecclesiae inprimis opportunam devocâsset, fecissétque nobis hic tam luculenta otia; nihil antiquius habui, quàm ut quaecunque vel adjumenta vel ornamenta ex hâc nostrâ arte atque officinâ proficisci possent, in eam praecipuè doctrinam conferrem. Duo autem mihi hôc tempore proposita effectáque fuerunt, ut hic liber & eo sermonis genere impressus in lucem prodiret, quo ab ipsis Evangelistis atque Apostolis scriptus est, & eâ magnitudine, quâ commodissimè ferri possit. quorum alterum in linguâ Graecâ habet rectam & certam viam ad eos fontes, unde aquae perennes ac salutares manare solent; alterum, etiam commoditatem in formâ libri modicâ, & ad ferendum & ad legendum non aspernandam. Contulimus praeterea in eodem libro imprimendo quum varias codicum lectiones, tum verò etiam annotavimus mutua testimonia seu consimiles Scripturae locos, qui invicem collati lucem dare & conferre possunt. Apposuimus etiam suis quibusque capitibus Latinorum more separatis τὰ κεφάλαια, quibus ea, quae & ab Evangelistis fusius commemorata sunt, & ab Apostolis copiosius disputata ac demonstrata, breviter summatimque proponuntur. Capitum insuper numerum juxta Graecorum divisionem, atque etiam τῶν στίχων enumerationem, nequid deesset, addidimus.* &c. In fine, adjecit erratorum quadraginta indicem.

(*b*, *c*, *d*) Long. Bibliothec. Sacr.

Biblia Gallica Genevensia : *apud Joannem Gerard.* (*a*) 4.	Genev.	1553.
Et *sub insigni Palmæ.* (*b*) 8.	Genev.	1553.
Et *apud Adamum & Joannem Riveriz.* (*c*) 3 vol. in 12.	Genev.	1553.
Ead. cum præfat. S. Hieronymi, 5 vol. *apud Joannem de Tournes.* (*d*) 16.	Lugd.	1553.
La Bible: *L'Olivier de Robert Estienne.* (*e*) fol. *le IX. Juin.*	....	1553.
Le Nouveau Testament, & la table des Evangiles & Epistres, selon l'usage de Rome, Paris & Meaux: *par Jean Frellon.* (*f*) 12.	Lyon.	1553.
Nov. Testament. Gallic. Genevense ex recognitione Calvini: *chez Bosc & Gueroult.* (*g*) 16.	Genev.	1553.
Biblia Italica Malermi. (*h*) fol.	Venet.	1553.
Nov. Testament. Italic. (*i*) 12.	Venet.	1553.
Biblia Veteris Testamenti Hispanica Judæis-Hispanis interpretibus; Biblia en lengua Espannola traduzida palabra por palabra de la verdad Hebrayca por muy excellentes letrados, vista & examinada por el officio de la Inquisicion: *sumptibus Yom Tob Arias.* (*k*) fol.	Ferrar.	1553.
Psalmi, Hispanicè. (*l*) 12.	Ferrar.	1553.
Nov. Testament. Germanicè: *Vander Meulen.* (*m*) 8.	Colon.	1553.
Exodus, Germanicè, literis Hebræo-Germanicis. (*n*) 4.	Prag.	1553.

Bi-

(*a*, *b*, *c*, *d*) Long. Bibliothec. Sacr.

(*e*) De hâc Gallicâ Bibliorum editione lege *Histor. Stephanor pag.* 80.

(*f*) Cum figuris, de quarum unâ Diabolum monachali cucullo amictum exhibente antea dictum est, ubi Frellonii notitiam dedi. Id eò magìs miror, quòd illud Testamentum ad usum non Genevensium, sed ecclesiarum Romanæ, Parisiensis Meldensísque conformatum fuisse Evangeliorum & Epistolarum tabula testetur.

(*g*, *h*, *i*, *k*, *l*, *m*, *n*) Long. Bibliothec. Sacr.

Biblia Belgicè: *apud Gravium.* (*a*) fol. Antv. 1553.

Nov. Teſtament. Belgicè. (*b*) 8. Antv. 1553.

Nov. Teſtamentum Linguâ Harvatſehim ſive Croaticâ, characteribus Cyrillianis, interprete Primo Trubero cum ejus præfatione Germanicâ Maximiliano regi Bohemiæ &c. nuncupatâ: *apud Georgium Gruppenbachium.* (*c*) 4. Tubing. 1553.

Biblia Anglicana, per Mileſium Coverdale: *apud Richardum Grafton.* (*d*) 4. Lond. 1553.

Et *apud E. Whitchurch.* (*e*) fol. Lond. 1553.

SYNESII epiſcopi Cyrenes opera, GRÆCÈ; ex bibliothecâ regiâ: *ex officinâ Adriani Turnebi; typis regiis* (*f*) fol. *Cal. Aug.* Lutet. 1553.

GREGORII PALAMÆ Archiepiſcopi Theſſalonices proſopopoeïa mentis corpus accuſantis, & corporis contrà ſe defendentis, itémque judicum ſententia, GRÆCÈ, ex bibliothecâ regiâ: *ex Adriani Turnebi officina.* Et ſeorſim LATINÈ: *excudebat Guilielmus Morelius.* 4. *Nonis Octob.* Paris. 1553.

Philonis Judæi libri quatuor, de mundi fabricatione, de decem præceptis, de magiſtratu deligendo, de officio judicis; LATINÈ jam primùm converſi, Joanne Chriſtophorſono Anglo interprete: *excudebat Joannes Verwithagen, Typographus juratus, & à Caſ. Majeſtate admiſſus.* (*g*) 4. Antverp. 1553.

Joan.

(*a, b, c, d, e*) Long. Bibliothec. Sacr.

(*f*) Præmittitur Græca Turnebi epiſtola ad Lancilotum Carlum Epiſcopum Regienſem

(*g*) *Errata quoque ferè quadringenta, quæ in eiſdem quatuor libris nuper Pariſiis Græcè impreſſis ex collatione exemplarium manuſcriptorum deprehenſa ſunt, notata correctaque, & in fine voluminis poſita.* Præfiguntur Petri Nannii & Achillis Statii carmina in Chriſtophorſoni laudem: dein ad Trinitatis Collegium Cantabrigienſe Joan. Chriſtophorſoni ejuſdem Collegii ſodalis epiſtola dedicatoria. *Ego*, inquit, *cùm eſſem in Italiâ, peregrinos libros & monumenta veterum ſcriptorum, quæ nondum in lucem prodierant, quæque in bibliothecis condita erant, perſcrutari cœpi.* —— *Quamobrem dum in his perſcrutandis tenebar occupatus, cùm alia nonnulla, tum opera Philonis, quæ ad hoc tempus quaſi in tenebris jacuerant, fortè fortunâ Venetiis,* in

in bibliothecâ D. Marci, quæ est libris Græcis cujusque generis instructissima, reperi. Cujus authoris describendi mihi permagno studio flagranti, Henricus Scrivingerius, juris civilis peritissimus & diligentissimus investigator antiquitatis, exemplar, quod ipse paulò antè ex eâdem bibliothecâ describendum curaverat, lubens utendum dedit. ——— Petrus Contarenus patritius Venetus me apud Andream Franciscum summum Venetiarum cancellarium in magnâ gratiâ posuit. A quo quidem (præerat enim id temporis bibliothecæ illi, quam suprà dixi.) non solùm tria exemplaria Philonis, verùm etiam aliorum authorum, quos volebam, nonnulla consecutus sum. ——— Neque his quidem contentus eram exemplaribus; sed aliud præterea nactus sum à Petro Francisco Zino Veronensi, amico mihi longè charissimo ——— Istorum igitur virorum subsidiis adjutus, amplius quinquaginta libros Philonis mihi comparavi. ——— Cùm jam tandem Lutetiæ sit Græcè impressus, deinde non difficile factu fuerit, quàm præclarus scriptor sit, cognoscere, hominibus præsertim Linguæ Græcæ peritis. Qui quidem author si tam emendatus in manus hominum venisset, quàm est elegantibus characteribus impressus, multò majorem voluptatem esset allaturus. Sed sunt in exemplari impresso tam multa errata, ut verear, ne lectorum ingenia in eo evolvendo admodùm torqueantur. Nam mihi hos quatuor libros solùm cum exemplari manu descripto conferenti quadringenta ferè loca corrupta se obtulerunt; in quibus nonnulla verba vel desiderabantur, vel mutata erant, vel minùs rectè integréque posita, quæ quidem omnia curabo adjicienda, quò fidem meam ineâ re liberem. Neque velim quenquam existimare, hoc eo consilio à me factum esse, ut alicujus vel commoda retardem, vel famam lædam; siquidem illis, qui hoc opus ediderunt, & laus, meâ quidem sententiâ, ab omnibus tribuenda est, quòd tam egregium authorem è tenebris in lucem vocârint, & venia erratis danda, quòd exemplaria ipsis haud satis correcta suppeterent. ——— Mihi in veteribus scriptoribus tum convertendis, tum emendandis ea religio & est & semper fuit, ut nihil de meo addere voluerim, nihil confingere; sed cùm munere fungerer interpretis, sententiam authoris verè exprimere; cùm autem correctoris, exemplaria impressa cum manu descriptis diligenter conferre laborârim. ——— Cùm mihi significatum esset, alios quatuor Philonis libros, unum de homine civili sive de Joseph, tres de vitâ Moysis à Petro Francisco Zino, viro utriúsque Linguæ literatè perito, disertissimè conversos esse, eúmque plura ejusdem authoris opera habere in manibus ad convertendum; hujus labores in hôc scriptore positos unà cum meis (totum quidem authorem inter nos quasi partientes, Deo nostris vigiliis opem ferente, interpretabimur) in uno volumine conjungendos curabo, ut quicquid scripti extet Philonis, Latinè tandem reddatur. Interim verò historiam ecclesiasticam Eusebii, Socratis, Theodoriti, Sozomeni & Evagrii, à me correctam & Latinè versam, ad Calend. Junii prælo committam. In quâ certè Græcè impressâ tot loci depravati sunt, ut singuli ferè versus singula errata contineant. Atque non verba solùm sæpissime, sed haud rarò integræ etiam sententiæ, & interdum integræ ferè paginæ desiderantur. Quæ quidem omnia adjumento multorum veterum exemplarium manu descriptorum, quibuscum exemplar impressum contuli, à me non sinè maximo labore & emendata sunt, & in integrum restituta. Porrò orationes quasdam, quæ nec Græcè sunt nec Latinè adhuc impressæ, eidem historiæ adjunxi. ——— In eâ Latinè reddendâ secutus sum Cæsarem, Salustium, & interdum Livium, narrationes quoque Ciceronis, quæ sunt longè elegantissimæ. &c. *Valete. Levanii. XI. Cal. Martii. anno* 1553. Idem lectori. ——— *Ubi hi libri fuere impressi, cœpi eos attentiòre studio perlegere, ínque singulas sententias, imò verò in singula ferè verba inquirere, ut si quid aut à me per imprudentiam, aut à Typographo (quod sæpissime solet accidere) per incuriam erratum esset, maturè, antequam opus exiret, corrigendum curarem. Errata majoris momenti ac ponderis partim meâ ipsius manu emendata sunt, partim asteriscis, quos adjiciendos curavi, indicata. Errata levioris momenti tu ipse facillimè sinè asterisco indice animadvertes.* &c. Tum sequitur index erratorum. Idem ad libri calcem sic lectorem affatur. *Errata in his libris Græcè impressis deprehensa hôc loco ponimus; non eo consilio, ut quenquam deterreamus à libro Græco vel emendo vel evolvendo, qui est tam elegantibus characteribus impressus, sed ut ——— ostendamus cur non rarò in nostrâ interpretatione ab eodem dissenserimus.* ——— *Idem*

Joan. Arborei Explanationes in Paulum : *apud Joannem Roigny*. (*a*) fol. . Paris. 1553.

Evangel. Matth. Marc. Luc. & in eadem commentarii ex ecclesiasticis scriptoribus collecti; Novæ glossæ ordinariæ specimen; authore Roberto Stephano : *Olivâ Roberti Stephani*. (*b*) fol. *Idib. Jan.* . ... 1553.

Evangel. Johan. cum commentario Calvini : *Olivâ Roberti Stephani*. fol. *Cal. Ian.* .... 1553.

In quatuor Evangelia perpetuæ Martini Buceri Enarrationes : *Olivâ Roberti Stephani*. (*c*) fol. . . .. 1553.

De vero verbi Dei, Sacramentorum & Ecclesiæ Ministerio libri duo; de adulterinis Sacramentis liber unus; de adulterato Baptismi Sacramento, & de sanctorum oleorum usu & consecrationibus liber unus; de adulteratâ Cœnâ Domini, & de tremendis sacræ Missæ mysteriis libri sex; de theatricâ Missæ saltatione cento ex veteribus poëtis Latinis consarcinatus; authore Petro Vireto : *Olivâ Roberti Stephani*. fol. *XIIII. Cal. Iulii.* . . .. 1553.

Institutio Christianæ Religionis, Johanne Calvino authore : *Olivâ Roberti Stephani*. fol. *Prid. Non. Febr.* . ... 1553.

Catechisme par Jehan Calvin : *L'Olive de Robert Estienne*. 8. . .. . 1553.

La forme des prieres Ecclesiastiques; avec la ma-

Idem etiam facturus sum, Deo juvante, in cæteris Philonis libris. &c. Eò longiùs hìc immoratus sum, quòd operæpretium duxerim, criticis recentibus Christophorsonum, tanquam summum diligentiæ, fidelitatis, modestiæ & singularis (quæ in illo hominum genere rara est) in alienis laboribus vellicandis continentiæ exemplar, proponere.

(*a*) Bibliothec. Cordesian. pag. 9.

(*b*) Fini adjicitur Andr. Osiandri harmonia Evangelica. Ex Rob. Stephani epistolâ præfixâ discimus, eum octo & decem abhinc annis & eo amplius Glossæ ordinariæ editionem, sed frustra, molitum fuisse; eísque theologos plùs obfuisse quàm profuisse.

(*c*) Præmittitur Martini Buceri ad Edoardum Foxum episcopum Herephordensem epistola data Argentinæ X. Cal. Sept. M. D. XXXVI.

maniere d'administrer les Sacremens, & celebrer le mariage, & la visitation des malades: *L'Olivier de Robert Estienne.* 8. . ... 1553.

Wolfg. Musculi in Decalogum explicatio: *per Ioan. Hervagium.* 8. . Basil. 1553.

Exomologesis Deo Opt Max. carmen: *apud Joannem Latium, typis Ægid. Diesth* 4. Andoverpæ. 1553.

Francisci Connani Parisiensis consiliarii regii, ac supplicum libellorum in regiâ magistri commentariorum Juris civilis Libri decem, duobus seorsim tomis comprehensi; cum Barthol. Faii regii Lutetiæ consiliarii præfatione ad F. Olivarium Franciæ cancellarium de totius juris œconomiâ: *ex officinâ Typographicâ Michaelis Vascosani.* fol. . . Lutet. 1553.

Placitorum summæ apud Gallos curiæ libri XII. per Joannem Lucium Parisiensem Caterinæ Augustæ à rebus procurandis primarium: *apud Carolum Stephanum.* fol. . Lutet. 1553.

Petri Bellonii Cenomani de aquatilibus libri duo, cum iconibus ad vivam ipsorum effigiem, quoad ejus fieri potuit, expressis: *apud Carolum Stephanum.* (a) Oblong. . Paris. 1553.

Ejusd. de admirabili operum antiquorum & rerum suspiciendarum præstantiâ liber primus, de medicato funere liber secundus, de medicamentis nonnullis servandi cadaveris vim obtinentibus liber tertius; ad cardinalem Franciscum

Tur-

(a) *Carol. Stephanus lectori S. Venit ad me superioribus diebus Petrus Bellonius, novarum atque abditarum rerum apprime studiosus, cui patronum ac Mecœnatem Crassum aliquem exoptaverim, ut arduos ejus conatus (sunt enim magni admodum sumptûs) impensè adjuvet. Is mihi præter avium, quadrupedum, serpentum ac plantarum quarundam icones, mutilam quandam piscium historiam ostendit. superi atque inferi maris miracula referentem. —— Horum pulchritudine vehementer illectus —— facere non potui, quin prelum meum & operam meam vehementiùs expetenti protinus concederem. &c. Itaque non solùm characteres atque officinam meam, verùm etiam in conscribendis ac disponendis aquatilium libris omnem operam concessi: hócque maximè studui, nequid in eis confusum, aut præter decorum, perperam inculcatum esset &c* Hunc librum Bellonius Cardinali Castillionæo dicavit.

Turnonium: *in bibliothecâ Egidii Corrozet.* (*a*) 4. 8. *Iulii.* Paris. 1553.

Ejusd. de arboribus coniferis; ad Franc. Olivarium Franciæ cancellarium: *in bibliothecâ Egidii Corrozet* 4. Paris. 1553.

Apophthegmata septem sapientum, Latinè: *apud Guil. Morelium.* 8. Paris. 1553.

Platonis Phædo sive de animo; Græcè: *apud Adr. Turnebum.* 4. Paris. 1553.

Idem, Gallicè, per Ludovicum Regium. (*b*) 4 Paris. 1553.

Theophrasti de Igne, liber, Latinè, Adr. Turnebo interprete; cum ejusd. annotatiunculis: *apud Adrianum Turnebum.* (*c*) 4. Paris. 1553.

Aristotelis opera, Græcè, sex voluminibus, curante Camotio: *apud Aldi filios, expensis nobilis viri Federici de Turrisanis eorum avunculi.* 8. Venet. 1553.

Pet. Rami Aristotelicarum animadversionum liber nonus & decimus in posteriora analytica: *apud Carolum Stephanum.* 8. Paris. 1553.

Les Ethiques d'Aristote à son filz Nicomaque, nouvellement traduittes de Grec en Francois par le Plessis gentilhomme de la maison de Jacques de Hamylton conte d'Aran: *imprimé chez M. de Vascosan.* 4. Paris. 1553.

Plinii Naturalis Historiæ liber Septimus, de Homine; ad vetustos codices collatus, & plurimis locis adhibito judicio diligenter emendatus: *apud Thomam Richardum.* 4. Paris. 1553. Paris. 1553.

Orontii Finæi canonicum Astronomicorum libri duo: *apud Michaelem Vascosanum.* 4. Lutet. 1553.

Ejusd.

(*a*) Privilegium Ægidio Corrozet soli conceditur; aliqua tamen exemplaria Prevotii nomine signari comperio ex Bibliothecâ Bultell. part. 2. pag. 936. Nec mirum quidem, nam Corrozeto Prevotius excudere solebat.

(*b, c*) Ad calcem, *Excudebatur Lutetiæ Parisiorum M. D. LII. Pridie Cal. Januar.*

Ejusd. de duodecim cœli domiciliis, & horis inæqualibus libellus : *apud Michaelem Vascosanum*. 4.	Lutet.	1553.
Procli Sphæra, Latinè Tho. Linacro interprete; cum annotatiunculis, ex publicis prælectionibus Jacobi Tusani, exceptis : *apud Martinum Iuvenem*. 4.	Paris.	1553.
Le Prince de Nicolas Machiavelle Secretaire & citoien de Florence, traduit d'Italien en Francois par Guillaume Cappel : *chez Charles Estienne*; [*avec privilege* (*a*)] 4.	Paris.	1553.
Herodoti Clio, Græcè : *Excudeb. Christianus Wechelus*. 4.	Paris.	1553.
Le Siege de Mets, en l'an M. D. LII. dedié au Roy par Berthelemy de Salignac : *chez Charles Estienne*. 4.	Paris.	1553.
De bello Melitensi Nicolai Villagagnonis commentarius : *apud Carolum Stephanum*. 4. *Calendis April*.	Paris.	1553.
Idem, Gallicè : *chez Charles Estienne*. 4.	Paris.	1553.
Commentarii Vincentii Lupani de Magistratibus & præfecturis Francorum ; ad Jacobum Brollatum Archiepiscopum Arelatensem ; aucti & recogniti : *apud Gulielmum Nigrum*. 4.	Paris.	1553.
La Guide des chemins de France, reveue & augmentée pour la troisiesme fois ; les fleuves de France, aussi augmentez : *chez Charles Estienne*. 8.	Paris.	1553.
Epistola regis Christianissimi ad amplissimos sancti imperii ordines : *apud Carolum Stephanum*. 8.	Paris.	1553.
Instructions sur le faict de la guerre &c. *de l'imprimerie de Michel de Vascosan*. (*b*) 8.	Paris.	1553.

Pauli

(*a*) Hæc verba [*avec privilege*] in nonnullis exemplaribus omittuntur.
(*b*) De hôc libro ejúsque authore lege, quid scripserim ad editionem anni 1549.

Pauli Jovii historiarum sui temporis tomus primus, libros XXIIII complectens : *ex officinâ Typographicâ Michaelis Vascosani*. fol.	Lutet.	1553.
L'Histoire des Indes de Portugal, escripte par Fernand Lopes de Castanneda en Portugais, & traduitte en Francois par Nicolas de Grouchy : *impr. par Michel Vascosan*. (*a*) 4.	Paris.	1553.
Audomari Talæi Rhetorica : *apud Ludovicum Grandinum ; excudebat Martinus Juvenis*. 8.	Lutet.	1553.
Luciani Parasitus, Græcè : *ex officinâ Christiani Wecheli*. 4.	Paris.	1553.
Dionis Chrysostomi Prusaënsis Sophistæ, Orationes quinque, scil. de lege, de consuetudine, & tres de fortunâ ; Græcè : *excudebat Christianus Wechelus*. 4.	Paris.	1553.
Isocratis Orationes & Epistolæ, de Græco in Latinum pridem conversæ, nunc recognitæ, per Hieronymum Wolfium Oetingensem : *ex officinâ Michaëlis Vascosani*. 8.	Lutet.	1553.
Ciceronis Rhetoricorum libri ad Herennium, & de Inventione : *Excudit Claudius Calderius Caroli Lotharingi Cardinalis Typographus*. 8.	in Rhemorum Academiâ.	1553.
Ejusd. de Oratore dialogi tres, Audomari Talæi explicationibus illustrati : *apud Carolum Stephanum*. 4.	Paris.	1553.
Ejusd. pro C. Rabirio oratio, cum Adr. Turnebi commentario : *apud Adr. Turnebum*. (*b*) 4.	Paris.	1553.

Ejusd. Oratio in Vatinium, cum argumento

Xico-

(*a*) Bibliotheq. du Verdier.

(*b*) *Adr. Turnebus lectori. Jam olim hunc commentarium elucubraram, ignarus à F. Sylvio omnium Ciceronis interpretum diligentissimo & doctissimo explicatam esse* hanc orationem : *quem cùm evulgare pararem, collega mei Petri Rami, hominis philosophiam & eloquentiam unâ professione complexi, prodeunt commentarii : audióque eodem tempore accuratissimam Sylvii enarrationem extare. His ego deterritus meum commentarium in perpetuum supprimere decreveram Tandem tamen aliquando ne ista opera, qualiscunque est, periret, publicare eum malui, quàm segni & inerti situ in adversariis meis jacentem sinere corrumpi : cui orationis etiam argumentum ex Dione præscripsi.* &c.

Xiconis Polentoni & scholiis Barth. Latomi : *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* 4. Lutet. 1553.

Ejusd. de lege Agrariâ Orationes tres, Pet. Rami prælectionibus illustratæ : *apud Ludovicum Grandinum.* (a) 4. Lutet. 1553.

Ejusd. in Catilinam Orationes quatuor, Pet. Rami prælectionibus illustratæ : *apud Ludovicum Grandinum.* 4. Lutet. 1553.

Ejusd. eædem cum iisdem : *apud Carolum Stephanum.* 4. Lutet. 1553.

Ejusd. Lælius : *apud Michaëlem Vascosanum.* 4. Lutet. 1553.

Ejusd. Academicarum Quæstionum liber primus cum commentariis Adr. Turnebi : *apud Adrianum Turnebum.* 4. *Calendis Augusti.* Lutet. 1553.

Leodegarii à Quercu animadversiones in Rullianos Pet. Rami commentarios : *apud Michaëlem Vascosanum.* 4. Lutet. 1553.

Orazione di M. Claudio Tolommei, ambasciator di Siena, recitata dinanzici ad Henrico II. Christianissimo Re di Francia : *appresso à Carlo Stephano, stampator di sua M. Christianiss.* 4. Parig. 1553.

L'Oraison du Seigneur Claude Tolommei ambassadeur de Siene, prononcée devant le roy à Compiegne, au mois de Decembre l'an 1552. traduitte d'Italien en Langue Francoyse : *chez Charles Estienne.* 4. Paris. 1553.

Sententiosa poëtarum vetustissimorum, quæ supersunt, opera ; viz. Theogn. Phocyl. Pythagor. Solon. Tyrt. Naumach. Callimach. Mimnerm. Even. Rhian. Eratosth Panyas. Lin. Menecrat. Posidip. Metrodor Simonid. Græcè : *apud Adr. Turnebum, typis regiis.* 4. Paris. 1553.

Eadem omnia versibus Latinis à variis inter-

preti-

(a) Ad finem ; *Excudebat Ludovicus Grandinus prid. Calend. Novemb.* 1552.

pretibus reddita: *apud Guil. Morelium.* (*a*) 4. *Calendis Augusti.* Paris. 1553.

Theocriti poëmata, Græcè, cum Græcis scholiis antiquis, & scholiis Joach. Camerarii; eadem Latino carmine reddita, Helio Eobano Hesso interprete: *ex officinâ Petri Brubacchii.* 8. Francof. 1553.

Sophoclis Tragœdiæ, Græcè; cum Græcis Demetrii Triclinii scholiis seorsim: *apud Adrianum Turnebum, typis regiis.* (*b*) 4. [ad calcem, *excudebatur IX. Cal. Jan. M. D. LII.*] Paris. 1553.

Terentii Phormio: *apud Vascosanum.* 4. Lutet. 1553.

Horatii Odarum libri quatuor; & Epistolarum libri duo, seorsim: *apud Vascosanum.* 4. Lutet. 1553.

Ejusd. liber de Arte Poeticâ, cum commentariis Achillis Statii: *apud Martinum Nutium.* 4. Antv. 1553.

Persii Satyræ, Joanne Murmellio scholiaste; cum Hermanni Buschii Epistolâ primæ Satyræ explanatrice: *ex officinâ Christiani Wecheli.* 8. Paris. 1553.

Jani Pannonii Quinqueecclesiensis episcopi poëmata; & nonnulla Lazari Bonamici carmina: *apud Gualterum Scottum.* 8. Venet. 1553.

Lucii Francisci Ducatii Trecæi præludiorum libri tres: *apud Joannem Caveiller.* (*c*) 8. *XIII. Febr.* Paris. 1553.

Simonis Nanquerii de lubrico temporis curriculo carmen cum commentario familiari; & bucolicon de funere Caroli octavi: *ex Typographiâ Matthæi Davidis.* 8. Paris. 1553.

Jacobi Schœpperi presbyteri Tremoniani duæ sa-

(*a*) Incidi fortè in dissutas quasdam schedas illius gnomologiæ Græcæ, in quibus continebantur Phocylidis poëma & aurea Pythagoræ carmina; in 4. quæ diversæ erant editionis, charactere quidem paulò minutiore, sed elegantissimo; qualique Guil. Morelius in excudendis quibusdam authoribus (E. G. Theocrit. ann. 1561.) usus est.

(*b*) Hanc editionem Turnebus epistolâ Græcâ nuncupat Æmaro Ranconeto præsidi, cujus exemplari adjutus Sophoclem editione donavit, qualem (ut ait) Tragicorum nullus fuerat hactenus adeptus.

(*c*) Privilegium Benedicto Prevotio conceditur.

sacræ comœdiæ, Jacob fœlicitatis, & Ovis perdita: *per Joannem Oporinum* 8.	Basil.	1553.
De re vestiariâ, vasculariâ & navali, ex Bayfio; authore Carolo Stephano: *apud Carolum Stephanum*. 8.	Paris.	1553.
Jo. Baptistæ Pignæ carminum libri quatuor, & tres Cœlii Calcagnini, & duo Ludovici Areosti: *ex officinâ Erasmianâ Vincentii Valgrisii*. 8.	Venet.	1553.
Pet. Victorii Variarum lectionum libri viginti quinque: *Excudeb. Laurentius Torrentinus*. fol.	Florent.	1553.
Hephæstionis Alexandrini Enchiridium de metris & poëmatibus, Græcè, cum Græcis scholiis: *apud Adrianum Turnebum; typis regiis*. 4.	Paris.	1553.
Basilii Magni de grammaticâ exercitatione liber; & Antonii Lulli in eundem præparatio; ejusdémque Lulli ad Claudium à Bauma Archiepiscopum Besuntinum epistola; Græcè: *ex officinâ Joannis Oporini*. 8. *Mense Maio*.	Basil.	1553.
Alphabetum Græcum: *apud Thomam Richardum*. (*a*) 8.	Paris.	1553.
Compendium Joan. Despauterii de syllabarum quantitate per Joan. Pellissonem excerptum; & appendix ejusdem Pellissonis de accentibus: *ex officinâ Simonis Calvarini, in vico Bellovaco, ad Virtutis insigne*. 4.	Lutet.	1553.
Principes de la langue Latine: *par Charles Estienne*. 8.	Paris.	1553.
Dictionarium historicum ac poëticum; omnia gentium, hominum, locorum, fluminum, ac montium antiqua recentioráque ad sacras ac prophanas historias poëtarúmque fabulas intelligendas necessaria vocabula bono ordine complectens: *curâ ac diligentiâ Caroli Stephani*. (*b*) 4. *Prid. Non. Decemb.*	Lutet.	1553.

Bi-

(*a*) Ad finem, *Excudebat Thomas Richardus* 1552.

(*b*) *Carol. Stephanus lectori S. Historicum hunc indicem omnium, quæ hactenus prodie-*

Biblia Latina Vulgata. (*a*) 8.	Basil.	1554.
Eadem, cum figuris *vulgò du petit Bernard : apud Joannem Tornæsium.* (*b*) 8.	Lugd.	1554.
Eadem, ex Hebræo, per Castalionem, cum ejusdem annotationibus : *apud Joannem Oporinum.* (*c*) fol.	Basil.	1554.
Nov. Testament. Latin. cum scholiis Joan. Benedicti : *apud* PHILIPPUM RITHOVEUM. (*d*) 12.	Paris.	1554.
Nov. Testam. Lat. *apud hæredes Carolæ Guillard.* (*e*) 24.	Paris.	1554.
Idem, Erasmi. (*f*) 16.	Tigur.	1554.
Psalter. Lat. Gallic. *typis Simonis du Bosc & Guilielmi Geroult.* (*g*) 18.	Genev.	1554.
Biblia Gallica Genevensia : *chez Francois Perrin.* (*h*) fol.	Genev.	1554.
Eadem : *de l'imprimerie de Jean Crispin.* 4.	Genev.	1554.
Et cum præfatione S. Hieronymi : *chez Jean de Tournes.* (*i*) fol.	Lugd.	1554.
Et (*k*) 8.	Genev.	1554.
Nov. Testam. Gallic. Fabri : *apud Joan. Gymnicum* (*l*) 8.	Antv.	1554.
Et *apud Jac. Liesvelt.* (*m*) 16.	Antv.	1554.

Nov.

dierunt, dictionariorum longè locupletissimum —— *plurimum jucunditatis ac facilitatis allaturum tibi persuadeas velim:* —— *à fratre* [scil. Roberto Stephano, vid. ann. 1535.] *jam pridem inchoatum laborem, atque à nobis nunc demum, quàm diligentissimè fieri potuit, dispositum, ac multùm locupletatum* &c. *Sacra prophanis, recentia veteribus, verisque fabulosa,* —— *pudicis obscœna, receptis obsoleta permiscentur.* — *Id enim est indicis proprium nihil, quoad fieri potuit, omisisse.* —— *Dum in historiarum explicatione, præter ea, quæ propria vocantur, nomina, etiam res ipsas significare oportuit; fieri non potuit, quin cum pudicis ac sacris nonnulla etiam parum pudica explicarentur: qualia sunt poëtica permulta, quibus utinam nobis carendum esset.* —— *Hoc denique tibi bonâ fide pollicemur, nihil hic esse, quod Christianam (cum quâ non esse jocandum satis scimus) religionem, aut principum authoritatem, doctiorúmque famam ullâ ex parte labefactare possit. Vale.*

(*a b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m*) Long. Bibliothec. Sacr.

Nov. Testam. Gallic. Genevense: *apud Conradum Badium.* (*a*) 8.	Genev.	1554.
Biblia Germanica Lutheri. (*b*) fol.	Embdæ.	1554.
Biblia Saxonica. (*c*) fol.	Magdeburg.	1554.
Biblia Helvetica: *apud Andream Gesnerum.* (*d*) fol.	Tigur.	1554.
Precationes aliquot celebriores è sacris Bibliis desumptæ, Hebraïcè, Græcè & Latinè; adjectis benedictionibus, canticis, & si qua alia ejusdem sunt generis: *apud Martinum Iuvenem.* 12.	Paris.	1554.
Evangelia & Epistolæ Dominicorum festorúmque dierum, eo, quo in templis legi consueverunt, ordine à Bibliis collecta; Græcè: *apud Ioannem Gymnicum.* (*e*) 8. *Mense Octobri.*	Antv.	1554.
Precationis Dominicæ expositio, per Germanum archiepiscopum Constantinopolitanum, ex historiâ ejus Ecclesiasticâ desumpta, Græcè, & Latinè Adamo Lonicero interprete: *apud Christianum Egenolphum.* (*f*) 8.	Francof.	1554.

Typus Messiæ & Christi Domini ex veterum prophetarum præsensionibus contra Judæorum ἀπιστίαν; accessit Targum Koheleth, sive Chaldaïca paraphrasis Ecclesiastæ Latinè versa; authore Petro Costo; unà cum Ecclesiastâ ex vul-

gatâ

(*a, b, c, d*) Long. Bibliothec. Sacr.

(*e*) ΑΛΒ. ΟΡΣΤΑΝΟΣ ὁ Γελδέριος τοῖς περὶ τοὺς θείους καὶ θεοπνεύστους λόγους σπουδάζουσιν εὐτυχεῖν. Ὁρῶν μὲν τάτε κυριακῶν καὶ ἑορτασίμων ἡμερῶν εὐαγγέλια τῷ Ῥεσκίῳ συναχθέντα καὶ τυπωθέντα πανταχῆ πειράγεσθαι, καὶ ταῦτα ἄνευ ἐπιστολῶν, ἄξιον μέλλον ἔσεσθαι παντάπασιν ἡγησάμην, τὰς τοῖς εὐαγγελίοις ἐπιστολὰς τῇ μου ἐπιμελείᾳ ἐπεζητημένας προϊάλλειν. &c. ἐν τῇ κολωνίᾳ, γαμηλιῶνος φθίνοντος δευτέρᾳ, ἔτει ȝ χφμε. Unde comperio Evangelia sola à Rescio Lovaniensi Typographo aliquando prodiisse, deinde ea unà cum epistolis Coloniæ primùm anno 1545.

(*f*) *Christiano Egenolpho juniori Francofortensi Adamus Lonicerus salutem. Converti aliquando precibus Theobaldi Billicani juris doctoris libellum Græcum, qui ritus & ceremonias veteris ecclesiæ Græcæ unà cum mysticâ earundem expositione continebat.* ——— *Inter cætera summopere mihi arridebat pia Dominicæ Orationis expositio. Hanc igitur cùm descriptam apud me retinuissem, placuit tuo illam nomini dedicare, ut qui cœlesti jam munere in celebri vestrâ republicâ fungaris.* &c. *Marpurgi, Calendis Decemb. anno* 1551. Isne Christianus Egenolphus junior, qui cœlesti munere fungi dicitur, erat Christiani Egenolphi librarii filius?

gatâ editione : *apud Matthiam Bonhomme.* 4. Lugd. 1554.

Les quatre Evangeliſtes, avec une expoſition continuelle & familiere, recueillie des expoſitions des plus ſcavans docteurs Eccleſiaſtiques ; par laquelle on peut voir, combien les Gloſes ordinaires & Poſtilles, que le temps paſſé on a baillé au peuple Chreſtien en lieu de l'Evangile, l'ont esloingné & d'eſtourné de Jeſus Chriſt, & en quelles tenebres on l'a mené : *L'Olive de Robert Eſtienne.* (*a*) fol. *le XXV. Jan.* .... 1554.

Geneſis, Latinè, cum commentario Jo. Calvini : *Olivâ Roberti Stephani.* fol. *XIII. Cal. Aug.* .... 1554.

Pſalmorum libri quinque ad Hebraïcam veritatem traducti, & ſummâ fide paríque diligentiâ à Martino Bucero enarrati ; ejuſd. commentarii in librum Judicum ; & Tzephaniah propheta cum ejuſd. enarrationibus : *Olivâ Roberti Stephani.* fol. *Prid. Id. Mai.* .... 1554.

EXPOSITIO beati AMBROSII epiſcopi ſuper APOCALYPSIN, nunc primùm in lucem edita : *ex officinâ Typographicâ Michaëlis Vaſcoſani.* (*b*) 4. Lutet. 1554.

Les Oeuvres de S. Juſtin philoſophe & martyr, miſes de Grec en Francois, par Jean de Maumont ; avec brieves annotations, & emendations

(*a*) Expoſitio hæc, quæ ſermone Gallico proponitur, eadem eſt, ac illa, quæ Latino edita eſt anno 1553. *Nova gloſſa ordinaria ſpecimen* ; & *Evangel. Johan. cum comment.*

(*b*) *Cutheberti Tonſtalli Dunelmenſis epiſcopi præfatio ad Lectorem. Quum monaſteria multa circuirem, & bibliothecas, quæ in nonnullis magnâ librorum copiâ refertæ celebres habebantur, excuterem, pulverulentos & vetuſtiſſimos quoſque libros evolvens, ſicubi fortè deliteſcens antiquus author occurreret, caſu incidi in* hunc librum *beati Ambroſii epiſcopi ſuper Apocalypſin* &c. *Et quanquam Ambroſium Mediolanenſem tum ſtyli ſimilitudine, tum induſtriâ ſedulâ referat, qui dum germanum literæ ſenſum inſtanter eruere pergit, digredi non ſolet, ſed ſemper in id quod agit, incumbit ; non tamen auſus ſum amplius quidquam in titulo operis apponere, quàm quod illìc ſcriptum erat, ſed eruditi cujusque lectoris judicio relinquendum exiſtimavi, donec alia exemplaria inveſtigata conſulerentur, & rem certiùs aperirent.* ——— *Anno* 1546. *hoc opus primùm repertum, apud me celatum eſt aliquandiu, ſi forte alia exemplaria occurrere poſſent. Et quia diu multùmque quæſita, nondum ſunt inventa, non ampliùs ſupprimendum cenſui, ſed in publicum proferendum ad legentium utilitatem impreſſori fideli dedi, anno* 1554. *Vale.*

dations des faultes : *de l'imprimerie de Michel de Vascosan*. fol. . . Paris. 1554.

Beati NECTARII Archiepiscopi Constantinopolitani ORATIO UNA de jejunio & eleemosynâ ; & beati Joannis CHRYSOSTOMI ORATIONES SEX, (in Psalm. 39. v. 6. in Psalm. 49. v. 16. de publicano & pharisæo, in Hebr. 10. v. 26. de pretiosâ cruce, & quòd in eâ gloriandum) hæ nunc primùm typis excusæ diligentiâ Joachimi Perionii ; Græcè : *apud Carolum Guillard*. 8. . Paris. 1554.

Et Latinè ab eodem Perionio conversæ : *apud Sebastianum Nivellium*. 8. . Paris. 1554.

Et D. Joan. Chrysostomi duæ homiliæ, una in Eutropium & in illud *Adstitit regina* (Ps. 45. v. 9.), altera in Psalmum 101. Latine ; & Drama Plochiri Michaelis, Græcè & Latinè ; & Jo. Chrysostom. ac Sophron. in laudem S. Crucis ac locus ex Cassiani asceticis depromptus, Latinè ; Godefrino Tilmanno interprete : *apud Sebastianum Nivellium*. 8. . Paris. 1554.

Philonis Judæi de vitâ Mosis libri tres, Latinè, Adriano Turnebo interprete Cardinali Odoni Castilioneo dicati ; cum quibusdam ad finem emendationibus : *apud Adrianum Turnebum*. 8. . . Paris. 1554.

MERCURII Trismegisti Pœmander, & Æsculapii definitiones ; GRÆCÈ : *typis regiis, apud Adrianum Turnebum*. (*a*) & Latinè, Marsilio Ficino interprete : *apud Guil. Morelium*. 4. 10. *Cal. Aug.* . . Paris. 1554.

Dio-

(*a*) Λαγκιλώτῳ Κάρλῳ ἐπισκόπῳ Ῥηγιέων Ἄγγελος Βεργίκιος εὖ πράττειν. Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος Αἰγύπτιος ἦν τὸ γένος —— τοῦτον φασὶν ἀποδημοῦντα τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος περιελθεῖν πᾶσαν τὴν ὑφ᾽ ἥλιον, ἀρετῆς καὶ σοφίας ἀντιποιούμενον· —— ἐπανελθόντα δ᾽ εἰς πατρίδα συγγράμματα γράψαι τὰ κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ μυστικῆς φιλοσοφίας τε καὶ θεολογίας πολλά· ὧν τὰ κατ᾽ ἐξοχὴν δύο ἐστὶ τὸ μὲν Ἀσκληπιὸς κέκληται, τὸ δὲ Ποιμάνδρης, καὶ ἔστι τὸ παρὸν ὃ πάλαι μὲν εἰς τὴν τῶν Λατίνων γλῶτταν μεθερμηνευθὲν, οὐ μάλ᾽ ἐξηκριβωμένως δὲ, ἐν ταῖς Ενετίαις παρ᾽ Ἄλδῳ τῷ Ῥωμαίῳ τετύπωται· ὀψὲ δέ ποτε καὶ ἐν Φλωρεν-

Dionyſii Carthuſiani in Evangelium Matthæi enarratio: *apud Audoënum Parvum; excudebat ſuis typis Mauricius Menier.* 8.	Paris.	1554.
Magnum & Univerſale concilium eccleſiæ militantis ſuper veritate diviniſſimi Euchariſtiæ ſacramenti; authore fratre Benedicto Verniero: *apud Sebaſtianum Nivellium.* 8.	Paris.	1554.
De veritate Corporis & Sanguinis Jeſu Chriſti in Euchariſtiâ, authore Cutheberto Tonſtallo Dunelmenſi Epiſcopo; & hymnus in laudem Jeſu ab eodem authore carmine incondito editus: *ex officinâ Michaëlis Vaſcoſani.* (*a*) 4.	Lutet.	1554.
De Origine, continuatione, uſu, authoritate atque præſtantiâ miniſterii Verbi Dei & Sacramentorum; & de controverſiis eâ de re hôc ſæculo excitatis, ac de earum componendarum ratione; authore Petro Vireto: *Olivâ Roberti Stephani.* fol. *VIII. Cal. Feb.*	....	1554.
Defenſio Orthodoxæ Fidei de Sacrâ Trinitate, contra prodigioſos errores Michaëlis Serveti Hiſpani; ubi oſtenditur hæreticos jure Gladii coërcendos eſſe, & nominatim de homine hôc tam impio juſtè & meritò ſumptum Genevæ fuiſſe ſupplicium; per Johannem Calvinum: *Olivâ Roberti Stephani.* 8.	....	1554.
De hæreticis à Civili Magiſtratu puniendis libellus, adversùs Martini Bellii farraginem, & novorum academicorum ſectam; Theodoro Bezâ Vezelio auctore: *Olivâ Roberti Stephani.* (*b*) 8.	....	1554.

Ca-

Φλωρεντίᾳ εἰς τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον πάλιν ἐκ τούτου μεταφρασθὲν, καὶ ἐκτυπωθὲν ἐξεδόθη. Περὶ δὲ τοῦ τυπῶσθαι τοῦτο εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν, ἐξ ἧς αὐτὰ μετεφράσθη, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἢ ἀμελείᾳ τῶν τυπογράφων, ἢ καὶ ὀλιγωρίᾳ, οὐδ' ὅλως μνεία πεποίηται· ὅθεν ἡμεῖς ... ᾠήθημεν δεῖν τοῦτόγε νῦν καὶ Ἑλληνιστὶ τυπωτέον τ' εἶναι, καὶ σοίγε προσφωνητέον &c.

(*a*) Vidi exemplar, quod ſub titulo habebat hæc verba, *Secunda Editio.* Cutheberti Tonſtalli ad Lectorem præfatio data eſt anno 1551. Et ad finem hæc addidit; *Hoc opus ab authore abſolutum eſt, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſeptimo, qui fuit annus Domini* 1551.

(*b*) En validiſſimum proteſtantium ſatellitum par! en Eccleſiam revera militantem! en armaturam Evangelicam, quâ Genevenſes paſtores, magno interea clamore contra papatûs tyrannidem (*Calvin. Inſtitut. l.* 4. *c.* 5.) vociferantes, dimicant! en argu-

Catechismus ab Emanuele Tremellio Hebraïcè redditus: *apud Robertum Stephanum.* 12. 24. *Aug.* . . .. 1554.

Hastarum & auctionum origo, ratio ac solennia, authore Junio Rabirio jureconsulto, & apud Petragorios in subselliis Bergeraci causarum capitalium quæstore ac præfecto regio: *apud Carolum Stephanum.* 4. *Idibus Maji.* Lutet. 1554.

ARETÆI Cappadocis de acutorum ac diuturnorum morborum causis ac signis libri quatuor, & totidem de eorundem curatione, GRÆCÈ, ex bibliothecâ regiâ: *apud Adrianum Turnebum.* (*a*) 8. . . Paris. 1554.

RUFI Ephesii libri, de vesicæ renúmque morbis, de purgantibus medicamentis, de partibus corporis humani; & SORANI de utero & muliebri pudendo; GRÆCÈ; ex bibliothecâ regiâ: *apud Adr. Turnebum.* 8. Paris. 1554.

Aretæi libri octo, & tres Rufi de partibus humani corporis, Latinè, Junio Paulo Crasso Patavino interprete; accessere, quæ Crassus non vertit, aliquot Aretæi capita, & duo reliqui Rufi libri, Latinè: *apud Guilielmum Morelium & Jacobum Puteanum.* (*b*) 12. . Paris. 1554.

ORI-

argutos æquitatis non minùs quàm religionis reformatores, qui persecutionem, dum patiuntur, oderunt; dum exercent, âmant!

(*a*) Præfigitur Græca Jacobi Goupyli Medici ad Odonem Castilionæum Cardinalem epistola, in quâ scribit se adjutum fuisse regiæ bibliothecæ exemplaribus, & duobus aliis, quorum unum à Capello medico obtinuerat, alterum sumptibus suis comparaverat.

(*b*) Præfigitur Junii Pauli Crassi ad Albertum seniorem Marchionem Brandenburgensem epistola; in quâ scribit, se *annos propè viginti in academiâ Patavinâ Hippocraticam medicinam publicè interpretatum fuisse.* ——— Postea *quendam fortè librum Græcè manu scriptum, veterrimum & cariosum in manus suas incidisse, in cujus fronte nomen Aretæi Cappadocis erat inscriptum:* ——— *non sanum, non integrum, sed multis mendis inquinatum, multis magnisque vulneribus concisum & laceratum.* ——— *Quàm multos* (inquit) *in eo transferendo labores tulerim, quantum temporis atque olei absumpserim, vix queam dicere, cùm plurimis undique vulneribus confossus esset. Ex tribus tamen collatis exemplaribus multa, quæ deficiebant, restitui; quæ erant depravata, castigavi; quæ confusa erant, in ordinem redegi: per conjecturas etiam certissimas ab artis medicæ peritiâ desumptas, non paucos locos librariorum incuriâ vitiatos antiquæ & sanæ lectioni restitui. De quibus autem ambigebam, neque synceram veritatem eruere, mihique penitus satisfacere potueram,* nos

eos asterisco notavi; aliorúmque judiciis pensitandos castigandósque reliqui. —— *Libellus præterea quidam Ruffi Ephesii de medicinalibus appellationibus inscriptus Francisci Frigimelici medici nobilissimi operâ cùm ad me allatus esset, eum quoque eâdem de causâ Latinitate donandum, Aretæóque adjungendum esse judicavi.* —— *Hic multos de medendi facultate libros eruditissimè composuit.* —— *Verùm ex tot ejus libris hic unus (quod ego sciam) vix reliquus est: in quo singularum corporis partium Græca vocabula enumerat; necnon & earum positum, figuram, numerum, usum, facultatésque declarat.* —— *Te potissimum delegi, cui has lucubrationes meas dicarem* —— *ob tuam erga omnes, sed præcipuè literarum cultores, munificentiam* —— *Plurimos enim ære tuo non in Germaniâ modò verùm etiam Italiæ Gymnasiis uberrimè fovisti atque sustentâsti: scholam Regiomontanam instituisti, doctissimísque viris undique accitis exornâsti: bibliothecam quibuslibet veterum scriptorum libris refertissimam profusissimis impensis condidisti.* &c. Hanc horum medicorum versionem Crassus primùm edidit (Fabric. Biblioth. Gr. lib. 4. c. 3 p. 101.) Venetiis 1552. 4. Ad finem autem Morelianæ editionis inseruntur *Annotationes locorum, qui in Aretæi codice Græco ab interpretatione Crassi discrepant, autore* G. *M. T.* (id est, ut puto, Guilielmo Morelio Tiliano. Vide Histor. Typographor. aliq. Parisiens. p. 33. not. 6) qui istis annotationibus subjecit hæc: *Latina cum Græcis conjungentes cursim hæc observavimus, hisque adnotavimus, non ut aliquid interpreti bono* (scil. Junio Paulo Crasso) *detraheremus, cujus meditatio docta non mediocriter nobis in * edendis Græcis profuit*; sed ut *ipse his pauculis admonitus, in studiosorum gratiam, dum vita superest, opus recognoscat, & melius, quàm quivis alius, inchoatum opus tandem absolutum emittat.* Hanc monitionem ægre tulit Crassus, *à medico quodam* (ut ait) *Gallo* datam; quasi quidem eam non Morelius, sed Goupylus ipse scripsisset. *Me bonum* (ait Crassus) *interpretem appellare non recusavit, & à nostrâ versione, quam ipse doctam meditationem vocat, se in edendis Græcis non mediocriter adjutum fuisse confitetur. Hisce quidem verbis amicum erga nos animum præ se tulit, sed amici operam nequaquam exhibuit.* —— *Nam si amico in me animo fuisset, me per litteras commonefacere, & nonnulla errata mihi detegere, neque ea priusquàm à me responsionem acciperet, vulgo patefacere debuit.* —— *Sed illud, quod plerisque hominibus accidere consuevit, hominem impulit, ut in alienam segetem falcem immitteret; studium videlicet captandæ gloriolæ, & alienis detegendis vitiis (quo nihil facilius ac jucundius esse potuit) ostentandi ingenii affectatio.* Lege plura apud Clariss. Fabric. bibliothec. Græc. in loco suprà proximè citato. Crassus duplici beneficio lectores suos demeruisset, si suâ cum versione Græcum unà, quo usus est, emisisset manuscriptum. Sæpe equidem dubitavi, mirarérne magìs an indignarer, quòd viri aliquot eruditi, cùm quendam scriptorem ex suâ in aliam linguam ab ipsis traductum typis essent mandaturi, non textum etiam vulgare voluissent. An æquè est comparatum, ut versio quamlibèt elegans luce donetur, & ipse, ex quo nata est, textus tenebris prematur? Magni præterea refert textum ab interprete produci, cùm hic authoritatem nullam illius testimonio potentiorem ad fidem suæ interpretationi faciendam queat adhibere. Denique cùm is sit Typographiæ usus, ut veterum monumenta in manus quamplurimorum perveniant, & à suarum latebrarum situ & squalore extrahantur ab interitu iis imminente vindicati; iniquus sanè is mihi videtur, qui authorem aliquem legi dignum nactus & interpretatus, suam interpretationem in multa exemplaria transfundendo ab injuriâ temporis & oblivionis asserit, authoris verò ipsius archetypo publicam lucem & notitiam invidet. Momenti etenim multo majoris est hujus quàm illius jactura: uno interprete amisso, plures alii non deerunt; unici authoris damnum mille non rediment interpretes.

* Si hæc dicantur à Guil. Morelio, non à Goupylo, credendum est Adrianum Turnebum in Græco Aretæi textu edendo Guilielmi Morelii operâ usum fuisse.

Joanne Baptistâ Rasario Novariensi medico interprete: *in officinâ Audoeni Parvi; excudebat suis typis Mauricius Menier.* (*a*) 12. *Octavo Cal. Aug.*	Lutet.	1554.
Joannis Bacchanelli Regiensis de consensu medicorum, in curandis morbis, libri quatuor; &, in cognoscendis simplicibus, liber unus: *apud Carolum Stephanum.* (*b*) 12. *Idib. Septemb.*	Lutet.	1554.
Car. Stephani de Latinis & Græcis nominibus arborum, fruticum, herbarum, piscium & avium liber, ex Aristotele &c. cum Gallicâ eorum nominum appellatione; quarta editio: *apud Carolum Stephanum.* 8.	Lutet.	1554.
Ejusd. Prædium Rusticum: *apud Carolum Stephanum.* (*c*) 8.	Lutet.	1554.
Les treze livres des choses rusticques de Palladius Rutilius Taurus Æmilianus, traduicts nouvellement de Latin en Francois par Jean Darces aumosnier du Cardinal de Tournon: *de l'imprimerie de Michel de Vascosan.* 8.	Paris.	1554.
Septem sapientum & eorum, qui cum iis adnumerantur, apophthegmata, consilia & præcepta; & Sosiadis præcepta septem sapientum; Græcè: *apud Guil. Morelium.* 4. *Calendis Februar.*	Paris.	1554.

Platonis Phædo, Latinè, Marsilio Ficino inter-

ter-

(*a*) *Cosmo Medici duci Florentiæ Jo. Bapt. Rasarius S. P. D.* —— *Libellos aliquot admodum adolescens de Græcis Latinos feci; & Græcas literas multos annos in academiâ Ticinensi publicè docui: quo etiam munere in hâc urbe clarissimâ nunc fungor.* —— *Nicolaus Sammichelius Novocomensis vir singulari medicinæ multarúmque artium ac scientiarum cognitione peritissimus* —— *Oribasii codicem pervetustum, quem olim ex Græciâ deportaverat, mihi accommodavit.* —— *Videbam multas causas esse, quam ob rem Oribasius medicus tibi esset dedicandus.* &c. *Quædam etiam non mediocris inter medicum & Medicem intercedit similitudo.* &c. *Venetiis, Calen. Decemb. M. D. LIII.*

(*b*) Epistolæ duæ præfiguntur; prior Caroli Stephani quâ lectorem rogat, *ut nihil ob sermonis venustatem (qui in Bacchanello haud ita fortasse tersus atque expolitus esse videbitur) judicii atque authoritatis illi adimat*: posterior Bacchanelli ad Joannem Scutellarium medicum data 5. Calend. Maji. 1550.

(*c*) Hic liber complectitur eos omnes de re rusticâ Tractatus, quos sigillatim Carol. Stephanus hactenus evulgaverat, decem his capitibus. Continetur capite 1. *Hortus*: 2. *Seminarium*: 3. *Vinetum*: 4. *Ager*: 5 *Pratum*: 6. *Lacus*: 7. *Arundinetum*: 8. *Sylva*: 9. *Frutetum*: 10. *Collis*.

terprete: *Excudeb. Gulielmus Morelius*. 4. Paris. 1554.

Sebastiani Foxii Morzilli Hispalensis in Platonis Timæum commentarii: *ex officinâ Joannis Oporini*. fol. Basil. 1554.

Arriani Nicomediensis de Epicteti præceptoris sui dissertationibus libri IIII. nunc primùm in lucem editi Græcè & Latinè, Jacobo Scheggio Medico Physico Tubingensi interprete; unà cum Epicteti enchiridio Græcè & Latinè, Politiano interprete: *ex officinâ Joannis Oporini*. 4. *Mense Martio*. Basil. 1554.

Aristotelis de moribus ad Nicomachum libri decem, Græcè; cum variantibus lectionibus codicum tum Victorianorum, tum aliorum: *apud Adr. Turnebum; typis regiis*. 4. *Idibus Aug*. Paris. 1554.

Ejusd. Politica, Latinè, à Jac. Lod. Strebæo nomine Joannis Bertrandi senatoris judicísque conversa; quibus accessit, quid inter Strebæum & Perionium non conveniat in illorum interpretatione: *apud Vascosanum*. 4. Lutet. 1554.

Ejusd. Topicorum libri octo, cum Alexandri Aphrodisiensis explicatione; Latinè; septimum Muretus nunc primùm Latinè & eleganter interpretatus est; in cæteris libris usitatam interpretationem secuti sumus, sed multis partibus, quàm antea, emendatiorem: *Joan. Gryphius excudebat*. fol. Venet. 1554.

Les Oeconomiques d'Aristote traduittes par Gabriel Bounin: *imprimées ches Vascosan*. (*a*) Paris. 1554.

Cutheberti Tonstalli Compendium & Synopsis in decem libros Ethicorum Aristotelis: *ex officinâ Michaëlis Vascosanis*. 8. Lutet. 1554.

Plutarch. de garrulitate, & esu carnium, Latinè, Lodoico Russardo interprete: *apud Sebastianum Gryphium*. 8. Lugd. 1554.

Jaco-

(*a*) Biblioth. de la Croix du Maine.

Jacobi Carpentarii animadversiones in libros tres dialecticarum institutionum Petri Rami : *apud Thomam Richardum.* 4. Paris. 1554.

Euclidis Elementa quædam Arithmetica, ex quindecim ejus elementorum libris collecta, Græcè & Latinè : *apud Vascosanum.* Lutet. 1554.

L'Algebre de Jaques Peletier, departie en deux livres : *par Jean de Tournes.* (*a*) 8. Lyon. 1554.

PROCLI Diadochi PARAPHRASIS in quatuor Ptolomæi libros de Siderum effectionibus ; GRÆCÈ : *apud Joannem Oporinum.* (*b*). 8. Basil. 1554.

De AGRORUM conditionibus, & constitutionibus LIMITUM, Siculi Flacci liber unus, Julii Frontini liber unus, Aggeni Urbici libri duo, Hygeni Gromatici libri duo ; ordines finitionum ex variis authoribus ; omnia figuris illustrata ; veteris cujusdam authoris de generibus lineamentorum ; ex Euclidis lib. I. προλεγόμενα & σχήματα ; de mensuris & ponderibus ex voluminibus virorum eruditorum excerpta : *apud Adr. Turnebum.* (*c*) 4. *VIII. Cal. Decembr.* Paris. 1554.

Les

(*a*) In hôc libro scribendo author usus est novâ illâ orthographiâ, quam Ludovicus Maigret primus inducere conatus est anno 1545. (Lege *Jugemens des Savans* Tom. 2. Pag. 648.) Scilicet ut scribendi ratio pronunciationi accommodaretur

(*b*) *Hieronymo à Comerstat S. D. Philippus Melanthon.* ——— *Exemplum Procli, quod nobis dedisti, manu Jacobi Questebergii scriptum est. Tibi autem & debeo & habeo gratiam, quòd hunc Procli commentarium voluisti edi in publicum, ut legi à multis possit* &c. *Calend. Septemb.* 1554. In hâc epistolâ Melanthon Jacobi Questebergii notitiam tradit.

(*c*) *Cardinali & principi Carolo à Lotharingiâ, Petrus Gallandius S. P. D. Cùm ante annos decem, pace inter Carolum Cæsarem & Franciscum regem sancitâ, ego & Adrianus Turnebus Belgicæ Occidentalis aliquot oppida perlustraremus, & in singulis monasteriis libros veteres, veluti canes sagaces in lustris feras, diligenter conquireremus, in divi Bertini apud Audomari Phanum bibliothecâ, inter veneranda vetustatis monimenta, situ & pulvere obducta, volumen unum, quod varios libros eósque majore ex parte non antè visos continebat, invenimus. In eo siquidem erant Siculus Flaccus, Frontinus, Aggenus, Hygenus, alii item varii auctores ejusdem ferè argumenti* &c. Eos, *huc transferendos esse, monachis permittentibus, duximus. Quos sæpius in manus sumptos, cùm admodum vitiatos & multis modis deformatos deprehendissemus, ingenti fructu, qui ex his capi possit, excitati, divisis velut partibus accuratiùs legendos, & quæ animadvertenda duxissemus, communicanda inter nos esse judicavimus.* ——— *cùm dignos judicaremus, qui emendatiores in omnium manus pervenirent, sculptis figuris, quibus singula illustrarentur, omnes typis excudendos esse statuimus. Quibus jam ad finem perductis, cùm quædam*

 alia

Les observations de plusieurs singularitez & choses memorables, trouvées en Grece, Asie, Judée, Egypte, Arabie, & autres pays estrangers, redigées en trois Livres par Pierre Belon du Mans, reveuz de nouveau & augmentez de figures : *en la boutique de Gilles Corrozet ; imprimé par Benoist Prevost, pour Gilles Corrozet & Guillaume Cavellat libraires*. 4. Paris. 1554.

Joan. Bapt. Egnatii, de exemplis illustrium virorum Venetæ civitatis, atque aliarum gentium, libri novem : *in officinâ Audoëni Parvi ; excudebat suis typis Mauricius Menier*. (*a*) 12. *Sexto Calendas Octobris*. Paris. 1554. Sept.

alia argumenti ferè ejusdem, Epaphroditi, Vitruvii Ruffi, Simplicii, Balbi, Hygeni de castris metandis, quem insigniter obscurum & corruptum obiter legisse, & in compendium contrahere voluisse, Gromaticúmque etiam appellâsse Volaterranus videtur, nobis oblata essent, quemadmodum his adjungi possent, rationem inire cœpimus. Verùm ita depravata omnia, mutila & lacera deprehendimus, ut nisi repositis, quæ deessent, quæque depravata essent, correctis, frustra omnino à quoquam in manus sumerentur. Itaque donec oblato meliori exemplari, & per majus otium alicui formæ restitui possent, in aliud tempus eorum editionem distulimus. Hosce verò, quoad in re valde depravatâ fieri potuit, castigatos, & à mendis, quibus scatebant, bonâ ex parte repurgatos, ut interire, aut latere diutius sineremus, ferendum omnino non duximus. &c. *Parisiis, è collegio nostro Becodiano. X. Cal. Decemb.*

(*a*) *Petro Francisco Contareno avunculo, Marcus Molinus Marci procuratoris filius S. P. D* ——— *Egnatius conscripsit novem libros exemplorum ex Valerii Maximi præscripto. Sumpsit primùm religionis exempla ab ipsis urbis incunabulis. Deinde quæcunque vel nostrâ vel patrum, vel etiam superiore ætate ubique gentium atque locorum digna relatione gesta sunt, miro animi candore tractavit* &c *Utinam tantus vir longissimo ævo dignus tantum adhuc vixisset, quantum emendandis his libris corrigendisque fuisset satis !* ——— *quum sæpissime diceret, jam sibi nihil esse quod viveret, nisi ut huic operi extremam manum imponeret.* &c. *Quos libros pater meus, ne quo thesauro mortales omnes ditari possent, illum penè se continere videretur, quamprimum typis committendos curavit. Nos autem, quibus hæc provincia à patre demandata fuit, sedulò ac pro virili unà cum præceptore dedimus operam, ut quàm emendatissimi prodirent.* ——— *Ita erant ab exceptore nescio quo imperito pessimè multati, ut sæpe mihi divinandum fuerit.* &c. *Venetiis, ex ædibus Marci Molini, Divi Marci procuratoris. Die* 10. *mensis Aprilis.* 1554. Deinde sequitur Egnatii vita breviter descripta ; quam hìc in brevius compendium redactam lector haud ægre accipiet. *Joannes Baptista Egnatius presbyter Venetiis ortus Egnatiâ familiâ, quadraginta ferè annos humaniores literas professus est, & ex senatûs decreto, ducentis aureis nummis quotannis, postquam publico munere defunctus esset, quoad vixerit, donatus. Omnia ejus bona ex edicto decemviralis consilii publico censu exempta sunt. Tres patricii sanguinis familias, Molinam, Lauretanam, & Bragadenam supremis tabulis honoravit. Reliquit novem libros de exemplis illustrium virorum ; & septuaginta Orationes, quæ propediem in lucem prodibunt. Octogenarius Francisco Donato Veneto Duce decessit, secundâ Julii mensis, anno millesimo quinquagesimo tertio.*

Sept Livres des Hiſtoires de Diodore Sicilien nouvellement traduyts de Grec en Francois, par Jacques Amyot: *de l'imprimerie de Michel de Vaſcoſan.* (*b*) fol. — Paris. — 1554.

Pauli Jovii Hiſtoriarum ſui temporis tomus ſecundus: *ex officinâ Typographicâ M. Vaſcoſani.* fol. — Lutet. — 1554.

Arnoldi Ferroni de rebus geſtis Gallorum libri novem; tertia editio nunc recèns aucta & recognita: *ex officinâ Typographicâ Michaëlis Vaſcoſani.* fol. — Lutet. — 1554.

Dionyſii Halicarnaſſei SCRIPTA quædam CRITICA, Græcè; ſcilicet, Procemium Dionyſii de antiquis Rhetoribus Tractatûs, quod deeſt in impreſſis libris; Dionyſii reſponſio ad Cn. Pompeji Epiſtolam de Platonis ſtylo; ejuſdem comparatio Herodoti cum Thucydide, & Xenophontis, Philiſti, Theopompi, inter ſe; ejuſdem ad Ammæum epiſtola, adversùs eos qui

De-

(*a*) *Diodore avoit eſcript quarante livres. —— Les ſix premiers ſe treuvent encore en Grec, eſcripts à la main, & ont eſté traduits en pluſieurs langues. —— Les quatre ſuyvans juſques à l'unziéme —— je n'ay encore veuz nulle part. Les cinq prochains juſques au ſeiziéme —— ſe treuvent Grecs eſcripts à la main; & y a eu* (*a*) *quelqu'un qui en a tourné deux & demy en Latin aſſez malheureuſement. —— Ce ſont les cinq, que nous avons preſentement traduits en noſtre langue Francoyſe, les ayant recouvrez de la librairie de ſaint Marc à Venize, avec le ſeziéme & le dixſeptiéme, mais ces deux la ont eté imprimez* (*b*) *en Grec il y a long temps, & traduits en* (*c*) *Latin. Auſſi ont eſté imprimez le dixhuit, le dixneuf, & le vingtiéme, & ont eſté tournez en noſtre vulgaire par feu meſſire Claude de Seyſſel jadis archeveſque de Thurin* &c. *Pour ce que l'exemplaire original s'eſt trouvé en quelques endroits defectueux, & corrempu en pluſieurs, ſans que nous l'ayons ſceu reſtituer ne corriger par conjecture ou collation d'autres exemplaires, nous prions les lecteurs de ſe vouloir contenter de la traduction telle, que nous leur avons peu bailler pour le preſent, en attendant qu'avec l'ayde de quelque plus fidele & plus entier exemplaire nous la leur puiſſions donner meilleure.*

(*a*) Non certò aſſequi poſſum, cujus interpretis nomen hic celavit, niſi is ſit Bartholomæus ſive Angelus Coſpus Bononienſis, quem Latinè vertiſſe libros XVI. & XVII. eòſque cum Johanne Monacho de vitâ Alexandri Magni edidiſſe & Jacobo Banniſſo Maximiliani I. imper. à ſecretis dicâſſe Baſil. 1531. 1535. 1545. fol. in Fabric. Biblioth. Gr. l. 3. c. 31. p. 775. legimus.

(*b*) Libros 16. 17. 18. 19. 20 Græcè primus vulgavit Vincentius Obſopœus (Baſileæ typis Joh Oporini ſumptu Roberti Winter 1539. 4) à Jano Pannonio quondam Quinque-eccleſienſi epiſcopo ab interitu vindicatos ac deinceps à Joh. Alexandro Braſſicano ſibi per Joh. Petreium communicatos. Lege Clariſſ Fabric. Biblioth Gr. in loco modo citato.

(*c*). Editio Latina prodiit ſub Pogii nomine per Pincium Venetiis 1593. fol. Verſionem hanc quidam tribuunt Joanni Phreæ Anglo. Lege Clariſſ. Fabric. Biblioth. Gr.

Demosthenem ab Aristotele præcepta eloquentiæ didicisse contendebant; ejusdem, de præcipuis Græcorum Poëtis, Historicis, Rhetoribus, elogia; MAXIMI illius, qui Juliani Imperatoris præceptor extitit, libellus de oppositionibus insolubilibus, Græcè; *apud Carolum Stephanum; edente* HENRICO STEPHANO. (*a*) 8. Lutet. 1554.

Diony-

(*a*) Ἕρρικος ὁ Στέφανος Ἀμβροσίῳ Ὀδέττῳ Σέλβᾳ τῷ τοῦ μεγάλου τῶν Κελτῶν βασιλέως πρὸς τὴν τῶν Ἐνετῶν γερουσίαν πρεσβευτῇ, εὖ πράττειν. Ἀπελθὼν παρά σου καὶ ἀφικόμενος ἐνταῦθα, ἐκομισάμην βιβλία ἄττα παρά τινος τῶν ἐν Ἰταλίᾳ φίλων, —— ἐν οἷς ἦν ταῦτα τὰ Διονυσίου συγγράμματα —— καίτοι ἔχει μὲν αὐτὰ καὶ Ἕρρικος ὁ Σκριμγέρος, ἀνήρ, διὰ τὴν σπουδὴν περὶ τὴν τῶν παλαιῶν βιβλίων συγκομιδὴν ἐν τῷ τῶν μουσῶν πρυτανείῳ τρέφεσθαι ἄξιος· ἀλλὰ γραφικῶν ἁμαρτημάτων γέμει ἃ ἔχει Διονυσίου ἀντίγραφα· Παραλαβὼν οὖν ἓν ἐγὼ εἰ καὶ οὐχ ὅλως ἀναμάρτητον ὄν, πολλῷ γε ἀκριβέστερον γραφὲν, ταῦτα τὰ συντάγματα ἐν ἀφανεῖ κεῖσθαι ἐπὶ πλείω χρόνον οὐκ εἴασα &c. *Henricus Stephanus Petro Victorio patricio Florentino S. D. Meum quidem erat consilium hæc Dionysii opuscula tantisper meis scriniis inclusa servare, dum cæteros ejusdem authoris ejusdémque argumenti libellos nondum vulgatos (eúmque præsertim qui ad Q. Ælium Tuberonem scriptus est) illis addere, omnésque unà edere possem. Sed cùm mirum in modum depravati essent, expectandáque mihi forent alia exemplaria, hæc interim edenda censui* &c. *Hæc igitur nunc accipe, dum me ad Anacreontis editionem comparo: cujus tu certè quidem poësin unà ex odâ, vel potiùs ex odario uno, quod à me acceperas* (*a*), *æstimâsti.* —— Anacreontem *totum proferam propediem, & jam protulissem, nisi me vana spes tenuisset, fore ut ad duo ejus exemplaria, quæ diversis in locis non sinè immenso labore invenire mihi contigit, tertium accederet. Nam ex duobus his alterum in membranis, alterum in cortice arboris scriptum erat: illud confusum & alicubi non satis emendatum; hoc adeò antiquum, ut in singulis verbis litera aliqua oculos fugeret: ut taceam adeò diversam fuisse elementorum formam à nostris, ut priùs an posset legi, cogitandum fuerit, quàm an posset intelligi. Nec tamen interim sum passus in meis manibus, ut sinè luce, ita sine fructu tanto tempore versari. Ex uno enim Anacreonte tres feci: ut jam non Græcus tantùm, sed* (*b*) *Latinus etiam, &* (*c*) *Gallicus proditurus sit hic poëta.* —— *Sed jam Dionysium accipe: Anacreontem brevì te accepturum confide; eâ tamen lege, ut Tragœdiam illam Æschyli, quam mihi Florentiæ ostendisti, publicæ utilitati largiaris.* &c. *Vale.* Ad opusculorum suprà memoratorum finem Henricus Stephanus Quintiliani & Ciceronis de scriptoribus Græcis elogia, & quasdam in opuscula illa emendationes adjecit, præmissâ hâc ad lectorem epistolâ. *Cujus sint censoris ea, quæ*

(*a*) Pet. Victor. Var. Lect. lib. XX. cap. XVII. *Anacreontis carmen paucis abhinc mensibus, cùm hàc transiret Henricus Stephanus Roberti filius, probus adolescens ac liberali doctrinâ supra ætatem instructus, ipse mihi dedit, inventum à se fortè (ut aiebat) in antiqui libri tegmine. Venit enim ille ad me domum, & ingenii sui dotibus commendatus, & gravi testimonio honestissimi viri ornatus: literas enim ei ad me dederat Bernardinus Maphæus Cardinalis, qui studiosos omnes bonarum artium, quarum ipse refertum pectus habet, amplectitur ac fovet.* &c. *Sed jam carmen ipsum ponamus.*

Λέγουσιν αἱ γυναῖκες,
Ἀνακρέων γέρων εἶ &c.

(*b*) In Latinâ versione plagii Henricus Stephanus insimulatur. Lege Histor. Stephanor. pag. 221.
(*c*) Hanc Gallicam versionem nunquam aut vidi, aut qui viderit, novi.

Dionysii LONGINI Rhetoris liber de SUBLIMI Orationis genere, GRÆCÈ, nunc primùm à Francisco Robortello Utinensi in lucem editus: *per Joannem Oporinum.* (*a*) 4. | Basil. | ....

Jovitæ Rapicii Brixiani de Numero Oratorio libri quinque, ad Reginaldum Polum Cardinalem; ejusdem paraphrasis in Psalmos (1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 23. 54. 71. 92. 103. 104. 112. 114. 128. 135. 137.) Davidis, & alia quædam carmina sacra: *in ædibus Pauli Manutii, Aldi filii.* fol. . . | Venet. | 1554.

Æschinis & Demosthenis contrariæ orationes in Ctesiphontem & pro coronâ, Latinè, Joachimo Perionio interprete; ad Othonem Castulonium

quæ hìc apposui, de scriptoribus Græcis elogia, ne te lateret, lector, locum, unde ea sumpsissem, tibi indicavi. Nam quum studiosè cùm alios libros, tum Dionysii Halicarnassei exemplaria conquirerem de arte Rhetoricâ, quæ passim in Italia bibliothecis extant; —— *venit tandem in manus meas unum, in quo non ea, quæ maximè reperta desiderabam, sed hæc de scriptoribus Græcis elogia inveni. Cui tamen exemplari siquis fidem derogare velit, Dionysio hæc adscribenda negans, fateatur certè necesse est alicujus esse, qui ab eo acceperit, quum eadem hìc de multis scriptoribus breviter dicta reperiantur, quæ alibi fusiùs apud ipsum Dionysium.* —— *Quintilianum hinc multa etiam mutuatum constat* —— *Utriusque verba hìc adscribere, & inter se conferre operæpretium putavi* &c. Ad calcem emendationum, in plerisque exemplaribus apparet truncatum esse folium; in quo, ubi est integrum, planè liquet Henricum Stephanum hujus libri impressorem fuisse. De Maximo illo, cujus opus Rhetoricum unà cum Dionysii Tractatibus editur, sic Suidas: Μάξιμος, Ἠπειρώτης ἢ Βυζάντιος, φιλόσοφος, διδάσκαλος Ἰουλιανοῦ καίσαρος τοῦ παραβάτου, ἔγραψε περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων, περὶ καταρχῶν, περὶ ἀριθμῶν, ὑπόμνημα πρὸς Ἀριστοτέλην, καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἰουλιανόν. Clarissimus & doctissimus vir Albertus Fabricius in Bibliothecâ Græcâ [vide lib. 3. cap. 20. p. 514. & lib. 5. cap. 25. p. 414. & cap. 30. p. 769.] è codice Mediceo Maximi illius Poëma Astrologicum περὶ καταρχῶν edidit: & indè, ejusdem opus περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων (quod nondum viderat; esse etiam Astrologici argumenti putavit. Et quis, nisi certò comperiat, eundem authorem de argumentis adeò dissimilibus, de Astrologiâ & Rhetoricâ, egisse crediderit?

(*a*) *Annotationibus Latinis in margine appositis, quæ instar commentariorum sunt, illustratus. Nam ex iis methodus tota libri, & ordo quæstionum, de quibus agitur, omnèsque ratio præceptionum, & alia multa cognosci possunt.*

S. R. E. CARD. RANNVTIO PET. ALOYSII PLACENTINORVM PARMENSIVMQ. DVCIS F. PAVLI III. PONT. MAX. N. FARNESIO: DIONYSII LONGINI RHET. ANTIQVI OPVS HOC REDIVIVVM, ANTEA IGNOT. OPERA INDVSTRIAQ. SVA E TENEB. IN LVCEM EDVCT. ATQ EXPOLIT. DAT, DONAT, DICATQ. FRANCISC. ROBORTELLVS VTINEN. ROMVLI AMASAEI VTINEN. ALVMNVS: &c. PATAVII, NONIS AVG. MDLIIII.

lonium Cardinalem : *apud Michaëlem Vascosanum*. 4.	Lutet.	1554.
Dionis Chrysostomi Orationes LXXX. Græcè : *apud* ANDREAM WECHELUM, *sub Pegaso*, *in vico Bellovaco*. (*a*) 4.	Paris.	1554.
Ejusd. Orationes quinque, scil. de lege, de consuetudine, de fortunâ tres; Latinè; Renato Guillonio Vindocinensi interprete : *apud Andream Wechelum*. 4.	Paris.	1554.
Ciceronis Topica, cum enarrationibus Barth. Latomi & Phil. Melanchthonis, ac Christ. Hegendorph. scholiis : *apud Michaëlem Vascosanum*. 4.	Paris.	1554.
Ejusd. Orationes pro P. Quintio, Sext. Roscio, Q Roscio, Verrinæ septem, pro M. Fonteio, A. Cæcinâ, lege Maniliâ; cum Francisci Hotomani commentariis: *Olivâ Roberti Stephani*. (*b*) fol. *Id. August*.	....	1554.

Ejusd.

(*a*) Sciat lector in hôc libro contineri tantùm septem orationes, scil. de regno, quatuor; Agamemnon; Diogenes; & de consultatione. Octoginta quidem promittit titulus, cui adnexuit Andreas Wechelus hanc ad Græcæ Linguæ studiosos epistolam. *Dionis Chrysostomi orationes aliquot * superiore anno edidimus : quæ cùm tanto studio à vobis exceptæ essent; operæ pretium nos facturos arbitrati sumus, præsertim ad id viris doctis nos adhortantibus, si cæteras omnes authoris hujus orationes vobis describendas curaremus. Ac ne ullâ ex parte studium aut officium nostrum requireretis, primùm quidem operam dedimus, quoad ejus à nobis fieri potuit, ut scriptor & verborum concinnitate & sententiarum acumine præstans industriâ nostrâ commendatior in manus vestras veniret; deinde ne quenquam sumptibus oneraremus, singulas quoque orationes separatim describi voluimus : ut sive quis authorem hunc universum, sive partem aliquam ejus cognoscere studeat, nihil prorsus, quod à nobis præstari possit, desideret.*

(*b*) Hoc vocatur in titulo, *Franc. Hotomani commentariorum in orationes M. T. Ciceronis volumen primum.* Plura nondum vidi, nec scio, an unquam ediderit. *Joanni Lucanio Franciscus Hotomanus S. Annus ferè agitur quartus, ex quo ad Latinæ Linguæ docendæ munus delectus ——— Ciceronis Orationum interpretationem suscepi. Earum codicem paulò antè nactus eram pervetustum, in quo locis innumeris incredibilem scripturæ dissimilitudinem ac varietatem offenderam* &c. *Adhibui aliorum quorundam Manuscriptorum codicum, & eorum qui ex impressorum officinis prodierant, numerum non parvum. Cognovi in impressis libris tantam repugnantiam ac dissensionem, ut ipse (opinor) Tullius, si reviviscerat, sua hæc scripta vix agniturus esse videatur.* &c. *Variis lectionibus unum in locum collatis interseque comparatis, eam quam optimam & synce-*

* Nescio, an velit orationes quinque ab ipsius patre Christiano Wechelo ann, 1553. editas. Anno 1553. librum nullum novi sub Andreæ Wecheli nomine; quem ante ann. 1554. excudisse vix credo; nam Joann. Quintini Hædui speculum ex illius officinâ prodiit in 4. ann. 1559. (uti in Bibliothec. Tellerian. p. 166) non (uti apud la Caille p. 126. errore Typographico) 1550.

Ejusd. de Fato liber, Pet. Rami prælectionibus explicatus; editio secunda: *apud Vascosanum*. 4. . . Lutet. 1554.

Ejusd. de Legibus liber primus, Pet. Rami prælectionibus illustratus: *ex officinâ Michaëlis Vascosani*. 4. . . Lutet. 1554.

Adr. Turnebi Apologia adversùs quorundam calumnias, ad librum primum Ciceronis de legibus: *apud Adr. Turnebum*. (*a*) 4. Paris. 1554.

Rapport de Demosthenes & Cicero, à la traduction d'aucunes leurs Philippiques, par Jean Papon conseiller du Roy, juge de Fourestz: *par*

*syncerissimam esse judicavi mentique Ciceronis maximè accommodatam, excerpsi Sed quoniam nondum eam vel eruditionem vel auctoritatem adeptus eram, ut Ciceronis castigatas orationes in meo nomine apparere vellem; librum Roberti Stephani Typographorum omnium facilè principis, quem ipse anno M. D. XLIII. edidit, & omnium optimum atque incorruptissimum esse constabat, delegi: ad cujus scripturam ac Lectionem notas illas meas castigationum adhiberem: ut siquid fortè offendissem, modestiam tamen ac pudorem, quem mihi natura attribuit, retinerem; neque eorum arrogantiam ac temeritatem imitarer, qui simulatque corruptum aliquid esse suspicantur, continuò delendum, & aliud quiddam in illius locum reponendum putant. Et quoniam in his XIII. primis orationibus multa esse obscura intelligebam, operapretium me facturum putavi, si interpretationem difficilium locorum adjungerem; præsertim quum adhuc commentarii in eas quidem orationes nulli, quod sciam, scripti sint nisi & ab hominibus * juris civilis imperitis, & ab iis, qui præclarè suo se munere perfunctos arbitrantur, si aliquot in locis figuras Græcè nominârint: quasi verò magna pars earum orationum ab ignaro juris civilis possit, quum in causâ Q. Roscii* &c. *in Oratione pro Cæcinâ* &c. *In quâ quidem oratione, cui unquam nostrorum interpretum in mentem venit suspicari, quod nos apertè docuimus, Ciceronem malam iniquámque causam defendere.* &c. *Nam quòd aliorum interpretum ratio hæc fuit, ut rhetorica artificium ac figuras in hisce orationibus demonstrarent, eorum ego exemplum ut imitarer, pluribus de causis adduci non potui: primùm quia docere hôc tempore rhetoricam non institui; sed aut menda ex his libris tollere, aut locos obscuros & difficiles aliquâ interpretatione explicare.* &c. *Vale. Idib. Maji. M. D. LIII. Lectori. In hisce commentariis librum à Rob. Stephano postremùm editum secuti sumus, cujus folia paginis complicantur senis denis* &c. Hotomanus suos in Verrinas commentarios Theodoro Bezæ peculiari nuncupavit epistolâ *III. Id Feb. M. D. LIII.* datâ.

(*a*) Controversia magna inter Turnebum, & Ramum cæteróśque ejus calumniatores ea erat; quòd hi affirmarent, negaret ille, *à Cicerone scribi lib.* 3. *de legib. nihil à veteribus Stoicis ad hunc usum popularem & civilem de repub. esse disputatum*: & *Ciceronem Platonicos & Aristotelicos, non Stoicos, imitatum fuisse*. Conferat lector de totâ hâc disputatione argumenta in Turnebi & Rami commentariis tradita.

* Judicet, cui vacaverit, lector, an hæc Hotomani de Ciceronianarum orationum interpretibus censura non duriuscula paulò videatur. Certè Petrus Pellitarius, cujus in Orationem pro Cæcinâ anno 1540. prodierunt commentarii, non erat juris civilis imperitus; uti ex ipsius ad lectores epistolâ commentariis præfixâ constat.

par Maurice Roy & Loys Pesnot. (*a*) 8. Lyon. 1554.

Quintiliani Institutionum Oratoriarum libri XII. in commentarios redacti, Petro Paulo Vergerio auctore; ex bibliothecâ Joann. Tillii episcopi Briocensis: *apud Guil. Morelium.* (*b*) 8. Paris. 1554.

Paradoxes [de Charles Estienne] ou propos contra la commune opinion, debatuz en forme de declamations forenses; reveuz & corrigez pour la seconde fois: *par Charles Estienne.* 8. Paris. 1554.

Paradoxe; que le plaider est chose tres utile & necessaire à la vie des hommes: *par Charles Estienne.* 8. Paris. 1554.

Defense pour le roy tres-Chrestien contre les calomnies de Jacques Omphalius: *chez Charles Estienne.* (*c*) Paris. 1554.

Lettres au Cardinal de Ferrare sur le voyage de

(*a*) In hôc libro Philippicæ orationes, secunda & tertia Demosthenis, secunda Ciceronis, Gallicè versæ sunt.

(*b*) *Joan. Tillius episc. Briocen. Joanni, Eliæ & Jacobo Tilliis suaviss. —— suavissimi nepotes (nepotes appello, quos amore paterno complector, in quorúmque stirpe posteritatis meæ spes omnis defixa est) —— Epitomen Quintiliani vobis dono, quam ope Joannis Nestoris præceptoris vestri elucidatam vobis aditum munituram censeo, quo vos ipsi aliquando fontem repetentes, majori cum fructu, quasi copiæ cornu totum evolvatis. —— Si hoc summarium cum eo, quod quidam * superioribus annis colligendum typisque mandandum curârunt, comparetur, luce clariùs, quid alterum alteri præstet, judicare licebit. —— Auctor horum commentariorum mihi planè ignotus est: nomen ejus duntaxat adscripsi, quod antiquus codex, quem exprimendum Typographo dedi, præ se ferebat.* &c. *Valete. Lutetiæ Parisiorum. V. Cal Maias.* Is Petrus Paulus Vergerius fuit (ut opinor) Justinopolitanus Chrysoloræ auditor, quem ann. 1410. claruisse comperio ex Gesneri Bibliothecâ: in quâ, uti neque in Baylii Dictionario, illam Quintiliani epitomen inter ejus Opera non invenio. Huic Quintiliani epitomæ præfigitur icon serpentis à patibulo, cui hæret circumplexus, pendentis, hinc indè flammis sursum ardentibus cincta, cum hôc lemmate, ἔργῳ ϗ λόγῳ. Idem signum affigitur Canonibus Apostolorum, apud Guil. Morelium. 1561 fol. & Evangelio Matthæi ex Hebræo reddito, apud Mart. Juvenem. 1555. 8. & Luciferi Opusculis, apud Jo. Benenatum & Mich. Sonnium. 1568. 8. non quasi Typographi alicujus insigne (quod putabam aliquando; vide Histor. Typograph. Parisiens. pag. 99.), sed potiùs (si rectè rem conjecto) proprium librorum ex Jo. Tillii episcopi primùm Briocensis [1554. 1555. 1561.] postea Meldensis [1568.] bibliothecâ aut ejusdem curâ prodeuntium.

(*c*) Almeloveen. Vit. Stephanor.

* Is, qui hic notatur, non (ut puto) alius est, quàm Jonas Philologus, cujus Epitome in Quintiliani Institutiones prodiit in 8. Paris. (1548. *Vide Fabric. Biblioth. Lat. p.* 427. & antea) apud Sim. Colinæum. 1531. 1539. 1542.

de Henry II. au Païs-bas de l'Empereur en 1554. par B. [Bertrand] de Salignac gentilhomme Francois: *chez Charles Estienne.* (*a*) 4. Paris. 1554.

Traicté de Plutarque de la Honte vicieuse, traduict en Francois par Francois le Grand procureur du roy au baillage de Melun: *impr. par Charles Estienne.* (*b*) 8. Paris. 1554.

Homeri Ilias, Græcè; typis regiis: *apud Adr. Turnebum.* (*c*) 8. *III. Cal. Jul.* Paris. 1554.

ANACREONTIS Teii Odæ, Græcè; ab Henrico Stephano luce & Latinitate nunc primùm donatæ: *apud Henricum Stephanum.* (*d*) 4. *Ex privilegio regis.* Lutet. 1554.

Theocriti opera recèns è Græco in Latinum ad verbum translata, Andreâ Divo Justinopolitano

(*a*) Biblioth. Tellerian. p. 197. & Bibliotheq. Historiq. de Jacq. le Long. num. 7628 & Verdier. p. 134. sed Verderius habet [*Cardinal de Guise*] non [*Cardinal de Ferrare*]. utì & Draudius in Bibliothecâ Gallicâ p. 74. & Almeloveen. Vit. Stephanor. p. 31.

(*b*) Typographi nomen in suâ Bibliothecâ Antonius Verderius expressit, Franciscus à Cruce-cænomanâ omisit: at hic annum 1554, ille 1544 assignat. Illum sequitur Almeloveenius in Vit. Stephan. p. 30. utì & Draud Bibliothec. Gallic. p. 86. Mihi autem minùs placet annus 1544. qui tempori minùs convenit, quo Carolum Stephanum Typographicæ arti se primùm dedisse probabile est; scil. 1551.

(*c*) Vidi in Viri Clariss. Johannis Brydges armigeri bibliothecâ Turnebianum Homericæ Iliadis codicem; ad cujus finem adnectuntur Homeri Batrachomyomachia & Hymni, Græcè; eodem Typorum genere, eodem in singulis paginis versuum numero; eâdem ante titulum florulentâ decoratione, quæ Iliadis initio præponitur. Ciphræ autem in primâ paginâ sunt 417, in ultimâ 498. Signatura horum opusculorum prima est E. Unde cùm nulla sit inter & Iliadis & istorum Ciphras Signaturásque continuatio, nemo non conjiciet aliquid (cujus nulla adhuc mihi fuit notitia) fuisse aut interjectum aut aliquando forsan interjiciendum. Oportet certè præivisse 416. paginas, quæ Odysseam continere potuerant. Neque longè aberit calculus, si inter illarum paginarum & Odysseæ totius versuum (cum argumentorum lineis) numerum proportionem ex conjecturâ instituas.

(*d*) Græcam ad philomusos epistolam Henr. Stephanus præmisit, & tria epigrammata, Græcum unum, duo Latina. Adjecit nonnulla Alcæi fragmenta, & Anacreontis epigrammata, cum Sapphûs odâ (Ποικιλόθρον' ἀθάνατ' Ἀφροδίτα &c.) unóque fragmento. Addidit & suas observationes, cum Latinâ epistolâ ad lectorem; in quâ scribit se *tempus, quod vacuum dabatur per varias, quibus distinebatur, occupationes, accepisse; & eas Anacreontis odas, quas jam antè Gallicas fecerat, in aliquot amicorum gratiam vertere etiam Latinè*, eodem carminis genere, *aggressum esse.* Anacreontis autem odas, non omnes, sed aliquot tantùm, Latinè vertit.

tano interprete: *apud Joan. Oporinum.* (*a*) 8. Basil. 1554.

Ex veterum comicorum fabulis, quæ integræ non extant, sententiæ, Græcè, nunc primùm in sermonem Latinum conversæ: [*colligebat Guil. Morelius. Parisiis. MDLIII.*] *Excudebat Guilielmus Morelius.* (*b*) 8. Paris. 1554.

Les unziéme & douziéme livres de l'Iliade d'Homere traduictz de Grec en Francois par feu Hugues Salel abbé de Saint Cheron; avec le commencement du treziéme; l'umbre dudict Salel par Olivier de Maigny; & autres vers mis sur son tombeau par divers poëtes de ce tems: *pour Vincent Sertenas libraire.* (*c*) 8. Paris. 1554.

Plautus: *per hæredes Bernardi Juntæ.* 8. Florent. 1554.

Catullus, cum commentario Antonii Mureti: *apud Paulum Manutium Aldi filium.* 8. Venet. 1554.

Virgilii Bucolica, cum commentariis Richardi Gorræi Parisiensis: *apud Guliel. Rouillium.* 8. Lugd. 1554.

Terentii Eunuchus, Latinè & Gallicè, cum Joannis Ericii scholiis, & Jodoci Willichii commentario: *apud Theobaldum Paganum* (*d*); *excudebat Bartholomæus Frein.* 8. Lugd. 1554.

Horatii Epistola de Arte Poeticâ, cum Jasonis de Nores Cyprii ex quotidianis Tryphonis Cabrielii sermonibus interpretatione: *apud viduam Mauricii à Portâ.* (*e*) 8. Paris. 1554.

Ovi-

(*a*) Ad calcem, *Bernæ in Helvetiis, per Samuelem Apiarium, sumptibus Joan, Oporini M. D. LIIII. Mense Septembri.*

(*b*) In hâc editione Morelius eandem Latina Græcis associandi rationem, quam primùm Aldus (Vide Annal. Typograph. Tom. 2. p. 49. l. 17), observavit. Paginæ Latinæ ciphris, Græcæ nullis notantur.

(*c*) *Hugoni Salellio Cadurco ——— Petrus Paschalius dolens P. ——— Anno M. D. LIII. Vixit XLIX. Men. VI.*

(*d*) Joan. Ericius in præfixo ad ingenuam juventutem epistolio scribit, se illas *adnotatiunculas discipulis aliquot, quos privatim instituendos susceperat, dictatas, Stephano Pascuario literarum humaniorum professore efflagitante, in lucem emisisse: ——— &, ut bibliopola diligentiæ adjutor esset, qui in investigandis bonis authoribus in adolescentum gratiam nullum non movebat lapidem.*

(*e*) *Calcerando de Nores fratri amantissimo & loco parentis habendo, Jason de Nores S. P. D. Cum in Cypro insulâ, hoc est in patriâ nostrâ, de Tryphonis Cabrielii mor-*

Ovidii Fasti: *apud Michaëlem Vascosanum.* 4.	Lutet.	1554.
Martialis castus, ab omni obscœnitate perpurgatus: *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* 4.	Lutet.	1554.
Publii Syri Mimi: *apud Guil. Morelium.* 8.	Paris.	1554.
Georgii Buchanani Jephthes sive Votum, tragœdia: *apud Guil. Morelium.* (*a*) 4.	Paris.	1554.
Gulielmi Gnaphæi gymnasiarchæ Hagiensis comœdia Acolasti titulo inscripta de filio prodigo; Gabrielis Prateoli Marcossii commentariis illustrata: *apud viduam Mauricii à Portâ; excudebat suis typis Mauricius Menier.* 8. *Nono Calendas Novembris.*	Paris.	1554.
Petri Victorii Variarum Lectionum libri XXV. Quæ corrupta, mutila, & præpostere sita admiserat prima editio, hæc secunda sedulo castigavit, suóque loco restituit: *apud Joannem Temporalem; excudebat Bartholomæus Frein.* 4. 4. *Non. Mai.*	Lugd.	1554.
Compendium Michlol, hoc est absolutiss. grammatices Davidis Chimhi, nunc primò editum, authore Rodolpho Bayno Cantabrigense & sanctæ Linguæ professore regio Lutetiæ Parisiorum: *apud Carolum Stephanum.* 4.	Paris.	1554.
Institutiones Linguæ Syriacæ, Assyriacæ atque Thalmudicæ, unà cum Æthiopicæ atque Arabicæ collatione; addita est, ad calcem, Novi Testamenti multorum locorum historica enarratio; Angelo Caninio Anglarensi authore: *apud Carolum Stephanum.* 4.	Paris.	1554.

Al-

morte nuncium accepissem; scis, qui me perculerit dolor &c. *Feci, ut quæ illo narrante atque exponente cognoveram de Horatii arte poëticâ, ea literas à me, dum ille viveret, mandata recognoscerem, & accuratè digesta publicarem.* &c. Hæc interpretatio antea prodiit Paris. 1544. 8. & Venet. cum aliis, apud Aldi filios 1553. 8. Vide Gesner. Bibliothec. & Fabric. Bibliothec. Latin. p. 245.

(*a*) Carolum Cossæum Franciæ marescalum ac apud Taurinos regis Francorum præfectum Buchananus præfatur epistolâ Lutetiæ Parisiorum quinto Cal. Aug. M. D. LIIII. datâ.

Alphabetum Hebraïcum; accuratiora omnia: *Olivâ Roberti Stephani.* 8. . ... 1554.

Alphabetum Græcum; additis Theodori Bezæ scholiis, in quibus de germanâ Græcæ Linguæ pronuntiatione disseritur: *Olivâ Roberti Stephani.* (*a*) 8. . . .. 1554.

Renati Guillonij Vindocinæi Tabulæ perbreves rationem motûs Verborum omnium Græcorum novâ docendi formulâ complectentes; qui tomus est totius operis primus; editio secunda, aucta & locupletata: *apud Thomam Richardum.* (*b*) 4. . . Paris. 1554.

Godescalci Prætorii de Græcâ syntaxi libri duo: *apud Petrum Brubach.* (*c*) 8. Francof. 1554.

Latinæ linguæ cum Græcâ collatio ex Prisciano & probatiss. quibusque authoribus; per locos communes, literarum, partium orationis, constructionis, ac totius grammatices: *apud Carolum Stephanum.* (*d*) 8. *Calendis Junii.* Lutet. 1554.

Dictionarium Latino-Græcum; in quo singulæ dictiones ac locutiones Latinæ Græcis vocibus ac sententiis præmissæ magnum utriusque linguæ commercium indicant; hujus autem plurima pars ex Budæi vigiliarum reliquiis excerpta est: *apud Carolum Stephanum.* (*e*) 4. *XVI. Calend. April.* . . Lutet. 1554.

Rudimenta Joannis Despauterii, cum accentibus:

(*a*) *Theod. Beza Roberto Stephano S. D. Quum nuper unà essemus, & sermo fortè incidisset de Græci sermonis pronuntiatione, magnopere à me contendisti, ut sententiam de hâc totâ re meam paucis perscriptam verbis ad te mitterem Ego verò parui libens* &c. *Vale. Lausannæ, Cal. Octob. M. D. LIIII.*

(*b*) Ad finem, *Excudebat Thomas Richardus Parisiis* 1552.

(*c*) Ad finem adduntur epistolæ; duæ Græcæ Prætorii ad Joach. Camerarium, & Joach. Camerarii ad Prætorium; Latina Melanchthonis ad Prætorium.

(*d*) Hujus collationis author est Carolus Stephanns, qui suum opus duabus epistolis commendat; alterâ ad lectorem; alterâ ad Cardinalem Carolum à Lotharingiâ, [*ex tuâ Typographiâ. Prid. Cal. Maji. M. D. LIIII.*] datâ.

(*e*) Hoc suum etiam opus Carol. Stephanus Cardinali Carolo à Lotharingiâ nuncupat epistolâ *Ex nostrâ officinâ, XVII. Cal. Aprilis, M. D. LIIII.* datâ.

tibus : *apud Carolum Stephanum.* 8. *Idibus Septemb.* . . Lutet. 1554.

Ambrosii Calepini Dictionarium, quartò & postremò ex R. Stephani Latinæ Linguæ Thesauro auctum : *Olivâ Roberti Stephani* [*M. D. LIII.*]; *excudebat Robertus Stephanus in suâ officinâ* (*a*) fol. *Cal. Jan.* . ... 1554.

Joachi-

(*a*) *Rob. Stephanus lectori. Permirum est, quòd inter homines aliqui reperiantur eâ audaciâ & impudentiâ, ut alienum laborem ad se libenter transferant* &c. *Quum nos adhuc scholastici essemus, viderémusque quantopere opus esset dictionariis integris atque emendatis, instituimus instaurare atque emendare dictionarium Calepini. Quúmque videremus illud non sufficere ——— cœpimus aliud novum edere, quod Thesaurum Linguæ Latinæ appellavimus. Ad quod absolvendum permultos libros legimus, in primis eorum qui suis commentariis Latinos autores explicarunt ——— quùmque cogitaremus aliquid adhuc efficere & certius & melius, dedimus operam, ut Cicero cæteríque ejusdem puritatis & authoritatis diligenter legerentur. Quo in genere maximos sanè indices confecimus, ——— cœpimus denuo imprimere nostrum Thesaurum, tum corrigentes, tum augentes* &c. *Hoc quum singulari quâdam diligentiâ & industriâ egissemus, quidam in Aquitanicâ sive Lugdunensi Galliâ Typographi, quibus hunc librum non licebat propter regium privilegium imprimere, editionem Calepini suscipiunt, addentes tum dictiones, tum formas loquendi ex thesauro nostro sumptas, interdum decem lineas, interdum viginti, aliquando dimidiam columnam, nonnunquam etiam unam integram. ——— Quotiescunque ipsorum impressio venditione est distracta, hinc & illinc evellunt minuta quædam fragmenta, eáque prioribus addunt, cum novâ semper epistolâ* &c. *Nec verò istis compilatoribus (quorum nominibus parco) dissimulavi, me, quod mihi furati fuerant, jure meo vendicaturum: id quod certè hôc tempore facere volui, præsertim quum intellexerim eos velle adhuc librum istum coacervare, meum Thesaurum compilando ——— quem nos postremò adornamus, corrigentes ea, quæ mendosa sunt; & quæ redundant, resecantes; eúmque augentes ——— Græca etiam addentes* &c. *Nec instituam longam querelam de iis, qui in Germaniâ hunc Thesaurum contractum impresserunt, novam inscriptionem Promptuarii ei dantes, cum longissimâ epistolâ ——— Neque plura dicam de eo ipso Thesauro, qui Venetiis est impressus; in quo ne ea quidem errata emendaverunt, quæ nos prætermiseramus; tantummodo Græca ex Calepino in illum Thesaurum transtulerunt* &c. *Equidem poteram hæc omnia declarare in præfatione alterius cujusdam libri, sed non tam opportuno tempore & loco, quàm in edendo atque imprimendo isto libro. Interea autem quot millia erratorum deprehensa ——— quàm præter operis rationem infarta multa (quæ tamen integra reliquimus, ne quid Calepini aucti amatores à nobis detractum quererentur) ——— Quum operis nostris exemplar emendatum dare arbitrati essemus, in excudendo parandum fuit, & ex tempore præstandum, quod fieri potuit: plura aliàs præstituri, vitam si Dominus longiorem commodaverit, non in hôc castigando, sed novo planè formando.* &c. *Nequè verò interim cessabunt amici fesso Atlanti humeros supponentes, ab emendando nostro Latinæ Linguæ Thesauro, & augendo, Græcísque dictionibus formísque adjiciendis ——— & in novo Græcæ Linguæ Thesauro absolvendo, in quo eandem, quam in Latino, observatam rationem conspicies, ex optimis delectissimísque Græcorum grammaticis, poëtis, Rhetoribus, Oratoribus, Historiographis, & variarum rerum scriptoribus. Quæ dum tibi, lector, magnis vigiliis ——— parantur, Deum precibus adito, ut vires animósque mihi & amicis augeat, quo à nobis cœpta, aliquando perfecta accipias, etiam in literis Sacris. Vale. Ex urbe.* [scil. Genevâ] *M. D. LIII. Cal. Jul.*

Joachimi Perionii dialogorum de Linguæ Gallicæ origine, ejúsque cum Græcâ cognatione, libri quatuor : *apud Sebastianum Nivellium.* (*a*) 8. Paris. 1554.

Canticum canticorum, Ruth, Lamentationes Jeremiæ, Ecclesiastes, Esther; Hebraïcè; collatis exemplaribus veteribus & adhibito peritiorum judicio : *ex officinâ Caroli Stephani.* 4. *Mense Octobri.* Paris. 1555.

Evangelium Hebraïcum Matthæi (*sine punctis vocalibus*) recèns è Judæorum penetralibus erutum, cum interpretatione Latinâ, ad vulgatam (quoad fieri potuit) accommodatâ : *apud Martinum Juvenem.* (*b*) 8. Paris. 1555.

Nov. Testament. Syriac. cum punctis vocalibus, quibusdam duntaxat in locis; 2 Volum. In primo volumine, Evangelia quatuor; in secundo S. Pauli Epistolæ XIV. S Lucæ Apostolicæ Historiæ à Jesu Christi Ascensione usque ad annum Neronis IV. liber unus, SS. Jacobi, Petri & Joannis Epistolæ singulæ; reliquæ SS. Petri, Joannis & Judæ epistolæ unà cum Apocalypsi, etsi extent apud Syros, tamen in exemplaribus, quæ secuti sumus, defuerunt; Div. Ferdinandi Romæ Imperatoris designati jussu ac liberalitate, characteribus & linguâ Syrâ —— scriptorio prælo diligenter expressa, curâ & vigiliis Jo. Alberti Widmanstadii, Mose Meredinæo ex Mesopotamiâ Catholico sacerdote

mul-

(*a*) Præmittitur Joach. Perionii ad Henricum Valesium regem Gallorum epistola Lutetiæ 17. Cal. Novemb. 1554 data, in quâ pollicetur Perionius se Origenis in B. Joannis Evangelium commentarios in regiâ bibliothecâ prolatos & à se de Græcis conversos propediem editurum.

(*b*) *Jo. Tilius Episc. Briocen. Carolo Lotharingo cardinali S. P. D. Anno superiore profectus in Italiam, hoc divi Matthæi Evangelium Hebraïcum reperi* &c. *longè aliud ab eo est, quod nobis Munsterus plerumque barbarum & ineptum obtrusit.* &c. *Ut verbum de verbo religiosissimè converteretur, Johannis Merceri doctrinâ & cognitione præstantis judicióque acri præditi & de literis Hebraïcis, siquis ætatis nostræ est, optimè meriti operâ sum usus.* &c. *Parisiis. XXVII. Novembris, M. D. LIIII.* Versioni Latinæ præfixa interpretis ad lectorem epistola indicat *hæc satis purè scripta non procul à Veteris Testamenti nitore abesse, etsi nonnihil Rabbinismi interdum adjunctum sit.* Ad calcem adduntur Judæorum objecta in Matthæum, Hebraïcè.

multam operam & ſtudium navante : *apud* MICHAËLEM CYMBERMANNUM. (*a*) 4. Vienn. 1555.

Biblia Latina vulgata : *olivâ Roberti Stephani ; excudebat Roberto Stephano Conradus Badius.* (*b*) 8. *VIII. Id. April.* . . .. 1555.

Concordantiæ Bibliorum utriusque Teſtamenti novæ & integræ ; quas revera Majores appellare poſſis : *Olivâ Roberti Stephani.* (*c*) fol. *VII. Cal. Febr.* . . .. 1555.

[Huic

(*a*) Long. Biblioth. Sacr.] Ad calcem ſecundi voluminis hæc leguntur ; *In urbe Viennâ ampliſſimarum orientalis Auſtriæ Provinciarum Metrepoli Florentiſſimâ ad hunc exitum perductum eſt divinum hoc opus anno à Chriſti Nativitate M. D. LV. 27. Septembris, impenſis regiis. Caſpar Craphtus Elvangenſis Suevus characteres Syros ex Norici ferri acie ſculpebat : Michaël Cymbermannus prelo & operis ſuis excudebat.* Poſt primam verò totius operis paginam legitur ; *Vienna Auſtriæ excudebat Michaël Zymmerman anno M. D. LXII.*

(*b*) *In hâc editione juxta Hebraïcorum verſuum rationem ſingula capita verſibus diſtincta ſunt, numeris præfixis, qui verſuum numeris, quos in Concordantiis noſtris novis & integris poſt literas marginales A B C D E F G addidimus, reſpondent.*

(*c*) R. Stephanus Typographis. *Æquos & innocuos vos præbete* ἑμοτέχνῳ ὑμῶν, *rogo atque obſecro. Privilegium ipſi ultro ad annos aliquot irrogate, ut meſſi alienæ parcatis. Cœpta, necdum expolita, meliora facere, & perficere ſinite, vobis in tempore profutura. Chriſtiano Lectori R. Stephanus.* ——— *Decem & octo abhinc annos, quum inter nos laudaretur ſtudium ignoti illius* [lege Long. Bibliothec. Sacr. p. 403. part. 2.] *veterum Concordantiarum ſcriptoris, non defuerunt, qui quererentur omiſſa eſſe plurima,* ——— *me obnixe rogant, ut mutilum opus abſolvendi provinciam ſubirem. Quod libens in me recipio ; non quidem ut opus inchoatum perficerem, ſed novum prorſus ederem, ſtatim atque Dominus requiem mihi ullam præſtaret.* ——— *Præſentem hujus adminiculi uſum mihi videbam eſſe in texendo opere illo, quod in manibus habemus, Gloſſæ interlinealis & ordinariæ, quam vocant, cujus ſpecimen aliquod jam* [ſcil. anno 1553.] *editum eſt. Ne autem exiſtimes nihil à me novi ſupra aliorum induſtriam fuiſſe præſtitum, cur meritò Concordantias Majores inſcriberem* ——— *ſcito non tantùm exemplaribus antè editis me curâſſe addendum quod deerat ; ſed de integro ex continuâ Bibliorum lectione novum confectum fuiſſe volumen ; ac ſingula vocabula, etiam propriorum nominum, quoties illic occurrunt, fuiſſe toties deſcripta : niſi quid ſcribas meos fugerit* &c. *In particulis indeclinabilibus, quarum minor eſt uſus, recitandis fui parcior : ſaltem non tam curiosè eas ſumus perſecuti, nec tamen prorſus contempſimus.* ——— *Præter literas illas marginales conſuetas, A B C D E F G, in quas prior ille Concordantiarum author ſingula capita partitus eſt, habebis numeros verſuum cujusque capitis poſt illas literas adſcriptos juxta rationem Hebraicam, hoc eſt, ut Hebræi verſus ſuos numerant.* ——— *Quò verò præſentiorem commoditatem ex his verſuum numeris percipias, Biblia juxta veterem interpretem excudimus, in quibus verſus illi diſtincti, ac numeris notati atque inſigniti ſunt.* ——— *Deſiderabis* (*non dubito*) *etiam recentiorum interpretum vocabula* ——— *recipimus quod cupis facturos, ſimul atque quod prælis noſtris adornatur, perfectum fuerit : niſi fortè eorum, qui alienis laboribus nimis cupidè inſidiantur, improbitas & avaritia conatus noſtros impedierit. Sed jam in Novum Teſtamentum Græcas item Concordantias propediem tibi me exhibiturum per Dei gratiam ſpondeo, quæ vice Dictionarii Græci in ipſum Novum Teſtamentum eſſe poterunt.* &c. *Ex noſtrâ officinâ, Anno M. D. LV, X. Cal. Feb.*

[Huic non incommodè loco inserere visum est Catalogum Biblicarum Concordantiarum hactenus excusarum, quas antea, utì & alia multa, imprudenter omisi. Hic autem Catalogus ex Jacobi le Long Bibliothecâ Sacrâ (part. 2. p. 397. &c.) conficitur.

Concordantiæ Bibliorum & Canonum: *apud Huguenem de Coloniâ.* fol.	Bonon.	1479.
Eædem: *apud Eundem* (*a*) fol.	Bonon.	1486.
Concordantiæ majores cùm declinabilium tum indeclinabilium dictionum, præmissâ Jo. Frobenii editoris præfatione; pars secunda, quæ indeclinabilium concordantias continet, à Joanne de Secubiâ: *apud Frobenium.* fol.	Basil.	1486.
Concordantiæ Magnæ: *apud Antonium Coburger.* fol.	Norimb.	1487.
Concordantia Bibliorum, studio Joan. Nivicellensis. fol.	Basil.	1489.
Concordantiæ: *apud hæredes Vegelii.* fol.		1500.
Concordantiæ Hebraïcæ מאיר נתיב authore R. Mardochæo Nathan, cum præfatione R. Isaaci Nathan: *apud Dan. Bombergum.* (*b*) fol.	Venet.	1523.
Concordantiæ Latinæ: *apud Frobenium.* fol.	Basil.	1523.
	Et	1525.
	Et	1526.
Et studio Jo. Schotti. fol.	Argent.	1526.
Et *apud Mareschal* fol.	Lugd.	1526.
	Et	1528.
Et auctore Henrico Regio. 4.	Colon.	1535.]

Harmonia ex Matthæo, Marco & Lucâ composita; adjuncto seorsum Johanne, quòd pauca cum aliis communia habeat; cum Joh. Calvini commentariis, & ejusd. ad Senatum Francfordiæ epistolâ, Genevæ, Calendis Au-

gusti,

(*a*) Joan. de la Caille p. 29. hunc vocat *Henricum de Coloniâ.*

(*b*) Vide Joan. Buxtorf. Bibliothec. Rabbinic.

gusti, M. D. LV. datâ: *Olivâ Roberti Stephani.* (*a*) fol. *XVI. Cal. Aug.*	....	1555.
Biblia Latina: *apud Joan. Frellonium.* (*b*) 8.	Lugd.	1555.
Et *apud Ant. Vincentium.* (*c*) 8.	Lugd.	1555.
Et ex recognitione Dominici de Soto Segoviensis: *apud Andream à Portanariis.* (*d*).	Salmantic.	1555.
Proverbia Salomonis Latinè, cum tribus libris commentariorum ex ipsis Hebræorum fontibus manantium; authore Rodolpho Bayno Cantabrigensi & sanctæ linguæ regio professore Lutetiæ: *ex officinâ Typographicâ Michaëlis Vascosani.* fol.	Paris.	1555.
Psalter. Latin. ex versione Seb. Castalionis. (*e*) 16.	Antv.	1555.
Idem Lat. & Gall. ex versione Gabrielis du Puisherbault: *apud Joannem Roigny.* (*f*) 4.	Paris.	1555.
Nov. Testam. Latin. Erasmi. (*g*) 8.	Francof.	1555.
Idem Lat. & Gall. ex versionibus Erasmicâ & Genevensi, cum summariis ex comment. Calvini desumptis: *apud Conradum Badium.* [quem miror, & hìc primùm lego, Basileæ excudisse]. (*h*) 8.	Basil.	1555.
Idem Lat. & Gall. *sub insigni palmæ coronatæ.* (*i*) 12.	....	1555.
Ecclesiasticus Græcè, studio Joach. Camerarii cum ejusdem annotationibus. (*k*) 8.	Basil.	1555.
Biblia Gallica Genevensia: *typis Joan. Crispini pro Nicolao Barbier.* (*l*) 4.	Genev.	1555.
La Bible nouvellement translatée, avec la suite de l'Histoire depuis le tems d'Esdras jusqu'aux Maccabées, & depuis les Maccabées jusqu'a		

(*a*) Alia est Calvini epistola commentario in S. Johannis Evangelium præfixa, ad Senatum Genevensem, Genevæ Calend. Januarii, M. D. LIII. data.
(*b*, *c*, *d*, *e*, *f*, *g*, *h*, *i*, *k*, *l*) Long. Biblioth. Sacr.

qu'a Christ ; avec des annotacions sur les passages difficiles ; par Sebastian (*a*) Chatcillon ; & dediée au Roy Henry II : *par Jean Hervage, au Mois de Mars.* fol. . à Bale. 1555.

Le Nouveau Testament translaté de Grec en Francois, avec annotations : *chez Jean Crespin.* 12. . . à Geneve. 1555.

Nov. Testam. Gallic. ex versione Genevensi, & Italic. ex interpretatione Brucciolí. (*b*) 8. .... 1555.

Nov. Testam. Germanic. ex versione Lutheri. (*c*) 8. . . Norib. 1555.

Biblia Helvetica : *apud Andream Gesnerum.* (*d*) fol. . . Tigur. 1555.

Psalmi è Latino in Castellanum idioma translati cum paraphrasi Snoi Goudani : *apud Joannem Steelsium.* (*e*) 8. . . Antv. 1555.

Lactantii liber de opificio Dei : *apud Thomam Richardum.* 4. . . Paris. 1555.

Clementis Romani episcopi, de rebus gestis, peregrinationibus, & concionibus S. Petri epitome, ad Jacobum Hierosolymorum episcopum ; ejusdem Clementis vita ; Græcè : *apud Adr. Turnebum.* (*f*) 4. *Calendis Feb.* . Paris. 1555.

Et Latinè, Joach. Perionio interprete : *apud Guil. Morelium.* (*g*) 4. . Paris. 1555.

Basilii Magni de jejunio Orationes duæ, Græcè : *apud Andream Wechelum.* 4. . Paris. 1555.

S. Joan. Chrysostomi Enarratio in Psalmum Centesimum ; & Homilia habita, quo tempore extra ecclesiam deprehensus est Eutropius, dé-

que

(*a*) Is est Sebastianus Castalio.
(*b*, *c*, *d*, *e*) Long. Biblioth. Sacr.
(*f*) Cum Græcâ ad Nicolaum Mallarium Ecclesiæ Parisiensis S. Mariæ ecclesiasten & Theologum Turnebi epistolâ.
(*g*) Cum Latinâ Joach. Perionii epistolâ Lutetiæ nono Cal. Januarias M. D. LIIII. datâ ad eundem Mallarium, ex cujus bibliothecâ bonis omnibus libris refertâ depromptum hoc Clementis compendium, abhinc triennium, in Latinum sermonem convertendum susceperat.

que paradiso & scripturis; & in illud, Adstitit regina à dextris tuis; Græcè: *apud Carolam Guillard.* 8. Paris. 1555.

Traicté en forme de sermons, extraict de plusieurs lieux de S. Jean Chrysostome, prouvant, que la conversion du monde par la predication des Apostres est claire demonstration de la foy Chrestienne: *de l'imprimerie de Michel de Vascosan.* 4. Paris. 1555.

Theodorite Evesque Cyrien de la Nature de l'homme, translaté de Grec en Francois, avec l'exposition des lieux plus obscurs & difficiles, par Roland Pietre advocat au siege presidial de Meaux, & addressé à Antoine de Buz bailly dudict lieu: *de l'imprimerie de Michel de Vascosan.* 4. Paris. 1555.

B. Vigilii Martyris & episcopi Tridentini Disputatio inter Sabellium, Fotinum, Arrium & Athanasium nunquam antehac integre edita, & nunc demum suo auctori vendicata; Ejusd. adversùs Eutychen & alios hæreticos de Christo malè sentientes libri V. Georgio Cassandro editore; & ejusd. Cassandri commentarius de duabus in Christo naturis & unâ hypostasi adversùs hæreses hujus ætatis: *apud hæredes Arnoldi Birckmanni.* 8. Colon. 1555.

Maximi Planudæ in corporis Domini Dei nostri Jesus Christi monumentum ac in sanctiss. Deiparæ ac Dominæ nostræ lamentationem Oratio Græca: *apud Andream Wechelum.* 4. Paris. 1555.

Joach. Perionii de Patriarcharum rebus gestis ac vitis liber, ad Rob. Lenoncurium Cardinalem Mediomatricum pontificem, cœnobiique B. Pauli apud Cormœriacum præfectum: *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* 4. Lutet. 1555.

Palladii divi Evagrii discipuli Lausiaca historia ad Lausum Præpositum, & Theodoreti episcopi Cyri religiosa Sanctorum patrum Historia; Gentiano Herveto Aurelio interprete:

apud Martinum Juvenem. (*a*) 4. . Paris. 1555.

Calvinus in Acta Apostolorum : *apud Rob. Stephanum.* (*b*) . . .. 1555.

Psalterium Græcis versibus elegiacis redditum à Paulo Dolscio Plavensi : *ex officinâ Joannis Oporini.* (*c*) 8. *Mense Aug.* . Basil. 1555.

Hippocrat. de Humorib. Græcè ; & Galeni in eundem commentarius Græcè , nunc primùm in lucem editus, cum Latinâ Nicolai Vigorei Melodunensis interpretatione : *apud Michaëlem Vascosanum.* 4. . Lutet. 1555.

Honoratii Castellani Oratio, Lutetiæ habita, quâ futuro medico necessaria explicantur : *apud Michaëlem Vascosanum.* (*d*) 4. . Lutet. 1555.

Synopsis Mensurarum & ponderum, ponderationisque mensurabilium secundùm Romanos, Athenienses, γεωργὺς καὶ ἱπποϊάτρυς, ex præstantissimis authoribus contracta, operâ Michaëlis

Nean-

(*a*) *Renaldo Polo Cardinali & S. R. E. in Angliâ legato , Gentianus Hervetus S. P. D.* ——— *Palladius , antea Latinè versus , sub Heraclidis nomine in lucem exiit , sed non integer , cùm in eo plusquam triginta patrum vita desideretur. Eum denuo à capite verti ; & Theodoreti Θεοφιλῆ id est religiosam historiam , cujus ipse sæpius meminit in Ecclesiasticâ historiâ.* &c. *Vale. Lutetia Parisiorum. Idibus Augusti.* 1555.

(*b*) Almeloveen. Vit. Stephanor. p. 25.

(*c*) *Senatoribus inclyta urbis Salinarum in ripâ Sala Paulus Dolscius salutem dicit.* ——— *Extant versus dulcissimi Apollinaris , & aliquot Psalmi à Joach. Camerario Gracis versibus splendidè expositi sunt. Eobanus Latino carmine totum Davidis opus reddidit , quòd antea fecit nemo. Multos Psalmos & Johannes Stigelius ornatissimè reddidit. Lutherus non tantùm transtulit ex Hebraâ Linguâ integrum Psalterium in Germanicam , sed etiam multis Psalmis in cantilenis addidit paraphrasim.* ——— *Gracis versibus totum opus Psalmorum reddidi : quàm feliciter , alii judicabunt. Sed tamen sententias cum fontibus congruere scio ; à quibus discedit interdum Apollinaris secutus non Hebraeam lectionem , sed Gracam. Id opus quia pracipuè vestris filiis , quos mihi erudiendos commendâstis , scripsi , vobis exhibeo ; ac specimen volo esse non solùm mea sedulitatis in hôc munere docendi , sed etiam pia voluntatis erga ecclesiam , & erga hanc urbem* &c. *Data in Salinis in ripâ Sala , Cal. Sep* 1554.

(*d*) *Condiscipulis suis Monspessuli medicina operam navantibus Andreas Bessoycus S. P. D.* ——— *Honoratus Castellanus* ——— *à Monspelliensi academiâ* ——— *in aulam retractus* ——— *de Parisiorum academiâ bene mereri studuit. Etenim quanquam infestissimis aulicorum negotiorum fluctibus agitaretur* ——— *tumultuario quidem studio Galeni libellum de constitutione artis medica interpretandum suscepit* ——— *& antequam ad illius enarrationem se accingeret , quadam prafanda duxit* ——— *futuro medico maximè necessaria* ——— *ea typis committenda duxi, qua in modum orationis primâ statim pralectione tractavit , auctore non modò reluctante, sed etiam planè inscio & ignaro.* &c.

Neandri ex Valle Joachimicâ, anno M D LIII. (Joanni Jacobo Fuggero D. in Kirchberg & Weissenhorn); accessit Galenus de ponderibus & mensuris, Græcè & Latinè, nunc multo correctior, ejusdem Neandri operâ: *ex officinâ Joannis Oporini* 4. *Mense Januar.* Basil. 1555.

Oribasii Sardiani Collectorum Medicinalium Libri XVII. qui ex magno septuaginta librorum volumine ad nostram ætatem soli pervenerunt; Latinè, Joanne Baptistâ Rasario medico Novariensi interprete: *apud* BERNARDINUM TURRISANUM, *viâ Jacobæâ*, *sub officinâ Aldinâ.* 8. Paris. 1555.

THEOPHILI de hominis fabricâ libri V. GRÆCÈ; ex bibliothecâ regiâ: *apud Guil. Morelium.* 8. . . Paris. 1555.

Joannis Lygæi medici de humani corporis harmoniâ libri quatuor, Latinis Hexametris; annotationibus illustrati: *apud Michaëlem Vascosanum.* 4. . . Lutet. 1555.

Andr. Vesalii de corporis humani fabricâ libri septem: *per Joan. Oporinum.* fol. Basil. 1555.

Livre de la nature humaine, ou est traicté de la formation de l'enfant au ventre maternel; par Nicole de Haupas medecin de Doulens en Picardie l'an 1554: *impr. par Michel Vascosan.* (a) 8. Paris. 1555.

Avicennæ Arabis Quarta fen, primi; de universali ratione medendi; Latinè, interprete Jacob Mantino medico Hebræo: *apud Martinum Juvenem.* 8. . . Paris. 1555.

De ratione & usu dierum criticorum opus recèns natum, in quo mens tum ipsius Ptolemæi, tum aliorum astrologorum hâc in parte dilucidatur, authore Thomâ Boderio Rothomagensis Diœcesis, ab ipso Orontio Finæo dedicatum; cui accessit Hermes Trismegistus ad Amonem

Ægyp-

(a) Ce livre contient 20. chapitres, en 3 fueilles. Bibliotheq. du Verdier; & la Croix du Maine.

Ægyptium de infirmorum decubitu, Latinè, nunquam antea in lucem editus : *in officinâ Audoëni Parvi ; excudebat Andreas Wechelus*. 4. Paris. 1555.

De conservandâ bonâ valetudine liber Scholæ Salernitanæ, cum Arnoldi Novicomensis Medici & Philosophi antiqui enarrationibus denuo recognitis & auctis per Joan. Curionem & Jac. Crellium ; item de electione insigniorum simplicium ac specierum Medicinalium Rhythmi Othonis Cremonensis ; de moderatione cibi & potûs, somni & vigiliarum, doctrina Phil. Melanthonis ; de victûs salubris ratione privatorum Polybii tractatus, Guinterio Joanne Andernaco interprete : *apud Martinum Juvenem*. 12. Paris. 1555.

De tuendâ bonâ valetudine libellus Eobani Hessi, commentariis illustratus à Joanne Placotomo in academiâ Regiomontanâ professore medico ; ejusdem de naturâ cerevisiarum & mulsarum opusculum, ac de ebrietate dissertationes : *apud Gulielmum Julianum*. 12. Paris. 1555.

Georgii Pictorii Villingani, apud regiam curiam Ensishemiæ superioris Alsatiæ archiatri, de bonâ valetudine dialogi sex : *Excud. Martinus Juvenis*. 12. Paris. 1555.

La nature & diversité des poissons, avec leurs pourtraicts, representez au plus pres du naturel ; par Pierre Belon du Mans : *chez Charles Estienne*. Oblong. Paris. 1555.

Belon de la nature des Oyseaux : *chez Gilles Corrozet ; imprimé par Benoist Prevost*. (*a*) fol. Paris. 1555.

Les observations de plusieurs singularitez & choses memorables en Grece, Asie, Judée, Egypte, Arabie, & autres pays estrangers par Pierre Belon du Mans : *de l'imprimerie de Christofle Plantin*. 8. Anvers. 1555.

Timæi Locri Liber de animâ mundi & na-

tura,

(*a*) Bibliothec. Cordesian. p. 395. Caille. p. 119.

turâ, Græcè: *apud Guil. Morelium.* 8. Paris. 1555.

Plutarch. de Virtute morum, Græcè, & seorsim Latinè, interprete Carolo Valgulio Brixiano: *apud Guil. Morelium.* (*a*) 4. Paris. 1555.

Ejusd. contra Colot. liber prior & posterior, Latinè, Arnoldo Ferrono interprete: *apud Seb. Gryphium.* 8. Anvers. 1555.

Aristotelis de Moribus ad Nicomachum libri X. ita Græcis interpretatione recenti cum Latinis conjunctis, ut ferme singula singulis respondeant, in eorum gratiam qui Græca cum Latinis comparare volunt: *apud Adrianum Turnebum.* (*b*) fol. Paris. 1555.

Ejusdem liber de Mundo, Latinè, Gulielmo Budæo interprete: *apud Michaëlem Vascosanum.* 4. Lutet. 1555.

Ejusd. de Interpretatione liber, Latinè, Joach. Perionio interprete, per N. Gruchium correctus & emendatus: *apud Vascosanum.* 4. Lutet. 1555.

Ni-

(*a*) Sed ad calcem, *Parisiis M. D. LVII. excudebat Guil. Morelius.*

(*b*) *Lectori. Libros Aristotelis de moribus ad Nicomachum typis regiis aliquanto emendatiores edideramus, partim ex Pet. Victorii observationibus, partim ex vetustis aliquot exemplaribus, cùm nobis quidam studiorum juventutis fautores id superesse operæ contenderent, ut ea emolumenta non modò iis, qui è Græcis, verùm etiam qui è Latinis literis philosophiam expiscantur, usui per nos essent: id verò nos facturos, si de his Græcis Latina corrigerentur & emendarentur. Utilitatis hujus publicæ rationem reputantes, quod magis opus foret, nos facturos censebamus, si utraque & Græca & Latina conjungeremus. Id aliquoties dum tentamus, collationis magna difficultas operam retardabat quòd qui de Græcis Latina fecissent, vel de suo quædam addentes, vel periphrasibus Græca explicantes, longiora multo Latina quàm Græca sint, edidissent; ideòque aptè componi non possent, ut singula singulis responderent. Hìc hærentibus commodùm nobis obtulit quidam literarum studiosus, quod in hôc genere molitus erat, ita Latina Græcis accommodata, ut ferè verbum de verbo expressum videretur: cujus operam, quam sibi privatim parârat, ut multis usui esset, hâc editione idcirco fecimus, quòd multo plures inter literarum & philosophiæ candidatos esse viderentur, quibus ista utriusque linguæ comparatio necessaria, nedum utilis esset, quòd nondum Græcarum literarum satis firma jecissent fundamenta. Illius ergo nostrámque bonam vestra studia juvandi voluntatem æqui boni consulite, ut si in rem esse literariam hujusmodi conjunctionem intelligamus, ad alia tanti philosophiæ magistri opera itidem conferenda simus alacriores. Valete.* Ad calcem, *Excudebat, & cum Græcis Latina conjungebat Guil Morelius, M. D. LX XII Cal. Martias.* De ratione Latina cum Græcis conjungendi lege, quæ fusè & eruditè disseruit Chevillerius, in *Origine de l'imprimerie de Paris. p.* 235, 236, 237, 238, 239.

Nicolai Grouchii Rothomagensis præceptiones Dialecticæ; cum Dialecticæ & Logicæ differentiâ: *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* (*a*) 4. Lutet. 1555.

Orontii Finæi de sphærâ mundi libri V. ab ipso authore denuo castigati & marginalibus annotationibus recèns illustrati: *apud Michaëlem Vascosanum.* (*b*) 4. Lutet. 1555.

Ejusd. de Arithmeticâ practicâ libri quatuor, ab ipso authore multis accessionibus recèns locupletati: *apud Michaëlem Vascosanum.* (*c*) 4. Lutet. 1555.

Orontii Finæi tumulus, Latinè, Græcè & Gallicè; auctore Thomâ Fargæo Vellaunio: *apud Michaëlem Vascosanum.* 4. Lutet. 1555.

Hieron. Widembergii totius philosophiæ humanæ in tres partes, rationalem, naturalem & moralem, digestio: *apud Joannem Roigny.* (*d*) 8. Paris. 1555.

Philostrati de vitâ Apollonii Tyanei libri octo, Latinè, Alemano Rhinuccino Florentino interprete; Euseb. contra Hierocl. Latinè, Zenobio Acciolo Florentino interprete; omnia hæc ad Græcam veritatem diligenter castigata, adjectis, ubi opus esse videbatur, annotatiunculis: *apud Gulielmum Cavellat; excudeb. Benedictus Prevost.* 12. Lutet. 1555.

T. Livii Historiarum libri, qui extant, XXXV. cum universæ Historiæ Epitomis, à Carolo Sigonio emendati, cum ejus scholiis: *apud Paulum Manutium Aldi filium.* (*e*) fol. Venet. 1555.

Ca-

(*a*) *Nicol. Grouchius Guilielmo Guerenta & Patricio Buchanano S. P. D. Praeceptiones Dialecticas quarto abhinc anno à me in Lusitaniâ, ut scitis, conscriptas, cùm vestro aliorúmque amicorum consilio in vulgus edere pararem,* ——— *rogâstis me, ut scriberem, quid de nomine Dialectices & Logices cum Aristotele sentiendum sit, & quo singuli libri Organi Aristotelis pertineant* &c. *Valete, ex domo paternâ, Nonis Septembris:* 1551.

(*b*) Præmittitur Orontii Finæi ad Antonium Olivarium, Lombariensem episcopum præfatio data *ex nostris Lutetianis ædibus, Mense Julio, M. D. LV.*

(*c*) Orontii Finæi præfatio ad Antonium Leufredum, Ursicampi abbatem data est *Lutetiæ, mense Januario, M. D. LV.*

(*d*) Bibliothec. Cordesian. p. 421.

(*e*) Præmittitur Caroli Sigonii ad Bernardinum Lauredanum Andreæ F. patricium Venetum epistola data *Venetiis, M. D. LV. Nonis Maji.*

Caroli Sigonii Fasti, & de nominibus Romanis liber; Kalendarium vetus Romanum è marmore descriptum; Pauli Manutii de veterum dierum ratione opinio: *apud Paulum Manutium Aldi F.* fol. [cum P. Manutii epistolâ ad lectorem]. . . Venet. 1555.

Nicolai Gruchii de Comitiis Romanorum libri tres: *ex officinâ Typographicâ Michaëlis Vascosani*. fol. . . Lutet. 1555.

Suetonii Octavius Cæsar Augustus: *apud Michaëlem Vascosanum*. 4. . Lutet. 1555.

Paul. Æmyl. de gest. Franc. & Arn. Ferron. de gest. Gall. & Chronic. Til. de regib. Franc. *apud Vascosanum*. 8. . Lutet. 1555.

Catalogue des Ducz & Connestables, des Chanceliers de France, depuis le Roy Clotaire premier du nom; des Grands-Maistres, depuis Clotaire deuxieme; des Admiraulx, depuis Philippes de Valois; des Mareschaulx, depuis Clouis deuxieme; des Prevostz de Paris, depuis S. Louis; jusques au Roy Henry deuxieme: *de l'imprimerie de Michel de Vascosan*. (*a*) fol. *Achevé d'imprimer le dixieme d'Aoust*. . Paris. 1555.

Demetr. Phaler. de Elocutione, Græcè: *apud Guil. Morelium*. (*b*) 8. *Idibus Decemb*. Paris. 1555.

De

(*a*) Huic editioni præfigitur regium privilegium ann. 1553. 11. Febr. Vascosano concessum, in decennium, pro libris in Galliâ nunquam antea impressis; & in sexennium, pro libris ab illo restitutis & illustratis. Notandum est, quòd in hôc libro singuli cujusque dignitatis catalogi seorsim & distinctis titulis imprimantur. Horum Catalogorum author erat Joannes le Feron *advocat en Parlement à Paris*; qui etiam scripsit, *De la primitive institution des roys, herauds & poursuyvans d'armes: impr. à Paris. 4. par Maurice Menier.* 1555. Vide Bibliotheq. du Verdier. & la Croix du Maine.

(*b*) *Alexandro Farnesio S. R. E. Cardinali vicecancellario Petrus Victorius S. P. D. ——— Usus sum in mendis tollendis ratione illâ, quam semper probavi; scripta enim ipsius antiquáque exemplaria sedulo conquisivi; pluribúsque gratiâ ac studio amicorum collectis, me totum ad auctoritatem eorum contuli, ut paucis admodum in locis cùm id tuto fieri visum est, opinione conjecturâque usus fuerim. ——— Ut autem, quid de obscurioribus ipsius locis sentiam, cotidie ex me accipis, ita plenos in illum commentarios, quos habeo institutos, propediem expecta* &c. *Florentiâ, Id. April. M. D. LII.* Ad calcem adduntur, *Quæ in vetusto codice aliter quàm impressum est, scripta sunt.*

De Elocutionis imitatione ac apparatu Jac. Omphalii liber unus; & Jo. Franc. Pici Mirandulæ ad Pet. Bembum, ac Pet. Bembi ad Jo. Fran. Pic. Mirandulam de imitatione epiſtolæ duæ: *apud Gulielmum Julianum.* 8.	Paris.	1555.
Dionyſii Longini de ſublimi genere dicendi liber, Græcè; in quo cùm alia multa præclarè ſunt emendata, tum veterum poëtarum verſus, qui, confuſi commixtíque cum oratione ſolutâ, minùs intelligentem lectorem fallere poterant, notati atque diſtincti: *apud Paulum Manutium Aldi F.* (a) 4.	Venet.	1555.
Dionis Chryſoſtomi Orationes quatuor; duæ de ſervitute & libertate; una de libertate; una de ſervis; Græcè: *apud Andream Wechelum.* 4.	Paris.	1555.
Ejuſdem oratio Trojana, quâ Ilium à Græcis neutiquam captum fuiſſe confirmat; Græcè: *apud Andream Wechelum.* 4.	Paris.	1555.
M. Tullii Ciceronis Opera: *apud Carolum Stephanum.* (b) fol.	Paris.	1555.

Ejuſ-

(a) Παῦλος ὁ Μανούτιος Μιχαήλῳ τῷ Σιλβίῳ, Καρδινάλει τῷ πάνυ, εὖ πράττειν. —— ἔτι μὲν κἀκεῖνο μέμνημαι, μεθ' ὅσης σπουδῆς τε καὶ φιλοφροσύνης Ῥώμην ἐλθόντα με ὑπεδέχου, τέλειον ὄντος τούτου. —— προθυμουμένου δέ με Ἰουλίου τρίτου τοῦ μεγίστου ἀρχιερέως ἐν Ῥώμῃ κατασχεῖν, ὡς πόνῳ τε καὶ τύποις τοῖς ἐμοῖς τὴν ἐκείνου μεγαλοπρέπειαν ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν φιλομαθῶν κοινῇ συνάρμιμι, καὶ Μαπφαίου τοὐμοῦ Καρδινάλεως ἀνδρὸς —— ζωῆς αἰωνίου —— ἀξιωτάτου τὰ μάλιστα πρὸς τοῦτο παρακαλοῦντος, ἐθελοντὴς —— ὑπέστης —— ἀπὸ τῶν ὄνειαν τῶν ἰδίων συνοίσειν —— ἐφ' ᾧ τὰ τῶν ἀρχαίων, ἢ τῷ χρόνῳ ἢ ταῖς τοῦ βίου συμφοραῖς ἤδη κατεφθαρμένα σχεδὸν, ἐπανασῶσαι. —— τὸ ἐμῆς εὐχαριστίας δεῖγμα —— ἀποστέλλω σοι τουτὶ τὸ δῶρον μικρὸν —— Διονύσιον τὸν Λογγῖνον περὶ ὕψους τοῦ λόγου, —— ὃς ἐν τῇ παρ' ἡμῖν τοῦ Βησσαρίωνος βιβλιοθήκῃ κατακεκρυμμένος ἀπέκειτο: κἂν ὑπὸ σητῶν τῷ χρόνῳ —— κατεβρώθη καὶ φροῦδος ἐγένετο, εἰ μὴ παρέστη μοι τοῖς ἡμετέροις τύποις ἐ- αὐτὸν ἀνανεῶσαι. —— τὴν βίβλον —— ὡς ὄφελον ὁλοκληροτέραν καὶ μετὰ πλείονος διορθωθεῖσαν ἀκριβείας ἀποστεῖλαι. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐν τῷ νῦν ἀδύνατον, ἐλπίζω δυνατὸν οὐκ εἰς μακρὰν, ἐντετυπωμένης ἤδη, ἔσεσθαι: καίτοι τῶν βελτιόνων ὑπάρξειν ἀντιγράφων, ὃ αὐτὴν εἰς τὸ ἀρχαῖον καὶ γνήσιον σχῆμα τελείως ἀποκαταστήσει. —— Ἐξ Ἐνετιῶν, μεταγειτνιῶνος, τρίτῃ ἐπὶ δέκα, χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ πεντηκοστῷ πέμπτῳ.

(b) Hæc editio in 4. tomos diſtribuitur: quorum primus continet Rhetoricos libros: *M. D. LIIII.* & ad calcem, *M. D. LI. III. Non. Septembr.* Secundus orationes, *M. D. LIIII.* tertius epiſtolas, *M. D. LIIII.* quartus philoſophicos libros & fragmenta. *M. D. LIIII.* & ad calcem; *M. D. LV. III. Cal. Martii.* Tomis ſingulis variæ lectiones & indices proprii ſubjiciuntur. His quatuor tomis præmittuntur præfatio ad lectorem, Car. Stephani dedicatoria

tôria ad Carolum cardinalem à Lotharingiâ epistola, Ciceronis vita ex Plutarcho, Achille Philerote Bochio Bononiensi interprete; & Ciceronis elogia ex antiquis authoribus; unà cum summâ privilegii ab Henrico II. Caroli Lotharingii cardinalis rogatu, M. D. LI. dati. *Lectori S. Qui in restituendis aut emendandis Ciceronis operibus hactenus elaborârunt, ——— fieri non potuit, quin ex opere tam immenso, quantumvis solertes ac curiosi fuerint, aliis tamen aliquid reliquerint, quod rerum antiquarum studiosis & in vetustiorum codicum observatione & in imitandarum loquendi formularum dispositione proponeretur. Quâ in re quid à nobis post tot hominum diligentiam præstitum fuerit, accipito. Quòd ad varias lectiones attinet, imprimis operam dedimus, ut brevioris cujusdam summæ locum apud doctiores obtinerent, unde prioris lectionis ad alteram collatione factâ, utra commodior esset, animadverterent. Id enim est verisimile, Ciceronem tantam in expoliendis suis scriptis operam posuisse, ut nihil non sæpenumero castigatum emiserit atque evulgârit. Itaque quicquid deinceps in ea re controversiæ natum est, id omne scribarum aut librariorum vitio, nondum repertâ Typographiâ, fuerit attribuendum: quorum alii dubias lectiones pro arbitrio inverterunt; alii prætermiserunt dimidiatas ferè clausulas; quidam nescio quid de suo adjecisse reperti sunt. ——— Quamobrem hoc tibi liberum reliquisse placuit, quò judicares, an prior, an verò ea quæ ab antiquissimis manuscriptis codicibus desumpta esset lectio, præpolleret; omnes enim ad unam descripsisse, ne vel tu quidem opinor censuisses. In indicibus, conqueri possis, vel quòd dictionum ac locutionum usum historiis ac sententiis gravioribus admiscuerimus; vel quòd singulis tomis singulos indices adjunxerimus. Verùm non est Ciceronis divitiarum in solis dictionibus constituenda ratio; bona enim earum portio ad sententiarum gravitatem, alia ad sui temporis historiam, ac rursus alia ad bonarum artium cognitionem pertinet. Quamobrem hæc omnia eodem compendio describere operæpretium fuerat. Præterea quotus quisque est, qui vel peregrè omnes secum gestet, vel unico volumine compactos in bibliothecâ contineat? Profectò ut diversa est singulorum in scribendo ratio ——— sic libris rhetoricis seorsum, item orationibus, post autem epistolis, atque ad extremum philosophicis libris separatos rerum ac vocabulorum indices adnotare commodius fuit ——— Et tamen ut tibi quoque aliquâ ex parte eâ in re satisfieret, in indice postremo (nequid omnino desiderare possis) effecimus, ut quicquid in Cicerone boni succi undique conquiri atque exprimi posse visum est, id ipsum uno atque eodem loco reperias; interea dum ejus Thesaurum, omnium tomorum divitias complectentem, adornamus; quem ut propediem accipias, id verò omni studio ac diligentiâ procuramus. Librorum autem antiquam dispositionem ——— non immutavimus. Fragmenta alio charactere excudere melius esse putavimus.* &c. *Vale. Carolo cardinali à Lotharingiâ, C. Stephanus S. ——— satis intelligi potest, eos qui virtutis ac bonarum literarum causâ gymnasia atque academias extruunt, præceptoribus uberrima præmia proponunt, typographos ob meliorum authorum volumina virtutum ac literarum instrumenta liberalitate prosequuntur, haud ullâ quidem minore laude ac gloriâ dignos esse, atque ipsos virtutum ac literarum authores. Quo quidem officio quàm magnificè perfunctus fueris, testis est per celebris illa à te nuper instituta Remensis, testis hæc nostra Parisiorum academia, ——— testis est infinita præstantissimorum librorum, cùm Græcorum, tum Latinorum copia, quæ nisi ex tuis tuique similium principum beneficiis, nullo unquam pacto excitari potuisset. Horum è numero qui nunc exit eloquentiæ parens* &c. *Vale, Lutetiæ VI. Cal. Mart. M. D. LV.* Carol. Stephanus præfationes peculiares duobus posterioribus indicibus præfixit; nempe hanc tertio: *Tertius hic Epistolarum index ad Latinarum atque adeò Græcarum literarum usus varios, loquendique formulas elegantiores præcipuè est accommodatus. In quo major adhibita est (ut labor in progressu crescere solet) diligentia, quàm in superioribus indicibus tum quòd in his epistolis mirum loquendi artificium ex Ciceronis negotiorum affectibus apparet; tum etiam multò magis, quòd nobis ferè quotidiana ac multò frequentiora sunt ea, quæ hic adnotavimus, quàm quæ in orationum tomo observata sunt.* Hanc quarto: *Quemadmodum nihil est in Ciceronis operibus æquè magnificum, atque id quod res philosophicas complectitur, sic illud sanè non minore admiratione dignum esse judicabis, quòd vir consularis, gravissimis negotiis implicitus, tantum otii ex dimenso suo velut unciatim*

Ejusdem pro P. Sexto oratio, cum Rolandi Petreii jureconsulti commentario : *apud Michaëlem Vascosanum.* (*a*) 4.	Lutet.	1555.
Adriani Turnebi Lucubrationes in Ciceronis Quæstiones Academicas : *apud Vascosanum.* (*b*) 4.	Paris.	1555.
Locus in quo tractantur joci ; Lib. II. de Oratore, ab Adriano Turnebo explicatus : *apud Guil. Morelium.* (*c*) 4.	Paris.	1555.
Ciceronis de legibus libri tres : *apud Viduam Mauricii à Portâ.* 4.	Paris.	1555.
Ejusd. epistolarum familiarium liber secundus ; aliquot item epistolæ ex cæteris libris tum ad Atticum, tum ad alios, & duæ ex Senecâ, selectæ in gratiam juventutis ; cum Latinâ & Gallicâ interpretatione, Maturino Corderio authore : *ex officinâ Caroli Stephani* 8.	Paris.	1555.
Seb. Corradi Quæstura, ubi Ciceronis vita, & multa Ciceronis loca illustrata : *apud* ANSELMUM GIACCARELLUM. 8.	Bonon.	1555.
Christoph. Hegendorphini methodus conscribendi epistolas, & dragmata locorum rhetoricorum ac dialecticorum : *apud Carolum Stephanum* 8. *VI. Cal. Nov.*	Paris.	1555.
Proverbiorum liber, Petro Godofredo, Carcasonensi jurisconsulto, procuratore regio, autore : *apud Carolum Stephanum.* 8.	Paris.	1555.

Ari-

suis posteris comparserit, ut de rebus ad bene beateque vivendum pertinentibus tam doctè támque sapienter disceptaret. Quo labore si tu quidvis admirabilius excogitare possis, lector, id verò à te vehementissimè requiro. Hujus autem fructum ut faciliùs ac commodiùs perciperes, eum in ordinem alphabeticum ac locos communes ita digessimus, ut ex iis quæcunque in hôc tomo de rebus philosophicis aptè atque ornatè ab eo pertractata sunt, nullo ferè negotio depromas.

(*a*) *Jacobo Auberio viro Pretorio Regis Galliæ oratori ac legato, Rolandus Petreius S.* ——— *Editionis causa fuit publica studiorum utilitas, quæ hactenus eleganti ac propè divinâ hâc Sextianâ defensione caruerunt, quòd nondum in eam cujusquam commentarius extaret, ac ne litera quidem ulla, credo, propter rerum difficultatem, historiarum varietatem, vel innumerabilium penè locorum depravationem.* &c. *Vale. Meldis, Calend. Junii. M. D. LV.*

(*b*) Bibliothec. Thuan. part. 2. p. 317.

(*c*) Hunc libellum P. Danesio Delphini Galliarum præceptori dedicat Adr. Turnebus.

Aristotelis de Arte Poëticâ liber, Græcè : *apud Guil. Morelium.* (*a*) 8. *IIII. Cal. Novemb.* Paris. 1555.

Apollodori Atheniensis Bibliotheces sive de deorum origine libri tres, Græcè & Latinè, annotationibus illustrati, & nunc primùm in lucem editi; Benedicto Ægio Spoletino interprete; cum opulentissimo nominum rerúmque indice, & Scipionis Tettii de Apollodoris ad Othonem Truchsium cardinalem commentario: *in ædibus Antonii Bladi Pontif. Max. excusoris de campo Floræ.* (*b*) 8. Romæ. 1555.

Pythagoræ aurea carmina, Græcè, cum Stephani Nigri commentariolis : *apud Guil. Morelium.* 8. Paris. 1555.

Musæi poëmatium de Herone & Leandro, Græcè: *apud Andream Wechelum.* 4. Paris. 1555.

Sophoclis Tragœdiæ septem, Græcè : *apud Pet. Brubachium.* 8. Francof. 1555.

Ejusdem eædem, Græcè, cum scholiis Græcis. (*c*) 4. Francof. 1555.

Euripidis Hecuba, Græcè, cum Matthæi Heusleri Jaurani coll. Lips. Latinâ interpretatione, explicatione, & Græco indice : *in officinâ* Georgii Hantschii. 8. Lips. 1555.

Op-

(*a*) Ad finem hæc : *Lectori. Cùm vetus exemplar manuscriptum, quod potissimum hôc edendo libello secuti sumus, multum dissideret ab excusis codicibus; utque cuique sumendi quod melius censeret, varietatibus cognitis, potestas esset, visum est non tantùm eas lectiones jam typis vulgatas hìc adnotare, verùm etiam siquid noster antiquus liber habeat, quod non expresserimus, non præterire.*

(*b*) *Bened. Ægius Spolet. Jano Metellio Sequano S. P. D.* —— *Mihi Apollodori tui Atheniensis Græcum exemplar Latinitate donandum quamlibentissimè concessisti* —— *Veniat igitur ad te, qui per tot sæcula delituit, Apollodorus* &c. *Incredibile est, quantum ille mihi negotii facessierit, sic mutilus, sic mancus, sic lacer, sic inversus erat, ut in eo restituendo longa ac diuturna cùm Latinorum tum Græcorum auctorum volumina nocturnâ ac diurnâ manu versare necesse fuerit. Quam rem ex nostris annotationibus cum Apollodoro editis abs te facillimè cognitum iri spero.* &c. *Vale: méque illi tuo Antonio Augustinio duodecimvero St. litibus judicandis & doctrinâ & animi sanctitate eminentissimo commenda: Romæ, Kal. Octobris. M. D. LV.*

(*c*) Excusas apud Pet. Brubachium fuisse ex charactere satìs apparet.

Oppiani Anabarzei Halieuticon libri quinque, & Cynegeticon libri quatuor, Græcè: *apud Adr. Turnebum. typis regiis.* (*a*) 4. Paris. 1555.

Ejusd. Halieutici libri Latinis versibus heroïcis à Laurentio Lippio Collense expressi; & Cynegetici Latinè ita versi, ut singula verba singulis respondeant: *apud Guil. Morelium.* 4. Paris. 1555.

Ejusd. Cynegetici Latinis versibus heroïcis redditi à Joanne Bodino Andegavensi, ad Gabrielem Boverium Andium episcopum; cum ejusdem Bodini commentario: *apud Michaëlem Vascosanum* 4. Lutet. 1555.

Orphei poëtæ vetustissimi opera, jam primùm ad verbum translata, & diligentiùs quàm antea multis in locis emendata, per Renatum Perdrierium Parisiensem: *ex officinâ Joan. Oporini.* (*b*) 8. *Mense Februario.* Basil. 1555.

Coluthi Thebani Lycopolitani raptus Helenæ per Renat. Perdrierium ad verbum translatus, cum brevibus Bernardi Bertrandi annotationibus; & Tryphiodori Ægyptii grammatici & poetæ de Ilii expugnatione libellus ab eodem Perdrierio versus: *ex officinâ Joan. Oporini.* (*c*) 8. *Mense Feb.* Basil. 1555.

Les dix premiers livres de l'Iliade d'Homere, traduictz en vers Francois, par Hugues Salel, de la chambre du Roy, & abbé de Saint

Che-

(*a*) Ad calcem variantium lectionum & emendationum hæc: *Lectori. Septem abhinc annis leviter emendaveram Oppianum de Venatione, partim animi conjecturâ, partim libri veteris ope. Eas emendationes quidam usurpavit, & sibi donavit, quas tamen non putabam tanti, ut in furtivis rebus esse deberent. Eas à nobis vindicatas & recuperatas esse nemo conqueri debebit. Nam rerum furtivarum lege æterna est auctoritas. Non me latet adhuc multos esse locos maculosos, quos aliis emendandos relinquo. Quædam etiam lectionis varietates, quorundámque errorum emendationes præscribere visum est.* Plagiarium illum fuisse Bodinum censent eruditi: Lege Colomes. Gall. Oriental. p. 81. 83. Thomas. Plag. liter. 373. Menag. Antibail. c. 19.

(*b*) Epistolam ad Dominum à Sancto Andreâ Franciæ Marescallum Ren. Perdrierius scripsit nuncupatoriam Basileæ Cal. Octob. 1554 datam. Additur Bernardi Bertrandi Regiensis in Orphei opera præfatio.

(*c*) Has versiones fratri suo Joanni Perdrierio Baubignyaco Renatus Perdrierius Parisiensis dedicavit.

Cheron: *par Estienne Grouleau libraire.* 8.	Paris.	1555.
Virgilii Æneïdis liber primus, cum Sebast. Corradi commentario: *Excudeb. Laurentius Torrentinus.* 8.	Florent.	1555.
Ovidii Elegia de Nuce, cum Erasmó commentario; ex postremâ authoris recognitione: *apud Carolum Stephanum.* 8. *VII. Cal. Octob.*	Lutet.	1555.
Ejusd. Heroid. Epistolæ: *apud Mich. Vascosanum.* 4.	Lutet.	1555.
Terentii Andria: *apud Guil. Morelium.* 4.	Lutet.	1555.
Persii Satyræ, cum Antonii Foquelini Veromandui commentario: *apud Andream Wechelum.* (*a*) 4.	Paris.	1555.
Conr. Gesneri Mithridates, sive de Linguarum differentiis observationes: *excudebat Froschoverus.* 8.	Tiguri.	1555.
Angeli Caninii Anglarensis Hellenismus: *apud Guil. Morelium*; *typis regiis.* (*b*) 4.	Paris.	1555.
De puerili Græcarum literarum doctrinâ liber Lodoici Enoci ad adolescentulos Genevenses reliquósque suos discipulos: *Olivâ Roberti Stephani.* 8.	......	1555.
Joannis Cheki Angli de pronuntiatione Græcæ potissimum linguæ disputationes cum Stephano Wintoniensi episcopo, septem epistolis contrariis comprehensæ: *per Nicolaum Episcopium juniorem.* (*c*) 8.	Basil.	1555.

Cœlii

(*a*) Foquelinus hunc commentarium inscribit Petro Ramo, cujus & Audomari Talæi totis ferè novem annis discipulus fuerat, epistolâ Lutetiæ calend. Aprilis anno 1555. datâ.

(*b*) Præmittitur Caninii ad juvenem Matthæum Priulum patritium Venetum epistola, Lutetiæ, è collegio Cameracensi, quarto Calend. Septemb. M. D. LV. data.

(*c*) *Cœlius Secundus Curio Antonio Cooko equiti aurato S. P. D.* ——— *Duo inter reliquos omnes majore quodam spiritu naturaque & doctrina adjumentis suffulti id sibi tractandum* [scil. de pronuntiandi ratione] *sumpserunt, Erasmus Roterodamus, & Joannes Checus Anglus. Sed de Erasmi opere* ——— *nihil hôc loco dicam: de eo agam, quod nunc in tuo, Cooce, nomine apparet.* ——— *Vobis duobus Regis Eduardi pueritia com-*

Cœlii Secundi Curionis ſchola, ſive de perfecto grammatico libri tres; ejuſd de liberis honeſtè & piè educandis libellus; acceſſit ejuſd. de grammaticâ Latinâ libri ſex, & Sulpitii carmen de moribus & civilitate puerorum : *ex officinâ Joannis Oporini*. 8. *Menſe Auguſto*. Baſil. 1555.

Prima pars Deſpauterianæ Grammatices; cui jam recèns addita eſt Gallica Latinarum dictionum interpretatio per Ægidium de Houſteville Sanctimarianum Conſtantinatem, Cadomi in gymnaſio Montano tenellæ pubis inſtitutorem; iterum aucta & recognita : *ex Typographiâ Mauricii Menier*. 8. . . Paris. 1555.

La maniere d'exercer les enfants à decliner les noms & les verbes : *chez Charles Eſtienne*. 8. *Septembri*. . . Paris. 1555.

De moribus in menſâ ſervandis Joannis Sulpitii Verulani libellus cum elucidatione Gallico-Latinâ Gulielmi Durandi : *ex officinâ Caroli Stephani*. (*a*) 8. . . . Paris. 1555.

Pentateuchus Hebraïcè : *ex officinâ Caroli Stephani*. (*b*) 4. . . Paris. 1556.

Ho-

commiſſa erat. ——— Sed oſtendere hunc terris tantùm fata voluere, neque ultra ſinere. ——— Voluit Joannes Checus corruptam Græcæ Linguæ pronuntiationem emendare. ——— Seſe Vintonienſis pontifex atque Angliæ cancellarius oppoſuit, & pro vulgari conſuetudine certamen ſuſcepit &c. *Has epiſtolas, cùm poſt Regis fatum hâc iter in Italiam faceret, Joannes Checus mihi oſtendit* &c. *Has cùm diligentiùs perlegiſſem, illico tantum bonum communicandum cum omnibus ſtudioſis literarum eſſe cogitavi*. &c. *Quòd ſi fortè Checus eas nos edidiſſe moleſtè ferat, ——— oro te, ut eum nobis placatum efficias*. &c. *Vale. Baſileæ. M. D. LV*. Edictum Vintonienſis epiſcopi, Cancellarii Cantab. de pronuntiatione Linguæ Græcæ & Latinæ datum eſt Londini. 18. Calend. Junias, anno Domini 1542.

(*a*) *Gulielmus Durandus ludimagiſter Lugdunenſis, Stephano Doleto ſalutem. Diſquirebam nuper, quæ rudiori meæ juventuti prælegerem* &c. *Occurrit libellus de moribus in menſâ ſervandis. At quibus mendis inquinatus!* &c. *Interpretatione Gallico-Latinâ illuſtratum ——— exire permiſi ——— tuis typis, qui cùm ſupra cæteros eximiam quandam pulchritudinem habent, tum ad apud doctos commendatione ſunt, ut vel leviſſimis nugis gravitatem afferre certè poſſint. Quid enim à Doleto probatur, niſi probabile? Quid recipitur, quid editur, niſi editione dignum? Tibi igitur commiſſa noſtra hæc juvenilis exercitatio foras datur*. &c. *Vale. Lugduni Cal. Quintil. Anno* 1542. Quo anno probabile eſt hunc libellum à Doleto excuſum fuiſſe, quamvìs nullibi illius mentionem factam noverim.

(*b*) Chevillerius (p. 298) hunc refert ad annum 1546: quod (ni fallor) eſt erratum Typographicum.

Hosea, Joel, Amos, Abdias & Jonas, Hebraïcè, cum Thargum, id est Chaldaïcâ paraphrasi Jonathan, & commentariis R. Selomo Iarhi, R. Abraham Aben Ezra, & R. D. Kimhi; variis lectionibus ex multorum exemplarium diligenti collatione in margine ascriptis: *apud Robertum Stephanum*. 4. *Mense Adar*.	....	1556.
Psalmi, Hebraïcè: *apud Froben*. (*a*) 12.	Basil.	1556.
Et (*b*) 32.	Sabionettæ.	1556.
Tobias, Hebraïcè, cum versione Latinâ Seb. Munsteri. (*c*) 8.	Basil.	1556.
Targum seu Paraphrasis Chaldaïca, quæ etiam Syriaca dicitur, Jonathani in Hoseæ, Joelis & Amosi prophetias; atque etiam in Ruthæ historiam & Lamentationes Jeremiæ incerto authore Chaldæo; nunc primùm Latinitate donata, interprete Johanne Quinquarboreo Aurilacensi linguarum Hebraïcæ & Chaldaïcæ regio professore; additis ejusdem in singula capita annotationibus cum locuplete indice: *apud Martinum Juvenem*. 4.	Paris.	1556.
Biblia Latina: *apud Jacobum de Millis*. (*d*) 8.	Lugd.	1556.
Et *apud Gryphium*. (*e*) 12.	Lugd.	1556.
Eadem ad optima quæque veteris, ut vocant, tralationis exemplaria summâ diligentiâ paríque fide castigata, cum figuris: *apud Joannem Tornæsium*. (*f*) fol.	Lugd.	1556.
Eadem ex Hebræo per Castalionem, cum ejus annotationibus: *apud Jo. Oporinum*. (*g*) fol.	Basil.	1556.
Psalter. Latin. ex versione Georgii Majoris. (*h*) 12.	Lips.	1556.
Idem, Castalionis: *apud Jo. Oporinum*. (*i*) 16.	Basil.	1556.

Nov.

(*a, b, c, d, e, f, g, h, i*) Long. Biblioth. Sacr.

Nov. Teſtam. Latin. *apud Menier.* (*a*) 16.	Paris.	1556.
Et *apud Viduam Franciſci Regnault.* (*b*) 16.	Paris.	1556.
Et *apud Jo. Frellonium.* (*c*) 16.	Lugd.	1556.
Et *apud Antonium Vincentium.* (*d*) 16.	Lugd.	1556.
Idem, Caſtalionis. (*e*) 16.	Baſil.	1556.
Epiſtolæ omnes, Latinè; cum Joh. Calvini commentariis; quorum hanc eſſe recognitionem poſtremam, ex lectione atque collatione cum prioribus, deprehendet lector: *Olivâ Roberti Stephani.* fol.	....	1556.
Biblia Gallica Genevenſia: *apud Philibertum Hamelin.* (*f*) 4.	Genev.	1556.
Et *apud Jo. Creſpin.* (*g*) 4.	Genev.	1556.
Et *apud hæredes Joannis Michel.* (*h*) 4.	Lugd.	1556.
Et (*i*) 8.	....	1556.
Biblia Germanica Joannis Dietembergeri. (*k*) fol.	Colon.	1556.
Et Lutheri. (*l*) fol.	Witteb.	1556.
Novum Teſtamentum Latino-Germanicum ex Græco: *apud Brylingerum.* (*m*) 8.	Baſil.	1556.
Biblia Helvetica, figuris ornata: *apud Froſchoverum* (*n*) fol.	Tigur.	1556.
Biblia Belgica: *per Stephanum Mierman & Joan. Gaillard.* (*o*) 4.	Embdæ.	1556.
Novum Teſtamentum Italicum ex Græco tranſlatum à Maximo Theophilo: *apud Joan. de Tournes.* (*p*) 16.	Lugd.	1556.

Idem

(*a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p*) Long. Bibliothec. Sacr.

Idem Hiſpanicè ex Græco ſummâ fide translatum cum notis quibusdam; Joan. Philadelphi. *I. E. Peres.* (*a*) 8. — Venet. — 1556.

Nonni Metaphraſis Evangelii ſecundùm S. Johannem, Græcè: *apud Martinum Juvenem.* 8. — Paris. — 1556.

Davidis Pſalmi aliquot Latino carmine expreſſi à quatuor illuſtribus poëtis, quos quatuor regiones, Gallia, Italia, Germania, Scotia, genuerunt; inter ſe commiſſi ab Henrico Stephano; cujus etiam nonnulli Pſalmi Græci cum aliis Græcis itidem comparati in calce libri habentur: *ex officinâ Henrici Stephani.* (*b*) 4. — .... — 1556.

Dionyſii Areopagitæ opera omnia, quæ extant; ejuſdem vita incerto (*c*) authore; ſcholia incerti (*d*) authoris in librum de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ; quæ omnia Latinè nunc primùm à

Joa-

(*a*) Long. Bibliothec Sacr.

(*b*) *Henricus Stephanus Georgio Buchanano S. D. Nimiùm diu latuiſti, mi Buchanane: jam tibi, ut vides, in publicum prodeundum eſt; ego te, velis nolis, ex iſtis educam latebris. —— In transferendis reliquis hujus ſacroſancti poëtæ odis Buchananus fuiſti, id eſt, inter reliquos omnes interpretes tantum, quantum luna inter minora ſidera, enituiſti: at poſtquam ad pſalmum CIIII ventum eſt, Buchananum viciſti. —— Qualis eſt Flaminius, hoc ego ingenuè fateor, quum à Buchanano diſceſſi, me, quem illi comparem, non reperire. Nam Salmonius Flaminio non ſolùm ſermonis puritate longè eſt inferior, ſed verſûs etiam elegantiâ ei cedit; & ut minùs cultum, quàm ille, verſum facit, ita multò magis humi ſerpit. —— Ut de Eobano taceam, cujus verſuum bona pars, ſi quis metrum detrahere velit, nihil commune cum poëſi habere comperietur; Rapicius ferè unicuique non omnino malo verſui peſſimum ſubjungit, dum copiam oſtentat; & verba quidem affert multa, ſed in quibus nihil præter verba multa invenias. Ejus tamen lyricos verſus tuis (quum nec Flaminii nec Salmonii ullos habebam) oppoſui: nec enim te in arenam ſine adverſario producere volebam. Quem verò alium tibi dare potuiſſem? an eum qui ex theologo factus Typographus, ex Typographo poeta; malus theologus, pejor Typographus, peſſimus poeta; in extremo illo ſuæ ἐγκυκλομωρείας vel potiùs ἐγκυκλομανίας curriculo, ſacrum poëtam peſſimè profanavit: dum invitâ Minervâ, iratis Muſis, adverſo Apolline carmina —— puerilia & quidvis potiùs quàm Davidem exprimentia ructatur, quia ——* nunquam niſi potus ad illa Profiluit ſcribenda *—— Audies præterea hic Henricum tuum Davidis aliquot hymnos Græcâ Linguâ modulantem; ſi qua tamen modulatio in tam inconditis verſibus inveniri poteſt. —— Fortaſſe experiar —— utrùm paulo meliora iis quæ dedi adhuc penè puer, nunc penè vir factus dare Græcæ Muſæ ſtudioſis poſſim. Vale. Ex Muſurgeo noſtro.* Henr. Stephanus Buchananum oppoſuit Eobano, Flaminio & Salmonio in pſalmis 1. 137. Eobano, Salmonio & Rapicio in 12. Flaminio, Rapicio & Eobano in 3. 6. 114. Salmonio & Rapicio in 127 Flaminio in 11. 12. 13. 15. Rapicio in 5. 7. 8. 9. 10. Eobano in 4. 14. Pſalmis ſinguiis in margine appoſuit Pagnini verſionem recognitam. Se Paulo Dolſcio oppoſuit in Græcâ verſione pſalmorum 1. 2. 3. 11. 43. 90. 101. Denique Buchanani in pſalmum CIIII. paraphraſi libellum clauſit.

(*c*) Methodio vel (ut alii) Metrodoro.

(*d*) Maximi.

Joachimo Perionio, Henrici Gallorum regis interprete, conversa sunt : *ex officinâ Typographicâ Michaëlis Vascosani.* (*a*) fol. . Lutet. 1556.

Adamantii Origenis de rectâ in Deum fide dialogus sive sermo habitus cum hæreticis Eutropio judice, & in totum librum Job commentarius ; ac Joannis Chrysostomi in librum Job conciones quatuor ; quæ omnia Latinè à Joach. Perionio conversa sunt, ex Henrici Gallorum regis bibliotheca ; ad Henricum eundem Gallorum regem : *ex officinâ Typographicâ Michaëlis Vascosani.* fol. . . Lutet. 1556.

Ex libris D. Basilii Orationes de Moribus XXIIII. Simone magistro ac logothetâ auctore ; Græcè ; ex bibliothecâ regiâ : *apud Guil. Morelium.* 8. . . Paris. 1556.

B. HIPPOLYTI Episcopi & Martyris Oratio, de consummatione mundi, ac de Antichristo, & secundo adventu Jesu Christi ; Græcè, Joanne Pico præside classium inquisitoriarum senatûs Parisiensis editore : *Excudeb. Guilielmus Morelius* ; *typis regiis.* (*b*) 8. *XVIII. Cal. Januar.* . . Paris. 1556.

Eadem, Latinè, eodem Pico interprete : *apud Audoënum Parvum.* (*c*) 8. . Lutet. 1556.

Lu-

(*a*) *Cardinali Vindocinensi principi, Joach. Perionius S. P. D. ——— converti omnia Dionysii opera, quæ extant; ——— scholia etiam quædam incerti authoris in Ecclesiast. Hierarch. nondum à quoquam, quod sciam, translata, quæ edita sunt Basileæ in officinâ Hervagianâ *; vitam quoque Dionysii, quæ edita est Græcè jam pridem † Venetiis cum illius operibus ——— Lutetiâ quidem ad cœnobium Dionysianum cum Andreâ Dudithio Pannonio juvene me contuli, ut Dionysii insignis præclaræque antiquitatis opera utenda acciperem, quò emendatiora hæc nostra cum illis collata ederentur; deinde si minùs hoc ipsum impetrare possem, saltem ea viderem, atque tantum quantum per otium & Dionysianorum Benedictinorum liberalitatem liceret, conferrem : nostram enim interpretationem atque vulgata illius Græca opera portaveram; sed superius illud impetrare non potui.* &c. *Vale. Cormœriaci. V. Calend. Maji. M. D LVI.*

(*b*) *Joan. Picus lectori salutem. Dum quærerentur in Italiâ mandato nostro perditi vel fortè latentes S. Dionysii Areopagitæ reliquorúmque Græciæ antistitum libri, occurrit Venetiis hæc B. Hippolyti oratio Græcè scripta, plerisque tamen in locis valde mendosa. Quam quidem quoad fieri potuit, emendatam & Latino sermoni traditam, utrâque linguâ curavimus imprimendam.* &c.

(*c*) *Cardinali Carolo à Lotharingiâ Jo. Pi-*

* Anno 1539.
† Editionem Venetam non novi, sed Florentinam in ædibus Phil. Juntæ ann. 1516.

Ludovici Fidelis Nervii, theologiæ professoris, de mundi structurâ opusculum : *apud Guil. Morelium*. 8. . . Paris. 1556.

Sermonum Judoci Clichtovei Neoportuensis, Carnotensis canonici, tomi duo, longè accuratiori studio emendati, ac fideliter suæ integritati restituti : *apud Michaelem Vascosanum ; excudebat Olivarius de Harsy*. (*a*) 8. . Paris. 1556.

Bartholomæi Camerarii Beneventani, de Jejunio, Oratione, & Eleemosynâ, dialogi quatuor: *ex officinâ Michaëlis Vascosani*. (*b*) 4. Lutet. 1556.

Nicolai Ridleii episcopi Londinensis de cœnâ Dominicâ assertio, contra sceleratam illam Transsubstantiationis hæresim ; quam è carcere author scripserat; unde etiam paulò pòst, id est XVI. Octobr. die. M. D. LV. igni comburendus extrahebatur: *apud Joannem Crispinum*. (*c*) 8. Genev. 1556.

Catholica confutatio impiæ cujusdam determinationis D. Nicolai Ridlæi, eo tempore sedem episcopalem apud Roffam occupantis post dis-

Picus S. —— *Mihi ad levandam in obeundis fori muneribus contractam molestiam, nihil est gratius divinorum lectione librorum : quam allatis tam ex Italiâ quàm è Græciâ veterum Græcorum monimentis (nam Latini scriptores reperiuntur perpauci) indies cumulatiorem fieri desidero.* —— *Cùm occurrerit quidquam cognitione dignum, id Latinè redditum emitto, priùs equidem adhibito peritorum ejus disciplinæ judicio* &c. *Itaque cùm audiissem ab his, qui nostro nomine libros antiquorum disquirebant, extare Venetiis orationem beati Hippolyti* &c. *Vale. Lutetiæ, postridie Calendas Decembris*

(*a*) Ex præfixis duabus epistolis, alterâ Clichtovei ad Ludovicum Lassereum, regalis collegii Navarræ provisorem & ecclesiæ S. Martini Turonensis canonicum & granicarium datâ ex Carnoto, XII. Cal. Mart. M D. XXXIII. alterâ Ludovici Lasserei ad lectores, ex Navarrâ Parisiorum IV. Cal Mai. M. D. XXXIIII. constat hos Clichtovei sermones Lasserei hortatu & operâ prodiisse.

(*b*) *Dianæ Poictiers Valentinorum duci, Barth. Camerarius P. F.* —— *Librum hunc conscripsi, in quo tecum simpliciter & apertè, tanquam cum principe fœminâ loquens, omnia brevissimè sum complexus : præter pauca, quæ cum Protestantibus eâ subtilitate, quâ veritas in pertinaci concertatione limatur, disputare necesse fuit.* —— *Hunc, quem tibi dedico, librum* —— *hanc saltem ob causam in illâ bibliothecâ reponas, quam Aneti instructissimam habes, ut insignes virtutes tuæ, majorum tuorum progenies, atque illustria & generosa facta (quæ, cùm paucis in hâc epistolâ narrari non possent, in dialogo quarto attigimus) exemplo sint posteris* &c.

(*c*) Hic libellus à Ridleio vernaculè scriptus, & postea Latinè versus ; quod constat ex anonymi epistolâ, in quâ Mariana persecutio vivis coloribus & elegantissimo sermone describitur.

disputationem de Eucharistiâ in academiâ Cantabrigiensi habitæ, in tres libros divisa; authore Albano Langdailo archidiacono Cicestriensi apud Anglos: *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* (*a*) 4. *Mense Octobri.* . . Lutet. 1556.

Annotationes priores & posteriores Gulielmi Budæi in Pandectas; nunc postremùm ad exemplar ipsius authoris non paucis in locis emendatiores & locupletiores factæ; atque etiam à doctiss. viris ab initio usque ad finem summâ curâ recognitæ & collatæ; quibus duo amplissimi indices accesserunt: *ex officinâ Typographicâ Michaëlis Vascosani.* fol. . . Lutet. 1556.

Eguinarii Baronis ad Digesta seu Pandectas manualium libri septem; partim nunc primùm in lucem editi, partim ab auctore recogniti & emendati: *apud Vascosanum.* (*b*) 12. 13. *Calend. Octobr.* . . Lutet. 1556.

Hug. Donell. de usuris: *apud Mich. Vascosanum.* (*c*) 4. . . Lutet. 1556.

Eduardi Henrysonis J. C. commentatio in Tit. X. libri secundi Institutionum de Testamentis: *apud Michaelem Vascosanum.* (*d*) 8. Lutet. 1556.

Bra-

(*a*) Langdailus in nuncupatoriâ ad Antonium Brounum, ordinis Garterii aurataeque militiæ Angliæ equitem, vicecomitem Montisacuti, epistolâ, Cantabrigiensem Visitationem & quinque Visitatores (inter quos Nicolaus Ridlæus) insectatur; qui *veræ* (ut ait) *religionis inclinationes, Edvardi regis, optimæ indolis pueruli, nomine abusi, regios processus appellitabant.* Præmittit deinde *Axiomata bina ab adversariis oblata, & solenni Corporis Christi festo,* 1549. *disputata*: *& Prædictarum propositionum D. Nicolai Ridlæi, Roffensis episcopi sedem occupantis, determinationem.*

(*b*) His libris additur Georgii Bitonis I. C. præfatio, in quâ —— *Baro*, ait, *noster dum nihil non molitur, ut opus inchoatum ad finem perduceret, ecce* 11. *Calend. Septemb. anno* 1550. *opere nondum absoluto decedit. Paulò autem quàm migraret è vitâ, operæpretium se facturum existimavit, si epitomen quoque libri primi Pandectarum ad eandem formam speciémque redigeret, quem consultò in primâ editione omiserat* &c. Baro dedicat librum primum Henrico II: regi, Cal. Mai. M. D. XLVII. Secundum Francis. Olivario Franciæ cancellario, Cal. Sept. M. D. XLVII. tertium Franc. Crespiuo per Britanniam Celticam præf. prætorio, Calend. April. M. D. XLVIII. quintum Æmar. Ranconeto, Calend. Novemb. M. D. XLVII. quartum & sextum nemini. *Cætera morte præventus author non perfecit.* Privilegium regium Vascosano datum est *Lutetiæ, VII. Idus Februarii. M. D. LIII.* ad imprimendum hunc & sequentem librum.

(*c*) Jacob. de Script. Cabilon. pag. 44.

(*d*) Michaëli Hospitalio regiarum rationum præsidi & Biturigum cancellario hanc commentationem Henryson inscribit epistola, *Biturigibus, septimo Calendas Julias, anno M. D. LV.* datâ.

Placitorum summæ apud Gallos curiæ libri XII. multis, à primâ editione, placitis insignibus aucti, & tribus commodiss. indicibus illustrati; per Johannem Lucium: *apud Carolum Stephanum.* (*a*) fol. *X. Cal. Apr.* Lutet. 1556.

Jacobi Cujacii J. C. observationum & emendationum liber primus, & secundus; ad Bartholomæum Fayum senatorem Parisiensem: *ex officinâ* ROBERTI STEPHANI. (*b*) 4. Lutet. 1556.

Oribasii Collectaneorum artis medicæ liber; quo totius corporis humani sectio explicatur, ex Galeni commentariis; Græcè: *apud Guil. Morelium* 8. Paris. 1556.

Theophili Protospatarii de corporis humani fabricâ libri V. Latinè, Junio Paulo Crasso interprete; ex Sorano de vulvâ & pudendo muliebri, Latinè, Joanne Baptistâ Rasario interprete: *apud Guil. Morelium.* 8. Paris. 1556.

Actuarii Zachariæ filii de actionibus & affectibûs spiritûs animalis, hujúsque nutritione, ad Josephum Racendytam, libri duo, Latinè, Julio Alexandrino Tridentino interprete; Ejusdem libri VII. de Urinis, Latinè, Ambrosio Leone Nolano interprete, ad Græcorum exemplarium fidem à Jacobo Gopylo recogniti; Ejusdem de medico sive methodo medendi libri VI. Latinè, Cor. Henrico Mathisio Brugensi medico interprete: *apud Guil. Morelium; vel apud Bernardum Turrisanum viâ Jacobæâ in Aldinâ bibliothecâ.* Paris. 1556.

Galeni opera, Latinè, ex variis interpretibus, septem voluminib. cum Antonii Musæ Brasavoli indice: *apud hæredes Lucæantonii Juntæ.* fol. Venet. 1556.

Ari-

(*a*) Huic editioni præfigitur authoris icon, cum hâc gnomâ, ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

(*b*) *Robertus Stephanus* [scil. Roberti, qui Genevam migraverat, filius] *excudebat* librum primum *Lutetiæ, VI. Cal. Junii, anno M. D. LVI.* secundum *Lutetiæ, pridie Cal. Novemb. anno M. D. LVI.*

Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum libri decem, Græcè, curâ Johannis Sturmii, cum variis lectionibus in fine adjectis: *Excudebant Wendelini Rihelii hæredes.* 8. Argent. 1556.

Ejusd. Politicorum libri octo, Græcè, ex Pet. Victorii recognitione: *apud Guil. Morelium.* 4. Paris. 1556.

Ejusd. de Naturâ aut de rerum principiis Libri VIII Latinè, Joach. Perionio interprete, & per Nic. Gruchium correcti & emendati: *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* 4. Lutet. 1556.

Franc. Vicomercat. in Aristotel. Meteorolog. *apud Vascosanum.* (*a*) fol. Lutet. 1556.

Jul Cæs. Scaligeri in duos Aristotelis libros de plantis libri duo: *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* 4. *Mense Julio.* Lutet. 1556.

Æliani opera, Gr. Lat. *per Andream & Jacobum Gesneros fratres.* fol. Tigur. 1556.

Theophrasti libellus de odoribus, Græcè, ab Adriano Turnebo Latinitate donatus, atque annotationibus illustratus: *apud Michaëlem Vascosanum.* 4. *Calendis April.* Lutet. 1556.

Plutarchi de Oraculorum defectu liber, Latinè, Adriano Turnebo interprete, cum ejus annotationibus: *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* 4. *Calendis Augusti.* Lutet. 1556.

Ejusd. liber de Herodoti malignitate, Græcè: *apud Guil. Morelium.* 4. Paris. 1556.

Ejusd. pro Nobilitate, Latinè, Arnoldo Ferrono interprete: *apud Sebastianum Gryphium.* 8. Lugd. 1556.

Ejusd. libellus de fluviorum & montium nominibus, & quæ in iis reperiuntur; Latinè, interprete Ang. Ver. (*b*) *apud Carolum Stephanum.* 8. Paris. 1556.

Oron-

(*a*) Bibliothec. Lugduno-Bat. pag. 77.

(*b*) *Claudio Lavallo archiepiscopo Ebredunensi Ang. Ver. S.* —— Hujus interpretis nomen, quod integrum noluit adjicere, nondum novi. Maussacus solas memorat Natalis Comitis & Turnebi versiones, quæ ad illius manus pervenerunt: neque alias recenset Fabricius in Bibliothecâ Græcâ.

Orontii Finæi de rebus mathematicis hactenus desideratis libri IIII. *ex officinâ Michaëlis Vascosani.* (*a*) fol. . . Lutet. 1556.

Plinii in Naturalem Historiam Præfatio, ad veterum codicum fidem per Adrianum Turnebum emendata, annotationibus illustrata, & Gulielmo Pellicerio Monspessuli episcopo inscripta: *ex officinâ Michaelis Vascosani.* 4. *5. Non. Octob.* : . Lutet. 1556.

Antiquæ urbis Romæ cum regionibus simulachrum, authore M. Fabio Calvo Rhavennate: *apud Hier. Frobenium & Nic. Episcopium.* fol. Basil. 1556.

Vincentii Lupani in Taciti Annalium libros XVI. annotationes; ad Andream Guilardum Mortarium à sanctioribus consiliis Henrici II: *ex officinâ Roberti Stephani.* 8. *IIII. Id. April.* Lutet. 1556.

Les Vies de Trajanus, Adrianus, Antoninus Pius, commodus, Pertinax, Julianus, Severus, Antoninus Bassianus, Heliogabalus, Alexander; extraictes de plusieurs autheurs, Grecs, Latins, & Espagnols, & mises en Francois par Antoine Allegre: *de l'imprimerie de M. de Vascosan.* 4. . . Paris. 1556.

Les deux premiers Livres de Paul Æmyle de l'Histoire de France, nouvellement traduicts de Latin en Francois, par Simon de Monthiers: *de l'imprimerie de Michel de Vascosan.* 4. Paris. 1556.

Joannis Picardi Toutreriani de priscâ Celto-

pædiâ

(*a*) *Galliarum regi Henrico II. Antonius Mizaldus Monlucianus S. P. D.* —— *Orontius in ordinem* [Mathematices professorum] *à patre tuo cooptatus* —— *à tuâ majestate confirmatus* —— *totos viginti quinque annos ibi & docendo & scribendo versatus* —— *canus & sexagenarius vitam cum morte nuper mutavit, morte illi molestâ, quòd doleret populosam sobolem in tantâ rerum inopiâ relinquere* —— *Deo gratias agebat, quòd librum istum, in quo totum septennium consumpserat, ad colophonem duxisset. Quem accuratè impressum ut Majestati tuæ offerrem, moriens imperavit.* —— *Ubi in fata concessit, librum unà cum figuris, quas paulò antè quàm abiret, ingeniosâ manu ad unguem pinxerat, Michaëli Vascosano Typographo diligentissimo ac doctissimo statim committere nihil sum cunctatus: nullo prorsus mutato verbo, nec item sensu, ne auctori & parenti injuriam facerem.* &c. *Vale: & paupercula Orontiana familia succurrere dignare* &c. *Lutetiæ, Idibus Aprilis, anno M. D. LVI.*

pædiâ libri quinque : *ex Typographiâ Matthæi Davidis*. 4. .. .. Paris. 1556.

L'Hiſtoire Naturelle & generale des Indes, Iſles, & terre ferme de la grand mer Oceane, traduicte de Caſtillan en Francois par Jean Poleur : *de l'imprimerie de Michel de Vaſcoſan*. (*a*) fol. . .. Paris. 1556.

Polydor. Vergil. Hiſtor. Anglic. libri XXVI : *per* CORNELIUM MANILIUM. 8. Gandavi. 1556.

Dionis Chryſoſtomi Orationes quinque ; de lege una, de conſuetudine una, de fortunâ tres ; Græcè : *apud Andream Wechelum*. 4. Paris. 1556.

Ciceronis pro Caio Rabirio Oratio, Petri Rami prælectionibus illuſtrata : *apud Thomam Richardum*. 4. . . Paris. 1556.

Ejuſd. Selectarum Epiſtolarum libri tres : *apud Michaëlem Vaſcoſanum*. 4. . Lutet. 1556.

Ejuſd. de Officiis libri tres, cum not. Vit. Amerbachii, Xyſt. Betuleii Phil. Melanchthonis, & Cælii Calcagnini ; de Senectute Dialogus, cum not. Xyſt. Betuleii, Eraſmi, & Pet. Balduini ; de Amicitiâ, cum not. Xyſt. Betuleii, Eraſmi, P. Victorii, & Pet. Balduini ; Paradoxa, cum not. Fr. Sylvii, Xyſt. Betuleii, incerti authoris, & Bart Latomi, & emendation. Leod. à Quercu ; & Somnium Scipionis, cum not. Eraſmi, Pet. Olivarii, P. Rami, & doctiſſimi cujuſdam viri ; hæc omnia ſummâ fide ex collatione vetuſtiſſimorum codicum à Petro Balduino Sampolino integritati reſtituta ſunt : *apud Odoënum Parvum*, vel (nam titulum variant exemplaria) *apud Sebaſtianum Nivellium* ; *excudebat Simon Calvarinus*. (*b*) 4. .. Paris. 1556.

Ejuſd.

(*a*) Sunt exemplaria, quæ præferunt annum M. D. LV. Regium privilegium Joanni Poleur [*Valet de chambre de Francois Dauphin de France*] conceſſum eſt anno 1553. 12. Februarii. Privilegii apographo ſubjiciuntur hæc ; *Imprimé par M. de Vaſcoſan le 25. jour du mois d'Octobre. M. D. LV.*

(*b*) Ad finem librorum de officiis Annotationes addidit Petrus Balduinus ; quibus

Ejusd. iidem libri, cum eorundem notis; additis insuper Pet. Marsi, Omniboni, & Franc. Maturantii commentariis, & copiosissimo indice; omnia jam recèns sedulò castigata (utì ex Theobaldi Pagani epistolâ ad lectorem constat): *apud Theobaldum Paganum* 4. .. Lugd. 1556.

Adr. Turnebi disputatio ad lib. Ciceronis de fato; adversùs quendam, qui non solùm Logicus, verùm etiam Dialecticus haberi vult: *apud*

Mi-

bus sic præfatur. *Cùm nactus essem horum librorum exemplaria aliquot manu non imperitè descripta; præter cætera, unum habebamus antiquitatis admirandæ, quod bonâ ex parte exprimere conati sumus: ita tamen, ut, ubi lectio vulgata non aspernanda videri posset, eam quoque tibi exhiberemus, cum eâ quæ extat in aliis quibusdam exemplaribus, efformatis quidem illis, sed quorum (a) unum emissum sit ante annos 68. (b) alterum anno abhinc quinquagesimo octavo; quæ minùs degenerâsse puto à germanâ sincerâque lectione, quàm quæ postea præcipitantia Typographorum extrusit.* ——— *Vetustissimum certè exemplar quòd reddere studuerint, nemo non probabit. Non sum tamen per omnia scripturæ rationem secutus, ne viderer novitatis vel potiùs antiquitatis affectator, quòd jam penè exoletam scribendi formam revocarem, quam tamen doctis quibusdam video non displicere.* &c. Officiorum libris præit hæc epistola: *Antonio Crequiæo abbati Valoliensi Petrus Balduinus S. Quum anno superiore Ciceronis de Officiis opus interpretandum suscepissem, existimavi mearum esse partium, ut ejus lectionem sinceram & à mendis vindicatam auditoribus meis præstarem: quod ut fideliùs efficerem, cum vetustissimo quodam exemplari manuscripto, quod fortè tum nactus fueram probatissimum, Officia, quæ pro emendatissimis tum circumferebantur, contuli.* ——— *Adhibui alios quosdam codices perquam antiquos:* ——— *loca plurima inter enarrandum meis indicavi, ut ea sibi restituerent, ex quibus pauca quædam is postea deprehendit, qui (c) Simonis Colinæi Chalcographiæ præfectus est, beneficio cujusdam codicis sic satis, ut videtur, emendatè scripti, quod tunc primùm animadverti, quum Joannes (d) Lodoicus novam Officiorum editionem parans mihi ab illo excusum exemplum recognoscendum obtulisset: ut haberet, quod sinè mendarum suspicione exprimere posset. A quo exemplari quoniam aliquando discedendum fuit, crebrâ flagitatione perfecit, ut ea loca annotarem. Quod ut ego tentarem, vix ullis precibus adduci poteram. Neque enim putabam esse operæpretium pauculas quasdam castigationes studiosis obtrudere, quæ tamen multæ videri possunt, si consideres post doctissimorum virorum diligentem, ut videtur, recognitionem horum pleraque intacta superfuisse. Hanc autem opellam tibi dicandam duxi* &c. *Vale. Parisiis, ex museo nostro Becodiano. Calend. Julii.*

(a, b) Quæ velit exemplaria Balduinus, non possum conjecturâ assequi, nam ejus præfatio aut epistola, quo anno scripta sit, non indicat. Si autem anno 1556. scripta fuerit, oportet significari editionem aliquam Officiorum vulgatam ann. circiter 1487. vel 1488 (quo anno nulla adhuc mihi innotuit) & 1498. vel 1499. quo editio Ciceronianorum operum Mediolanensis prodiit.

(c) Ciceronis officia cum aliis quatuor libris ex officinâ Colinæi prodierunt ann. 1530. & 1541. in 8. & 1543. in 12. Cujus ultimæ editionis calci hoc additur epigramma.

H. Sussannaus Pet. Therassio Delph.

Quid tibi commendem Ciceronis, Petre, libellos?
Vendibilem Bacchum ceu sacra monstret helix.
Hoc tantùm dicam, priùs exemplaria multùm
Dissensisse, sed hæc emaculata legi.
His aliud nullum (graviter spondere quod ausim)
Exemplar meliùs congruit archetypo.

Ferè putaverim H. Sussannæum fuisse, quem Balduinus dicit Colinæi chalcographiæ præfectum.

(d) Forsan (id enim mihi ex his verbis probabile videtur) Ciceronis Officia cum Pet. Balduini notis aliquando antea excudit Lodoicus, licèt de tempore nihil adhuc compererim.

Michaëlem Vascosanum (*a*) 4. .. Lutet. 1556.

Leodegarii à Quercu responsio ad Audomari Talæi admonitionem: *ex officinâ Michaëlis Vascosani* (*b*) 4. . . Lutet. 1556.

Compendium in communem artem disserendi, per Jacobum Carpentarium collectum: *apud Thomam Richardum*. 4 . Paris. 1556.

Dionysii Halicarnassei nonnulla opuscula, Latinè, Stanislao Ilovio interprete: *ex officinâ Roberti Stephani*. 8. . Lutet. 1556.

Anacreontis & aliorum Lyricorum aliquot poëtarum Odæ, Græcè; & in easdem Henr. Stephani observationes; Anacreontis aliquot odæ ab Henr. Stephano eodem carmine Latinè expressæ: *apud Guil. Morelium, in Græcis Typographum regium; & Robertum Stephanum; typis regiis*. (*c*) 8. . . Paris. 1556.

Anacreontis Odæ ab Heliâ Andreâ Latinæ factæ, eodem carminis genere; Sapphûs oda una, & fragmentum, eodem Heliâ interprete; altera, interprete Catullo, postremis quatuor Heliæ versibus exceptis; ad Petrum Montaureum consiliarium & bibliothecarium regium: *apud Robertum Stephanum & Guil. Morelium*. 8. Lutet. 1556.

Moschi, Bionis, Theocriti idyllia aliquot ab Henrico Stephano Latina facta; ejusdem carmina non diversi ab illis argumenti, & annotationes in illa idyllia, & Propertii elegia ex libro II. (*Quicunque ille fuit* &c.) Græcè reddita: *ex officinâ Roberti Stephani*. (*d*) 8. *III. Cal. Jan.* Lutet. 1556.

Poë-

(*a*, *b*) De Turnebi & Rami litigiis lege Histor. Typographor. Parisiens. pag. 53.

(*c*) Hæc editio omnia illa, quæ prior ann. 1554. in 4. complectitur; sed addit Anacreontis notitiam ex Suidâ, & alteram Sapphûs odam (Φαίνεταί μοι &c.) Omittit autem Græcam Henr. Stephani epistolam, ejúsque in initio epigrammata.

(*d*) *Robertus Stephanus Lectori. Libros imprimendi initium cur ab his poematibus fecerim, hæc potissimùm causa fuit, quòd ea frater meus è Græco sermone in Latinum sic convertisset, ut, quum doctorum quorundam hominum judicio, quicquid tenerum erat in illis & molle, expresserit, non* ῥαψῳδὸς ἢ μισοκάτωγος *aliquis habendus sit,*

Poëmata Pythagoræ & Phocylidis, Græcè, cum Viti Amerpachii Latinâ metricâ interpretatione & notis; ex postremâ ejusdem recognitione: *apud Joan. Tornæsium & Gul. Gazeium.* (a) 8. Lugd. 1556.

Dio-

sit, sed inter eos poëtas numerandus, qui delectare possint. Addam etiam prodesse, quòd juvenis adhuc ille multos jam senes ad facienda poëmata excitaturus sit. Hæc igitur interim accipe, dum alia tibi excudimus, ex quibus non minorem voluptatem, quàm ex his, accepturus sis. Henricus Stephanus Joanni Casæ episcopo Beneventano S. Quum tibi Romam hinc proficiscenti comitem me itineris adjungere visum fuisset, Joannes Casa, vir doctissime, sed illam alioqui optatissimam συνοδίαν *quædam mea negotia mihi tunc inviderent; ita à te discessi, ut primo autumno me tuo vel potiùs meo desiderio satisfacturum promitterem. Nunc jam Septembrem totum mendax desideror, non meâ Hercule, sed improbissimi cujusdam hominis culpâ, cujus quum fide fides mea niteretur, suâ ille proditâ, quominus meam servare possem, impedimento fuit. Quod autem ad Anacreontis odas attinet, quas me Latinas reliquis meis additurum pollicitus tibi fueram, sic habeto. Quum earum exemplaria duo in manus meas pervenissent; quorum unum Joannis Clementis Britanni (cui viro Græcæ literæ quantum debeant, dici vix potest) beneficio consecutus essem; alterum deinde post longam peregrinationem ex Italiâ Lutetiam reversus mecum attulissem; feci, ut hæc duo exemplaria, quorum neutrum per se satìs poterat, operas, ut ita dicam, mutuas traderent. Non multò verò pòst illas edere non recusavi. ——— Easdem Latinas factas cum Græcis copulavi: non omnes quidèm (non enim id patiebatur litium mearum importunitas, quæ sibi optimas horas maximo meo dolore vendicabant) sed eas tantummodo, quæ ut integerrimæ, ita etiam elegantissimæ videbantur, & è quarum plurimis apud aliquem antiquum auctorem deprompta testimonia reperiebantur. Ad reliquas autem vertendas, quibus menda multa, quasi quædam nebulæ, tenebras offunderent, quum nunc aggredi instituissem, injectus mihi subitò scrupulus ab incepto referre pedem coëgit. Fore enim existimavi, ut de hôc lepidissimo poëtâ pessimè mererer, si quæ à Græca legentibus, ut temporum injuriâ depravata, veniam facilè impetrant, ea ego Latina faciens apud Græcè nescientes ipsum poëtam quodammodo traducerem. Mutato ergo consilio, hæc mea de rebus rusticis carmina, rusticationis meæ fructum pro Anacreontis odis ad te mittenda censui; adjunctis etiam aliquot trium elegantissimorum poëtarum opusculis; tum quòd argumento meo convenirent; tum quòd ubi ab Anacreonte discessissem, in nullis magìs, licèt diverso in genere, quidam simplicitatis antiquæ* τύπος *efflorescere videretur &c. Vale. Venetiis, Kal. Octobr.* Henricus autem Stephanus sese postea excusavit, quòd sua hæc Latina carmina Joanni Casæ dedicavisset, tunc inscius eum authorem fuisse libri illius Italici, ubi Sodomorum peccatum, laudatur. Lege *Introduction au Traité de la Conformité des merveilles anciennes avec les modernes. Chap.* 13. Et *Histor. Stephanor. pag.* 276. Stephanus in suâ dedicatione Joannem Casam episcopum, in Introductione illâ archiepiscopum appellat.

(a) *Joanni Frederico majori natu, & Joanni Gulielmo Saxoniæ ducibus, Electoris filiis, Vitus Amerpachius S. D. ——— Factum est à parente vestro sapientissimè, quòd vos planè pueros adhuc tradidit erudiendos Georgio Prennero, singulari & veteri amico meo &c. Valete Vitembergæ. III. Calend. Martias, anno M. D. XXXIX. Vitus Amerpachius ad lectorem. Fateor, mi Christiane lector, in hôc opere quædam duriora, & à Christianâ modestiâ & simplicitate alieniora, ut jam quidem sentio, mihi, nescio quo calore ac studio incitato, excidisse potiùs quàm scripta esse: idque relegens nuper librum deprehendi; at, ut decet, ingenuè horum alia prorsus delevi, alia mutavi, alia clariùs exposui, totúmque opus correctum hôc modo iterum edere volui. ——— correxi & in priore interpretatione plerosque errores, partim commissos meâ, partim chalcogra-*

Dionysii Periegesis, Græcè, cum variarum lectionum adnotatione; & Latinè, Rhamnio Fannio grammatico interprete: *apud Guil. Morelium. 4. Kalendis Octobr.* Paris. 1556.

Eadem, Latino carmine reddita cum Eustathii commentariis Latinè versis; Abele Matthæo jurisconsulto interprete; cum ejusdem annotationibus: *apud Poncetum le Preux.* (*a*) 4. Paris. 1556.

Virgilii Opera, cum supplement. Maph. & opuscul. novis & argumentis & scholiis illustrata, denuóque ad fidem castigatissimorum exemplarium quàm diligentissimè restituta: *apud Sebastianum Gryphium.* (*b*) 8. Lugd. 1556.

Ejusd.

cographorum culpâ: speróque ita fore, ut non offendat in posterum hic liber admodum nec grammaticos nec philosophos nec theologos. Siquid tamen relictum est erroris, ut facilè potuit fieri ex humanâ imbecillitate; hoc ut ego non defendam pertinaciter admonitus, ita eruditi emendabunt candidè, cogitabúntque me nec impietatis amantem esse, nec divino ingenio præditum. Vale, ac rectè judica. Datum III. Nonas Maias, 1542. Ad lectorem iterum. Anni sunt plus minus decem, cùm edidi primùm hoc opus eo calore & impetu, cujus in præcedente præfatione memini: quam addidi postea, re meliùs intellectâ, & motus edicto imperatoris nostri Caroli V. ut ingenuè fatear, & par fuit, plurimum. In quo ut quidam horum temporum auctores & libri alii damnantur, ita meum hoc opus, ut quidem suspicabar tum statim (non enim erat meum nomen additum) & postea comperi certò, literis hâc de re missis ad me Lovanio, superiore anno, si rectè memini. Quanquam autem anno ab hôc sexto limavi tanquam has annotationes, & correxi ad Lovaniensium etiam, ut quidem adhuc sentio, post alteram hanc relectionem, palatum ac stomachum velut quendam; ante paucos menses tamen ad me perlatum est hôc anno aliud ejusdem generis edictum augusti Caroli; quod non modò non posuit hujus operis mei nomen, ut prius illud fecerat, sed meum solum sinè ullâ ullius operis mentione: ut quidem in catalogo misso ad me, Germanicè manu scripto, legitur. Impressum enim fateor me nondum vidisse, nec scriptum etiam aliâ linguâ. Hoc mihi certè non parum fuit molestum, ac visum est factum esse inhumaniter —— Ac ideo dedi operam, per literas omnem rem explorando apud magnates quosdam, & conquirendo primam editionem etiam, licèt jam correctam, ut hâc molestiâ tantâ liberarer. Nusquam autem cùm illam invenirem inter meas chartas, nec aliunde hìc possem habere; secundam relegi: & præter vitia quædam & mendas grammaticas aut chalcographicas, nihil occurrit mihi mutandum, aut abjiciendum præterea. Nec dubito & Lovaniense collegium (nam inde orta est hujus operis damnatio) si volent humanos judices agere, non ampliùs habiturum, ut etiam non habuit in secundâ editione, tot jam annos, quantum intelligo, non solùm quod hæresim oleat, sed etiam quod offendere adolescentiam ullo modo possit: nisi tamen quis aut in pejorem partem, ut facilè potest etiam in sanctissimis libris hoc fieri, velit aliquid accipere; aut suâ, non meâ culpâ offendi; & hoc non minùs quidem ex ipsis poëmatis, quàm ex meis annotationibus. Hoc te iterum & pleniùs monendum, lector, putavi, cùm essem tertio nunc editurus libellum &c. Vale. Dat. Ingelstati, 15. Calend. Septemb. Anno 1551.

(*a*) In regio privilegio Poncetus le Preux vocatur *l'un des quatre grands libraires jurez de nostre aisnée fille l'université de Paris.* De his quatuor librariis juratis lege Chevillerium pag. 342.

(*b*) Præfationem ad juventutem studiosam

Ejusd. Bucolicorum textus, eclogas decem complectens, speciosis characteribus nuper in studiosorum gratiam excusus, & accuratiùs quàm antea castigatus: *apud Theobaldum Paganum.* 8. . . Lugd. 1556.

Terentii Comœdiæ sex; post omnes omnium editiones summâ denuo vigilantiâ recognitæ: *apud Sebastianum Gryphium.* (a) 8. Lugd. 1556.

Ejusd. Hecyra: *apud Michaëlem Vascosanum.* 4. Lutet. 1556.

Horatii poëmata, scholiis brevibus iisque doctissimis illustrata: *apud Thomam Richardum.* (b) 4. Paris. 1556.

Gervasii Sepini Salmurei Menalcas (sive sex æglogæ) ad Henricum Bellaium Tornodori regulum juniorem; & Alexis ægloga septima: *apud Andream Wechelum.* (c) 4. . Paris. 1556.

Epi-

dam scribit Seb. Gryphius: quam sic concludit; *denique nihil eorum prætermisimus, quæ vel ad studiorum vestrorum rationem vel diligentis Typographi officium putavimus pertinere.*

(a) *Seb Gryphius lectori sal. — Quoniam propositum fuit meum non interpretem agere, sed excusorem; modò meis typis prodiret emendatior Terentius, quàm hactenus fecerit; hanc postremam diligentiam* (scil *explicandi quædam insigniora, in quibus animadverti lapsos fuisse interpretes*) *consultò cogitatóque omittendam censui* &c. *Credo equidem, si, quos nunc damus libros, alicui placuerit conferre cum iis, quos hactenus aut alii aut nos ipsi edidimus, fore, ut intelligatur, quamvis fortasse nonnihil adhuc desideretur, nunquam tamen Terentium emendatiorem prodiisse: quod in reliquis bonis authoribus facturos nos pollicemur, quantum studio & labore niti atque contendere poterimus.* Hæc Gryphii præfatio longior, quàm ut eam hìc integram transcriberem; est sanè lectu dignissima. Sequitur Phil. Melanchthonis ad pædagogos epistola; in quâ scribit se à Typographo rogatum hunc authorem recognovisse, tametsi veteribus exemplis non satìs instructus esset; notátque *præsertim hôc tempore, cum in perniciem literarum pene conspiràsse chalcographi videntur, non mediocrem gratiam deberi iis, qui nonnullo rei familiaris periculo in veteribus anthoribus transcribendis sumptus faciunt.*

(b) Hujus editionis, quod vidi exemplar duos tantùm priores Carminum libros continebat; & ad secundi calcem, *FINIS.* Nescio an reliquos Tho. Richardus excuderit.

(c) *Ad Henricum Bellaium. Non est mihi dubium, Henrice Bellai, multos esse miraturos, quòd tibi opusculum meum dedicem, qui jam functus vitæ mortalis officiis à nobis decesseris; idque à consuetudine eorum, qui hôc tempore aliquid scribunt, alienum maximè judicari poterit. Noverint autem, quòd, cùm simul essemus, méque, ut nomini tuo dicarem, obtestareris, respondi in animo statuisse nemini planè me nuncupaturum: ——— cùm verò in petitione tuâ vehementiùs ——— contenderes, ——— id me esse facturum recepi. Itaque quod tibi viventi pollicitus sum, id exhibere mortuo velim.* &c. Æglogæ, quæ Alexis vocatur, præeunt hæc: *Hen. Nonius lectori S. In hâc æglogâ Sepinus epicedium canit ejusdem Henrici Bellaii, primi in totâ Bellaiorum familiâ, ——— cujus immatu-*

Epigrammatum Fausti Sabæi Brixiani custodis bibliothecæ Vaticanæ libri quinque : *apud Valerium & Aloisium Doricos fratres Brixien.* 8.	Rom.	1556.
Claudii Roilleti varia poëmata : *apud Gulielmum Julianum.* 12.	Paris.	1556.
Yvonis Rospelli carmen de bello & pace : *apud Gulielmum Julianum.* 4.	Paris.	1556.
Plusieurs Epistres en vers Francois, de Guillaume du Maine, dit Mainus, natif de Loudun en Poictou, abbé de Beaulieu : imprim. *chez Michel Vascosan* (*a*).	Paris.	1556.
Tho. More's Utopia translated into English by Raphe Robynson : *imprinted by Abraham Vele.*	Lond.	1556.
Hadr. Junii animadversorum libri sex ; & comment. de comâ : *apud Isingrinium.*	Basil.	1556.
Joachimi Fortii Ringelbergii Andoverpiani opera : *apud Antonium Vincentium ; ex officinâ Typographicâ Michaëlis Sylvii.* (*b*) 8.	Lugd.	1556.

Joan.

turam mortem quàm impotenter ferat ; vix dici aut credi potest, cùm potissimùm eum à teneris unguiculis instituendum suscepisset. &c. *Vixit an. XIIII. men. II. di. XXI. Obiit III. Cal. Decem. M. D. XXXXXIIII.*

(*a*) Bibliotheq. de la Croix du Maine.

(*b*) Opera sunt hæc : *Liber de ratione studii* ; cui præfigitur epistola ad lectorem data *Lovanii Idib. Aug. M. D. XXIX. De grammaticâ Latinâ & Græcâ* ; ad Jacobum Castricum, *Andoverpiæ prid. Cal. April.* De dialecticâ ; ad Lectorem, *Andoverpiæ 5. Id. Mai. M. D. XXIX. De rhetoricâ* ; ad Petrum Stellam legum professorem, *Lugduni Cal. Jan.* 1531. *De mathematicis rebus : scil. de spharâ ; institutionum Astronomicarum libri tres ; de Cosmographiâ*, ad Joannem Tartesium ; *Lutetiæ*, 4. *Cal. Octob.* 1529 ; *de tempore ; Optice ; chaos mathematicum ; Arithmetica ; de divinatione : chaos sive libellus de variis rebus* ; ad Petrum Ægidium, *Andoverpiæ*, 16. *Cal. Mai. M. D. XXIX. Experimenta* ; ad Joan. Tartesium, *Lutetiæ, Cal. Novemb. M. D. XXIX. Liber de homine* ; ad magistratum Andoverpiensem, 3. *Non. Jun. M. D. XXIX. Epistolæ aliquot : Andreæ Gerardi Hyperii in laudem Joa. Fort. Ringelbergii oratio ad senatum Parisiensem : Epigrammata in eundem* ; inter quæ sunt Joannis Oporini quatuor in ejusd. institutiones astronomicas. Primum hìc inseram, ut habeat lector Oporinianæ musæ specimen.

Qui cupis astrorum varias prædiscere vultus ;
Quæ mundi ætates, quave sit effigies ;
Quem peragat Phœbus, necnon vaga Delia cursum ;
Quot signa, atque orbes, signiferique gradus ;
Quave sit horarum ratio, quæ puncta, diesque ;

Qua

Joan. Ludovici Vivis exercitatio Linguæ Latinæ: *Excudeb. Joannes Loëus*. 8. Antv. 1556.

Institutionum Hebraïcarum abbreviatio, Sancte Pagnino Lucensi authore: *ex officinâ Caroli Stephani*. 4. *Idib. Febr*. Paris. 1556.

Nicolai Clenardi tabula in grammaticen Hebræam: *ex officinâ Caroli Stephani*. 4. Paris. 1556.

Joannis Quinquarborei opus de re grammaticâ Hebræorum; tertia & postrema editio cum authoris locuplete diligentíque recognitione: *apud Martinum Juvenem*. (a) 4. Paris. 1556.

Martini Ruelandi Frisingensis grammatica Græca: *apud Andr. Gesnerum F. & Jacob. Gesnerum fratres*. 4. Tigur. 1556.

Rudimenta Joannis Despauterii cum ejusdem de

Quo pacto exurgant sidera, quóve cadant;
Quidve sit Arcturus, nutrixque Capella, Canopus,
Et Musa, atque Helice, Arctophyláxque, Canis;
Et quæ Pleïades, Hyades, Cynosura, Triones;
Quem Natura sagax servet ubique modum;
Huc properes: nec te moveat, quia parva videntur;
Sæpe ingens parvis gratia rebus inest.

Joannes Morisotus Joa. Fort. Ringelbergium carmine celebravit, quod his versibus clauditur:

——— *Nec id imminuta vestra*
Reddat gaudia, Gryphius quòd illos [scil. libellos]
Excudit nitidis typis, labore
Summo. Non valet esse non suave,
Quod tam nobilis officina curat.

Joachimi enim Fortii Ringelbergii opera simul excusa sunt Lugduni anno 1538. Vide Bibliothec. Gesner.

(a) *Paulo Paradiso Veneto, regi ab eleemosynis, atque Hebraïcarum literarum Lutetiæ regio professori Joan. Quinquarboreus S. P. D. Cùm superioribus temporibus Lutetiæ in Linguam Hebraïcam tabulas Nicolai Clenardi interpretandas suscepissem*, ——— *opus de re grammaticâ Hebræorum aggressus sum*. ——— *Grassante in Lutetianos incolas peste, interruptis nostris studiis inchoatum jam opus reliquimus. Postea verò quàm sedata est lues, operi incœpto finem imposuimus: idque tibi dicandum duximus, quòd te usus sim præceptore* &c. *Franciscum Vatablum haud lubens præterierim, quem etiam unà cum Alano Restaldo Calignio magnæ eruditionis viro similiter habui præceptorem* &c. *Vale Lutetiæ. M. D. XLVI Mense Maio*. Ad Lectorem. *Paulus Paradisus de tribu Benjamin obiit mortem anno* 1549 *Mense Julio Factus est postea regius linguarum Heb. & Chald. professor Joannes Quinquarboreus Aurilacensis anno* 1554. *Mense Novembri*.

de pœnitentiâ quæstiunculis : *ex officinâ Roberti Stephani*. 8. . . Lutet. 1556.

Rudimenta grammatices Tho. Linacri ex Anglico ſermone in Latinum verſa, interprete Georg. Buchanano : *apud viduam Mauricii à Portâ*. 8. . . Paris. 1556.

Matur. Corderii de ſyllabarum quantitate regulæ ſpeciales, quas Deſpauterius in carmen non redegit : *ex officinâ Roberti Stephani*. 8. *X. Cal. Maias*. . . Lutet. 1556.

La maniere de tourner en langue Francoiſe les Verbes : *de l'imprimerie de Robert Eſtienne*. 8. Paris. 1556.

Theſaurus Ciceronis : *apud Carolum Stephanum*. (*a*) fol. *IIII. Calend. Novemb*. . Paris. 1556.

Joel

(*a*) *Car. Stephanus lectori S.* —— *In hôc theſauro non modò varias Latinè loquendi formulas inſeruimus ; verùm etiam res omnes, de quibus Ciceronem uſquam ſcripſiſſe apparet, ſuis numeris deſignavimus : ex quibus & librum, & paginam, &, ſi me audies, lineam ipſam facilè reperire queas. Nam quod ad codicum varietatem attinet ; hoc unum ſcito, nos majorum Roberti fratris, ac noſtrorum quoque Ciceronis tomorum numeros præcipuè adnotâſſe : quos tu ut inter ſe permultum convenire, ſic nec à majoribus Italicis ac Germanicis Ciceronis voluminibus diſtare deprehendes. De alterius marginis codicibus fortè dubitas : nihil verò facilius eſt, quàm ut intelligas, te, ſi folium expanſum in quatuor aut octo foliola complicueris, ipſas quoque lineas conduplicare* &c. *Itaque fiet, ut expanſi folii numerus decem, alterius in quatuor reducti, ſit viginti ; in octo verò conduplicati, quadraginta.* &c. *De Nizolii numeris* —— *illum, complicatis in octo foliis, exemplaria ſive Aldina, ſive alterius ea forent typographia, obſervâſſe comperies.* —— *Corruptarum loquutionum vitia (quas magno equidem labore in priſtinam faciem reducere oportuit) ad illius amanuenſes refero. Nos, præter id inſtitutum, verborum & nominum themata perſequuti, quæ alterius erant legionis, in ſuum quæque locum relegavimus ; ut ſingulis rerum ac nominum conjugationibus ſingulas loquendi formulas reſpondere ac ſubſequi facilè cognoſcas ; ſemotis participiis, atque aliis à verborum imperio deſcendentibus : quod idem in nominibus obſervatum fuit. Verba etiam quæ tantùm unico tempore pronuntiari ſolerent ; item ea quæ metaphoricas haberent ſignificationes, ſuis titulis diſtinximus. Ipſa præterea vocabulorum themata ſingulis lineis ac paulo majoribus characteribus deſignare maluimus* &c. *Ac ne tu quidem exiſtimes nos eorum, qui hactenus idem ipſum attentârunt, operam contempſiſſe ; a & b literas ob eam rem poſt ſingulos numeros inſeruimus : quarum quoties a ſolam reperies, id ex Latinæ Linguæ Theſauro deſumptum eſſe credito ; b autem, ex Marii Nizolii commentariis. Nihil ubi poſt numeros reperies, id verò noſtri eſt laboris.* —— *Præter loquendi formulas (aliorum omnium inſtitutum) res etiam ipſas, divinas, philoſophicas, atque hiſtorias adjecimus.* &c. *Carolo à Lotharingiâ Cardinali, Car. Stephanus S. Habes tandem multis hactenus literis à me tibi promiſſum M. Tullii Theſaurum* &c. *Julius Camillus ſuum Ciceronis theatrum, Bartholomæus Riccius ac Marius Nizolius ſuas in eundem obſervationes excitârunt. Nos* —— *præter illorum inſtitutum adjecimus, quæ ad res philoſophicas atque adeò ad ſui temporis hiſtoriam pertinerent ; unde nobis viſum eſt*

The-

Joel cum commentariis R. David Kimhi à Francisco Vatablo Hebraïcarum literarum regio professore summâ curâ & diligentia recognitis; adjectâ insuper variâ lectione, & indice locorum, qui ex Talmud citantur, per Jo. Mercerum professorem regium: *ex officinâ Caroli Stephani.* 4. *Mense Nisan.* Paris. 1557.

Chaldæa Jonathæ, Uzielis filii interpretatio in duodecim prophetas diligenter emendata, & punctis juxta analogiam grammaticam, per Joannem Mercerum; Hoseas & Joel cum explicatione locorum obscuriorum Targum, per eundem, *ex officinâ Caroli Stephani.* (*a*) 4. Paris. 1557.

Fides Christianorum; & Evangelium secundùm Matthæum in Linguâ Hebraïcâ, cum versione atque annotationibus Seb. Munsteri; unà cum epistolâ Pauli ad Hebræos, Hebraïcè & Latinè: *apud Henricum Petri.* 8. *Mense Augusto.* Basil. 1557.

Biblia Latina utriusque Testamenti, cum copiosissimis Annotationibus; 3. Voluminibus; [Novum Testamentum, 1556. Vetus, 1557.]: *Olivâ Roberti Stephani; excudebat Robertus in suâ officinâ* (*b*) fol. *Calend. Martii.* .... 1557.

Psal-

Thesaurum appellare &c. *Quod non ità omnino mediocre beneficium, siquando cuiquam unquam proderit (fieri autem non potest, quin multum adjuvet) hoc verò tibi uni acceptum referre oportebit: cujus favore ac nutu nos non hoc tantùm opus, verùm quicquid hactenus è nostris prelis in lucem prodiit, evulgavimus.* &c. *Vale. Lutetiæ, IIII. Calend. Novembr. M. D. LVI.*

(*a*) Hic est titulus generalis; sed hoc volumen continet seorsim Hoseam & Joëlem solos: reliqui autem decem, voluminibus binis, distinguuntur; scil.

Chaldæa interpretatio Amos, Abdiæ & Jonæ, punctis juxta analogiam grammaticam notata, cum variâ lectione per Joan. Mercerum, & ejusdem in loca difficiliora scholiis: *ex officinâ Caroli Stephani.* 4. Paris. 1557.

Chaldæa interpretatio Michææ, Nahum, Habacuc, Sophoniæ, Haggæi, Zachariæ & Malachiæ, punctis juxta analogiam grammaticam notata, diligentérque emendata, adjectâ etiam exemplarium hinc indè collatorum variâ lectione per Joan. Mercerum: *ex officinâ Caroli Stephani* 4. Paris. 1558.

(*b*) *Pio & verè Christiano lectori Rob. Stephanus gratiam & pacem à Deo Patre per Jesum Christum.* ——— *Veteris interpretis tralationem in interiori pagina parte minutioribus literis excusam damus, ad vetustissima exemplaria emendatam, versibúsque, ut in Hebraïcis codicibus, distinctam; in exteriori parte, interpretationem Sanctis Pagnini, crassioribus literis; multis partibus eâ quam in aliis editionibus habes, meliorem. Nacti enim sumus duo ex primâ illius editione exemplaria, in quibus errata non pauca manu propriâ ipse author correxerat, multos*

 locos

Psalmi, Latinè, ex Hebræo, interprete Jo. Calvino, cum ejus commentariis : *olivâ Roberti Stephani*. (*a*) fol. *Idib. Jul.* . . . . 1557.

Iidem, Latinè, ex tralatione duplice, vetere & novâ ; hâc Sanctis Pagnini, partim ab ipso Pagnino recognitâ, partim ex Fran. Vatabli prælectionibus emendata & expolita ; adjectis annotationibus cùm ex aliorum tralatione, tum verò ex commentariis Hebræorum ab ipso Vatablo diligenter excussis : *olivâ Roberti Stephani*. (*b*) 8. [initio M. D. LVI. Sed ad calcem] *imprimebat Rob. Stephanus in suâ officinâ. Cal. Jan.* . . . . 1557.

Iidem, Gr. Lat. *apud Brylingerum*. (*c*) 8. Basil. 1557.

Biblia Latina ex secundâ recognitione Isidori Clarii cum ejus præfatione & scholiis : *apud Juntas*. (*d*) fol. . . Venet. 1557.

Biblia Latina. (*e*) 4. . Basil. 1557.

Et *apud Brylingerum*. (*f*) 8. Basil. 1557.

Psal-

locos recognoverat. ——— Ex Sanctis in Vetus Testamentum annotationibus omnia, quæ ad hujus interpretationis recognitionem pertinent, excerpsimus: ejus Linguæ Hebraicæ thesaurum in consilium ferè semper adhibuimus. ——— Ex Francisci Vatabli, à Sanctis interpretatione non rarò (nunquam tamen sinè manifestissimâ ratione) discedere soliti, prælectionibus, quas Bertinus (qui in illius locum suffectus fuit) ex ejus ore exceptas cum illo ipso communicaverat; ii loci, in quibus Sanctes minùs perspicax fuerat, à nobis castigati fuere &c. *Varias expositiones ex eruditissimis Hebræorum commentariis petitas annotavimus, adeò ut vix quicquam in illis reperiatur, ex iis quæ lucem aliquam contextui afferre possunt, quod non indè à Sancte ac potissimùm à Vatablo (qui in his etiam annotationibus primas tenet) erutum, & ex illius quidem αὐτογράφῳ, hujus autem dictatis à nobis descriptum & in has annotationes translatum fuerit. ——— Quod ad Novum Testamentum attinet, Theodori Bezæ interpretationem excudimus, quam te aliter sequi nequaquam volumus, quam si certissimis argumentis in suis annotationibus illi fidem facere visus tibi fuerit. Quam autem de eâ rationem inierit, ex ipsius præfatione* [Lausannæ, M. D. LVI. datâ] *cognoscere poteris. In transferendis libris Apocryphis suam nobis operam navavit Claudius Baduellus, Complutensem editionem (quod emendatior nulla extaret) secutus: & annotationes ad suam interpretationem addidit. Ad finem totius operis libellum, qui Hebræorum, Chaldæorum, Græcorúmque propriorum nominum interpretationem continet, adjecimus. Pro indicibus duobus in Utrumque Testamentum, quos aliquando Bibliis post posueramus, ut tum ferebant tempora; nunc tibi seorsum dedimus librum Concordantiarum* &c.

(*a*) Præfixa est Calvini epistola ad pios lectores, *Genevæ X. Calendas Augusti, M. D. LVII*. data, in quâ suæ hactenus vitæ suorúmque studiorum rationem exponit, brevémque suæ à papatu ad protestantium partes transitionis historiam tradit.

(*b*) Additi sunt ad calcem Biblica alia Cantica, ex duplici etiam tralatione, & cum notis.

(*c*, *d*, *e*, *f*) Long. Bibliothec. Sacr.

Psalterium Latinum juxta morem Ambrosianæ Mediolanensis ecclesiæ. (*a*) fol.	Mediol.	1557.
Esaias Latinè ex versione vulgatâ ad Hebræum textum conformatâ à Wolfgango Musculo. (*b*) fol.	Basil.	1557.
Nov. Testam. Latin. Gallic. *apud Joannem Gros & Petrum Michel.* (*c*) 8.	Lugd.	1557.
Et *apud G. Rouille.* (*d*) 16.	Lugd.	1557.
Biblia Gallica Genevensia; 5. vol. (*e*) 16. sub insigni, *Vulpes foveas habent.*	....	1557.
Et cum præfationibus S. Hieronymi & figuris: *apud Joan. de Tournes.* (*f*) fol.	Lugd.	1557.
Biblia Bohemica. (*g*) fol.	....	1557.
Psalterium Hispanicum ex Hebræo translatum, interprete Joanne Perez, & nuncupatum Mariæ Austriacæ reginæ Hungariæ, Bohemiæ &c. *apud Petrum Daniel.* (*h*) 8.	Venet.	1557.
Nov. Testament. Helvetic. (*i*) 8.	Tiguri.	1557.
Idem linguâ Harvatsehim seu Croaticâ, characteribus Cyrillianis, interprete Primo Trubero cum ejus præfatione: *apud Georgium Gruppenbachium.* (*k*) 4.	Tubing.	1557.
Calvinus in omnes Pauli Epistolas: *apud Rob. Stephanum.* (*l*) fol.	....	1557.

Athenagoræ APOLOGIA pro Christianis; Ejusdem de resurrectione mortuorum; ex antiquis exemplaribus libellus ille nunc primùm profertur, hic autem castigatior quàm antea editur; uterque Græcè & Latinè; Conrado Gesnero

(*a, b, c, d, e, f, g, h, i, k*) Long. Bibliothec. Sacr.

(*l*) Almeloveenius (Vit. Stephan. pag. 26.) citat hanc editionem, quæ tamen mihi suspecta est: cùm constet omnes epistolas cum Calvini commentariis à Roberto Stephano fuisse anno superiore excusas. Lectoribus φιλοβίβλοις gratum fecisset Almeloveenius, si libris, quos ipse non vidit, catalogi, ubi fit eorum mentio, fidem addidisset.

nero illius, Petro Nannio hujus interprete; cum Conr. Gesneri in illum, Henr. Stephani in utrumque annotationibus : *ex officinâ Henrici Stephani.* (a) 8. . . .. 1557.

Præclara NILI & MARCI abbatum opera è Græco in Latinum conversa, Petro Francisco Zino Veronensi interprete. 8. . Venet. 1557.

Opuscules de S. Chrysostome : *chez Vascosan* (b) 8. . . Paris. 1557.

S. Joan. Chrysostomi Vita, authore Georgio Alexandriæ archiepiscopo, nunc primùm è Græco in Latinam tralato Coloniam per Godefridum Tilmannum Cartusiæ Parisiensis monachum : *apud Audoënum Parvum* (c) fol. . Paris. 1557.

Oraisons de S. Chrysostome; de la providence, de l'ame, de l'humilité; traiduites en Francois par Federic Morel : *impr. chez ledict* FEDERIC MOREL. (d) 16. . Paris. 1557.

Deux Instructions & deux Epistres de Jean de Monluc au clergé de Valence & de Die : *chez Vascosan.* (e) 8. . . Paris. 1557.

Discours du vray amour de Dieu envers les hommes & des hommes envers Dieu & entr'eux mesmes, traduit en Francois : *impr. par Federic Morel.* (f) 16. . . Paris. 1557.

Roberti Cœnalis opus quadripartitum super com-

(a) Conr. Gesnerus versionem suam Henrico Bullingero dedicat epistolâ *Tiguri, Nonis Februarii M D. LVII* datâ; suam Pet. Nannius Antonio à Gravellâ episcopo Atrebatensi, epistolâ *Lovanii*, 13. *Calendas Maias*, 1541. datâ; suas annotationes Henr. Stephanus Pet Nannio, epistolâ *ex Typographeio nostro, X. Cal. Jun. datâ.* Gesnerus apud Lectorem se excusat, quòd propter alias occupationes ipsi non licuerit in suâ translatione & notis eam operam, quam par erat, posuisse. Henr. Stephanus scribit se Orationis de resurrectione antigraphum in regis Gallorum bibliothecâ, in pago Calliroë Parisiis vicino offendisse; alterius autem exemplar Romæ à Guilielmo Sirleto sibi commodatum fuisse.

(b) Bibliothec. Bigot. part. 2. pag. 20.

(c) Ad finem adnectitur Termini icon; cum hâc sententiâ, *Constituisti terminos ejus, qui præteriri non potuerunt.* Hôc insigni usus est Jacobus Kerver; Vide *Tractat. Andr. Tiraquell. le Mort saisit le vif. Paris.* 1550.

(d) Bibliotheq. du Verdier.

(e) Bibliothec. Tellerian. pag. 12.

(f) Bibliotheq. du Verdier. pag. 104.

compescendâ hæreticorum petulantiâ : *apud Jacobum Kerver.* (*a*) 8. . Paris. 1557.

Joannis Roberti Aurelii sententiarum juris libri quatuor : *ex officinâ typographicâ Michaëlis Vascosani.* fol. . . Paris. 1557.

De diversis regulis juris antiqui, Pandectarum libri quinquagesimi titulus septimus decimus, cum Tusco aut ex eo ducto, accuratè collatus & emendatus; in eundem titulum vetus, brevis & elegans commentarius : *apud Carolum Stephanum.* (*b*) 8. . . Lutet. 1557.

Hippocratis Aphorism. Prognostic. Coacæ prænot. Prorrhetic. de Insomn. Jusjur. Græcè & Latinè : *excudeb. Guil. Morelius.* 12. *Calendis Decemb.* . . . Lutet. 1557.

Ejusd. de Flatibus liber Gr. Latin. ab Adriano Alemano Sorceensi apud Parisios doctore medico commentariis illustratus : *apud Martinum Iuvenem.* 8. . . Paris. 1557.

Galen. περὶ διαφορᾶς πυρετῶν, cum brevibus notis; περὶ μαρασμοῦ, περὶ τροφῶν, περὶ καθαιρόντων, τίνας δεῖ ἐκκαθαίρειν, περὶ ἀντεμβαλλομένων, περὶ ὄγκων; Græcè omnia : *apud Guil. Morelium.* 8. . . Lutet. 1557.

Actuarii de actionibus & affectibus Spiritûs Animalis ejúsque victu libri duo, Græcè; nunc primùm in lucem prodeunt, Jac. Goupyli beneficio, qui nobis eorum exemplum dedit : *apud Martinum Iuvenem.* 8. Paris. 1557.

Rai-

(*a*) Bibliothec. Cordesian. pag. 110.

(*b*) Hæc libelli hujus secunda est editio, cujus prior lucem aspexit anno 1552. Eadem utrique præfigitur Caroli Stephani ad lectorem præfatio; & eadem propè (pauculis adjectis & mutatis ad Jo. Bertrandum epistola. *Jo. Bertrando, Ro. Curiæ Cardinali, & Galliarum cancellario designato, Carolus Stephanus S. P. D.* —— *Vide quàm solers ac diligens fuerit noster Lucius. Animadvertit Florentinos codices nuper impressos, longè omnium emendatissimos, diversum quiddam à nostris habere; ac non ipsâ lectione tantùm, verùm etiam ipso ordine, atque autorum inscriptionibus multùm dissimile; id curavit scilicet, ut secunda hac editio ad veteris codicis libellam restitueretur* &c. *Bene vale. Ex nostrâ Typographiâ. Cal. Apr. ante liberalia Christiana, M. D. LVI.*

Raison de vivre pour toutes fievres cognues par leur differences, causes, signes & symptomes, avec leur prognostiques & l'exposition de plusieurs sentences touchant la nature & prediction d'icelles, par Jean Lyege medecin : *chez Michel Vascosan*. 8. . . Paris. 1557.

Aristotelis Logica Latinè ab eruditissimis hominibus conversa : *ex officinâ Michaëlis Vascosani*. (*a*) 4. . . . . Lutet. ......

Aristotelis & Theophrasti scripta quædam, quæ vel nunquam antea, vel minùs emendata quàm nunc, edita fuerunt; Græcè; cum Henrici Stephani ad calcem annotationibus, *ex officinâ Henrici Stephani Parisiensis Typographi*. (*b*) 8. .... 1557.

Plu-

(*a*) Hôc volumine septem partes continentur, seorsim, nec eodem anno, sed à Vascosano omnes, excusæ.

1. Institutiones Porphyrii, Joach. Perionio interprete, per Nic. Gruchium correctæ. 1556.

2. Aristotelis Categoriæ, eodem interprete, eodem correctore. 1556.

3. De Interpretatione, eodem interprete, eodem correctore. 1556.

4. De Resolutione primâ libri duo, Firmino Durio interprete, Nic. Gruchio correctore. 1558.

5. De Demonstratione libri duo, Nic. Gruchio interprete. 1557.

6. Topicorum libri octo, Joach. Perionio interprete, Nic. Gruchio correctore. 1557.

7. De Reprehensionibus sophistarum liber unus, Nic. Gruchio interprete. 1556.

Huic volumini præfationem dedit Guliel. Guerentæus, in quâ Perionium & Gruchium laudat. Libris de Demonstratione præfigitur Nic. Gruchii ad discipulos suos epistola, *Conimbricæ, ex regio gymnasio, Idibus Februarii, M. D. XLIX.* data; & regium privilegium hæc posteriora Analytica & de Sophist. ex Gruchii versione imprimendi Vascosano concessum *VII. Idus Februarii. M. D. LIII.*

(*b*) *Henr. Stephanus Petro Victorio S. D.* —— *Inter cætera Græca quæ ad te mitto volumina, invenies Theophrasti opusculum* περὶ αἰσθητοῦ *(quod & Diogenes Laertius inter ejus scripta enumerat) aliquot in locis non satis emendatum, & ἀτελεῖ τέλει, ut mihi videtur, finitum. Florentiæ agens, sæpe Franciscum Jambularium Medicæ bibliothecæ præfectum rogavi, ut ibi illius exemplar inspicerem.* —— *Quo bono primùm ejus morbus, deinde mors me privavit, id per te, fac obsecro, ut quamprimum recuperem.* —— *Equidem si veterum exemplarium quanta tibi est, tanta mihi commoditas fuisset; Aristotelis & Theophrasti quæcunque vel nunquam edita essent, vel castigatiora multo quàm antea edi possent, hôc volumine complexus essem opuscula. Mirum est ullos homines tam παχεῖς extitisse, ut, quum Παχυμέρους paraphrasin in librum Aristotelis περὶ ἀτόμων γραμμῶν haberent, ipsum se Aristotelis librum habere omnino sibi persuaderent.* —— *Libellus περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων non novus, sed planè veterum exemplarium operâ renovatus in hâc editione nunc prodit.* &c. *Vale.* In annotationum initio H. Stephanus, quia in opusculo Theophrasti περὶ αἰσθήσεως nihil adnotavit, remittit lectorem ad Περσικοῦ Φιλοσόφου Ανδ.. librum (qualiscunque ille est) in *Germaniâ excusum*. Præter tria opuscula modò memorata, in hôc volumine hæc sequentia continentur: Ἐκ

Plutarch. Erotic. & de particulâ ΕΙ apud Delphos, Latinè; Arnoldo Ferrono interprete: *apud Joannem Tornæsium*. 8. — Lugd. 1557.

Euclidis Rudimenta MUSICES, & Sectio regulæ harmonicæ; è regiâ bibliothecâ desumpta, & nunc primùm Græcè & Latinè excusa, Joanne Penâ regio mathematico interprete: *apud Andream Wechelum*. 4. — Paris. 1557.

Ejusd. Optic. & Catoptric. Græc. Latin. eodem interprete: *apud Andream Wechelum*. 4. — Paris. 1557.

Procli Sphæra, Græcè; cum annotatiunculis, ex publicis Jacobi Tusani prælectionibus, exceptis: *apud Martinum Juvenem*. 4. — Paris. 1557.

Caroli Bovilli geometricum opus duobus libris comprehensum: *apud Federicum Morellum*. (*a*) 8. — Lutet. 1557.

Les Institutions Astronomiques de Jean Pierre de Mesmes: *de l'imprimerie de Michel de Vascosan*. fol. — Paris. 1557.

Jul. Cæs. Scaligeri exotericarum exercitationum liber quintus decimus de subtilitate ad Hieronymum Cardanum: *apud Federicum Morellum; imprimebat Michaël Vascosanus*. (*b*) 4. *Mense Julio*. — Lutet. 1557.

Cebetis Thebani Tabula, & Pythagoræ carmina aurea, Græcè: *apud Martinum Juvenem*. 8. — Paris. 1557.

Maximi Tyrii philosophi Platonici disputationes

τοῦ περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χρόας, Θεοφράστου. Ἐκ τοῦ περὶ παραλύσεως. Ἐκ τοῦ περὶ λειποψυχίας. Ἐκ τοῦ περὶ ἰλίγγων. Ἐκ τοῦ περὶ κόπων. Ἐκ τοῦ περὶ τῶν ἀθρόον φαινομένων ζώων. Ἐκ τοῦ περὶ τῶν λεγομένων ζώων φθονεῖν. Ἐκ τοῦ περὶ ἱδρώτων. Ἐκ τοῦ περὶ μελιττῶν. Θεοφράστου ἠθικοὶ χαρακτῆρες. Ἐκ τοῦ περὶ ἀκουστῶν, Ἀριστοτέλους. Ἐκ τοῦ περὶ μαθηματικῆς Ἀρχύτα τοῦ Πυθαγορείου. Ἐκ τοῦ Σωτίωνος τῶν σποράδην περὶ ποταμῶν καὶ κρηνῶν καὶ λιμνῶν παραδοξολογουμένων. Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναπληρώσεως διάφοροι δόξαι, ἀνωνύμου. Ἐκ τοῦ β' τοῦ τοῦ Ἀθηναίου δειπνοσοφιστῶν βιβλίου, περὶ ὑδάτων τινῶν καὶ κρηνῶν.

(*a*) Caroli Bovilli ad lectorem epistola *Novioduni*, *Idibus Februarii*, 1552. data est, & privilegium Vascosano concessum, *VII. Id. Feb.* 1553.

(*b*) Privilegium concessum est Vascosano; quem initio compellat Jul. Cæs. Scaliger epistolâ: de quâ vide Histor. Typographor. Parisiens. pag. 25.

tiones XLI. Græcè nunc primùm editæ, cum Henrici Stephani castigationibus; & seorsim Latinè ex Cosmi Paccii archiepiscopi Florentini interpretatione, ab Henr. Stephano quamplurimis in locis emendatâ: *ex officinâ Henrici Stephani Parisiensis Typographi.* (a) 8. .... 1557.

Pomponii Melæ de situ orbis libri tres, cum Petri Joannis Olivarii Valentini annotationibus: *apud Jacobum Kerver.* 4. Paris. 1557.

Julii Solini Polyhistor. & Lucii Flori libri quatuor, & Cebetis tabula Latinè Ludovico Odaxio interprete, cum Joannis Camertis commentariis; ac Pomp. Melæ libri tres, cum Joachimi Vadiani notis, & aliis aliquot lucubrationibus: *per Henricum Petrum.* fol. *Mense Augusto.* Basil. 1557.

Pauli Manutii liber de legibus Romanis: *ex Aldi officinâ.* fol. Venet. 1557.

Ex Ctesiâ, Agatharchide, Memnone exceptæ Historiæ; Appiani Annibalica & Iberica; Græcè; omnia nunc primùm edita, cum Henrici Stephani castigationibus: *ex officinâ Henrici Stephani Parisien. Typographi.* (b) 8. .... 1557.

Discours sur la roupture de la tresve en l'an 1556. [par Mr. de Marillac archevesque de Vienne]: *chez Michel de Vascosan.* 8. Paris. 1557.

Demetrii Phalerei de elocutione liber, Græcè & Latinè, Stanislao Ilovio Polono interprete, cum ejusdem notis marginalibus; item Dionysii Halicarnassei de præcipuis Linguæ Græcæ aucto-

(a) Henr. Stephanus in epistolâ ad Arnoldum Arlenium præfixâ scribit hunc librum à Jano Lascari primo è Græciâ in Italiam fuisse asportatum; & Cosmum Paccium in suâ interpretatione *tam fœdè támque fœdè lapsum, ut eam, quam de ejus doctrinâ conceperat, opinionem & ipse continuò deposuerit, & ab eâ multos alios postea deduxerit.*

(b) Henr. Stephanus præfixit ad Carolum Sigonium epistolam; in quâ scribit se *multum laboris, temporis & pecuniarum in congerendos ex omnibus Italiæ bibliothecis libros impendisse; Appiani exemplar ab Arnoldo Arlenio accepisse, sed valde depravatum: laudat Petrum Danesium suum olim præceptorem; Adrianum item Turnebum, & Joannem Auratum.*

auctoribus elogia, historicorum comparatio, responsio ad Cn. Pompeji epistolam de Platonis stylo, Latinè (*a*) tantùm, eodem interprete; accesserunt ejusdem Ilovii & Francisci Robortelli de historicâ facultate dissertationes, & de historiâ ex libro IIII. (*b*) C. Mylæi de rerum universitate: *ex officinâ Joannis Oporini*. 8. *Mense Martio*. . . Basil. 1557.

Andocidis de pace cum Lacedæmoniis faciendâ oratio, Græcè; & seorsim Latinè, Adriano Pulvæo LL. doctore, & in supremâ curiâ advocato, interprete: *apud Andream Wechelum*. 4. Paris. 1557.

Ciceronis de optimo genere oratorum liber, cum prælectionibus Pet. Rami: *apud Andream Wechelum*. 4. . , Paris. 1557.

Ejusd. de Legibus libri tres, cum commentariis Adr. Turnebi: *ex officinâ Guil. Morelii*. 4. Paris. 1557.

Ejusd. Epistolarum Familiarium libri XVI. cum notis doctissimorum ampliùs quatuor & viginti virorum; quibus multa hâc postremâ editione accesserunt Theodorico Bellovaco recognitore: *apud Audoenum Parvum*, & [ut habent quædam exemplaria] *apud Jacobum du Puis*; [*excudebat Benedictus Prevotius* 1556. *ad IIII. Non. Decemb.* Privilegium Ambrosio à Portâ concessum est 30. Januar. 1553.] fol. : Paris. 1557.

Ejusd. volumen epistolarum, quæ *Familiares* olim dictæ, nunc rectiùs *ad Familiares* appellantur; commentationes diversorum in has epistolas partim antea, partim nunc primùm editæ seorsum prodeunt: *excudebat Henr. Stephanus*. 8. .... 1557.

Lexi-

(*a*) Hos tamen Dionysii tractatus titulus libri & pagina proxima promittit Græcè & Latinè. Stanisl. Ilovius Epistolam Dionysii ad Cn. Pompejum, quam precibus Roberti Stephani [*filii scil. qui eos tractatus excudit anno* 1556.] viri sibi amicissimi precibus adductus Latinè verterat, in nomine Cælii Secundi Curionis præceptoris sui emisit.

(*b*) Christophorus Mylæus Staviæ natus edidit consilium de scribendâ universitatis rerum historiâ in quinque libros distinctum; impressum Basileæ apud Joannem Oporinum anno 1551. Vid. Bibliothec. Gesneri.

Lexicon Ciceronianum Græco-Latinum, ex variis Græcorum scriptorum locis à Cicerone interpretatis collectum ab Henrico Stephano; loci Græcorum authorum cum Ciceronis interpretationibus: *ex officinâ Henrici Stephani Parisien. Typographi.* (a) 8. .... 1557.

Henrici Stephani in quamplurimos Ciceronis locos castigationes, partim ex ejus ingenio, partim ex vetustissimo quodam & emendatissimo exemplari: *ex officinâ Henrici Stephani Parisien. Typographi.* 8. .... 1557.

Flores & sententiæ scribendíque formulæ illustriores ex Ciceronis epistolis familiaribus, librísque aliis à Gabriele Prateolo Marcossio collectæ: *ex Chalcographiâ Mauricii Menier, impendiis Audoeni Parvi.* 12. Paris. 1557.

Flores Senecæ summo labore selecti ex illius operibus, per Erasmum vero judicio emendatis atque correctis: *apud Ægidium Gourbinum sub insigni spei prope collegium Cameracense.* 12. Paris. 1557.

Pet. Rami Ciceronianus: *apud Andream Wechelum.* 8. Paris. 1557.

Ejusd. Oratio initio suæ professionis anno 1552. Octavo Calend. Septemb. habita: *apud Andr. Wechelum.* 8. Paris. 1557.

Græcorum veterum Selectiores epistolæ, Græcè & Latinè: *apud Guil. Morelium.* (b) 8. Paris. 1557.

Duo volumina epistolarum obscurorum virorum, denuo excusa, & à mendis repurgata. 12. .... 1557.

Gulielmi Budæi Lucubrationes variæ, cum ejusd epistolis Latinis & Græcis: *apud Nicolaum Episcopium juniorem.* (c) fol. *Mense Septembri.* Basil. 1557.

Pto-

(a) Henr. Stephani ad Lectorem epistola in Roberti, qui Henrici pater fuit, laudibus multa est.

(b) Bibliothec. Lugduno-Bat. pag. 148.

(c) *Cœlius Secundus Curio Joanni Fichardo I. V. doctori & reip. Francofurtensis advocato, S. P. D. ——— libros Gulielmi Budæi, antehac sparsim ab aliis editos, nunc*

Ptochotrophe urbis Carnutensis, id est, alendorum pauperum ratio, ad Carolum Guilardum episcopum Carnutensem, Vincentio Lupano authore: *ex officinâ Roberti Stephani*. 8. Lutet. 1557.

Æschyli Tragœdiæ VII. Græcè, quæ cùm omnes multo quam antea castigatiores eduntur, tum verò una [scil. Agamemnon], quæ mutila & decurtata priùs erat, integra nunc profertur; Scholia Græca in easdem, plurimis in locis locupletata, & in penè infinitis emendata; Petri Victorii curâ & diligentiâ: *ex officinâ Henrici Stephani*. (*a*) 4. . . . . 1557.

So-

nunc in unum corpus pulchre conjunctos, atque à Nicolao Episcopio F. egregiis descriptos typis, licentiore epistolâ narrare tibi constitui &c. *Vale. Ex inclytâ Basileâ, Cal. Sept. M. D. LVII.*

(*a*) *Pet. Victorius lectori S.* —— *Nostras in hunc poëtam lucubrationes erudito ac diligenti juveni Henrico Stephano divulgandas dedimus, quum hìc apud nos facultatem edendi nullam haberemus.* —— *Agamemnonem integram nacti sumus: cujus fabulæ prima tantùm pars pusilla typis antea excusa fuerat.* —— *Confusa erat hæc fabula cum Choëphoris.* —— *Erant in vetustissimo nobilissimoque volumine, quo continentur omnes Sophoclis atque Æschyli Tragœdiæ, quæ superiorum temporum acerbitatem subterfugere, necnon Apollonii etiam Argonautica; (id autem apud nos est); ambæ hæ fabulæ, eodem ordine scriptæ, quo res ipsæ gestæ fuere; ut Agamemnon præcederet, consequerentur Choëphoræ. Lapsæ autem illinc sunt paginæ nonnullæ, sive ab improbo quopiam excisæ, in quibus reliqua ac magna pars Agamemnonis continebatur, & initium Choëphorarum manebat: neque enim multa à principio hujus fabulæ videntur desiderari. Alium autem librum invenerámus, in quo Agamemnon integra esset: quum tamen nec in illo nec in altero ullo Choëphoras totam reperire potuerimus. Quare affirmare ausim, eam partem hujus tragœdiæ ex hôc nostro exemplari manâsse: unde sanè descripta fuerit, postquam id incommodum, quod narravi, acceptum est; quare mutilata capite atque initio suo in manus venit.* —— *Quum audissemus Romæ in Alexandri Farnesii summi antistitis bibliothecâ Æschyli volumen inveniri, in quo fabula Agamemnon legeretur; conferendam eam, à nobis descriptam, curavimus cum eo exemplari: in quo nobis operam suam fidelem atque eruditam præbuit Gulielmus Sirletus, ut cuncta diligenter notaret, quæ aliter illìc legerentur. Nos varietatibus illis diligenter ponderatis in eam opinionem venimus, ut nostrum librum non deteriorem eo putaremus; ac magnam partem eorum, quæ variata in eo offenduntur, immutatam ab aliquo crederemus, qui in suos quosdam versus restituere chori cantus voluerit. Sæpe enim addita aut dempta illic quædam cognovimus, quæ consilium ipsius adjuvarent.* —— *Comitem hujus laboris, magni quidem atque ardui, eruditum ac strenuum juvenem habui Bartholomæum Barbadorum* &c. *Scholia hæc, quæ in Æschylum leguntur, in vetustissimo præsertim nostro exemplari, meliora cæteris puto esse & eruditiora; primásque illis libenter detulerim; secundas verò Sophocleis, & illis maximè quæ Romæ* [anno 1518.] *primùm separatim excusa fuerunt: nam ipsa postea crevere operâ cujusdam, qui immiscuit cum ipsis nonnulla doctrinâ & acumine priorum illorum indignissima. Quæ in septem Euripidis tragœdias declarationes editæ sunt, minores multo inferiorèsque doctrinâ esse existimo. Nam hoc etiam affirmare non dubitârim, quod scio, Græcum hominem, qui Sophoclea primùm scholia, formis excusa, divulgavit, descripsisse ipsa è nostro hôc exemplari; ac præterea illa, quæ apud nos abhinc annis*

Sophoclis Tragœdiæ nunc primùm Latinæ [*Latinis versibus*] factæ, & in lucem emissæ per Joannem Lalamantium apud Augustodunum Heduorum medicum : *apud Michaelem Vascosanum*, vel (nam exemplaria variant) *apud Federicum Morellum*. 8. Lutet. 1557.

Euripidis Alcestis Latino carmine reddita, Georgio Buchanano interprete: [*impress. Lutetiæ mense Decembri M. D. LVI.*] *ex officinâ Michaëlis Vascosani*. (*a*) 4. Lutet. 1557.

Nicandri Theriaca Græcè, cum Jo. Gorræi Latinâ metricâ versione & ejusd. scholiis, ad Carolum cardinalem Lotharingum ; Nicandri item Alexipharmaca, Græcè, cum ejusd. Latin. metr versione & scholiis, ad Jo. Cardinalem Bellaium episcopum Parisiensem, cum Gorræi ad Gul. Rondeletium epistolâ [*Parisiis, Cal. Feb.* 1554 datâ] de lepore marino ; scholia Græca auctoris incerti in Nicandri theriaca, & diversorum auctorum in Alexipharmaca, & ἔκθεσις de mensuris & ponderibus; seorsim hæc tribus voluminibus excusa : *apud Guil. Morelium*. 4. Paris. 1557.

Tryphiodori grammatici & poëtæ Ægyptii, Ilii expugnatio, Græcè ; à Federico Jamotio versibus Latinis reddita, & annotationibus quibusdam illustrata : *apud Michaëlem Vascosanum*. (*b*) 8. Lutet. 1557.

Juvenalis Satyræ : *apud Mich. Vascosanum*. 4. Lutet. 1557.

Georg. Buchanani Jephthes, tragœdia : *ex officinâ Michaëlis Vascosani*. 4. Lutet. 1557.

Les

annis sexaginta [anno 1496] *in Apollonium Rhodium excusa sunt unà cum opere ipso poëta, ab eodem libro fluxisse.* &c. *Juvit autem me præcipuè, quum brevi in margine nostri illius libri significatum inveni, hoc aut illud ad imitationem Homeri prolatum fuisse; omnèsque illas animadversiones diligenter collegi* ——— *Nam omnibus in rebus Æschylum summum Homeri imitatorem extitisse proditum est: quum idem etiam feratur solitus dicere, tragœdias suas esse exiguas partes amplarum Homeri cœnarum.* &c. *Vale.* Ad libri calcem, Henricus Stephanus quasdam observationes in Æschyli locos variis modis scriptos adjecit.

(*a*) Hanc suspicor non primam fuisse editionem, nam privilegium Vascosano datum est *VII. Idus Februarii*, M. D. LIII.

(*b*) Dubito, an hæc editio prior fuerit; nam privilegium Vascosanus impetraverat *VII. Id. Febr.* 1553.

Les Azolains de Pierre Bembo traduits en Francois par Jean Martin : *chez Michel Vascosan.* (*a*) 8. . . Paris. 1557.

Constantini Lascaris grammatica Græca, cum Latinâ è regione interpretatione ; adjectis in fine quibusdam (*b*) opusculis ad Græcæ linguæ scientiam aptissimis : *apud Paulum Manutium Aldi F.* 8. . . Venet. 1557.

Francisci Vergaræ de Græcæ Linguæ grammaticâ libri V. adjectis in tres medios libros auctoris scholiis ; item admonitio de ordine operis & de ratione studii Græcanici ; opus nunc primùm ad Complutensem editionem excusum ac restitutum : *apud Guil. Morelium* ; *& Bernardum Turrisanum viâ Jacobæâ in Aldinâ bibliothecâ.* (*c*) 8. Paris. 1557.

Nicolai Clenardi Institutiones ac Meditationes in Græcam Linguam, cum succinctis annotationibus ac Latinâ Græcarum vocum interpretatione : *per* PETRUM ANTESIGNANUM. (*d*) 4. . . Lugd. 1557.

Lexicon Græco-Latinum uberrimum ; nunc denuo (præter omnium editionum accessiones, quas omnes jam ad hoc opus contulimus) Hadriani Junii Hornani philosophi & medici industriâ recognitum, novóque auctario locupletatum, ita ut Græcæ Linguæ, quos appellant, Thesauros omnes facilè vincat : *ex officinâ Hieronymi*

(*a*) Bibliotheq. du Verdier.

(*b*) Opuscula sunt hæc ; Joh. Grammatic. & Plutarch & Corinth. de dialectis ; Cebetis tabula, Pythagoræ aurea carmina, Phocylides, Græcè & Latinè ; Aldi Manutii Romani introductio in grammaticam ; de verbis in-μι. ex Urbano.

(*c*) Huic editioni præfigitur (quæ in priore Morelianâ anni 1550 omittitur) Francisci Vergaræ epistola ad rectorem & collegas collegii divi Illefonsi, scholæ Complutensis moderatores : in quâ Franciscum cardinalem Toletanum, illius Musæi conditorem, laudat Quando prodierit Complutensis editio hujus grammaticæ, ignoro.

(*d*) Ad calcem Institutionum ; *Lugduni excudebat Matthias Bonhomme. M. D. LVI. Idibus Novemb.*

ronymi Curionis, *impensis Heinrichi Petri.* (*a*) fol. *Mense Martio.* . - Basil. 1557.

Mar. Terentii Varronis pars librorum quatuor & viginti de Linguâ Latinâ, ex bibliothecâ Antonii Augustini : *apud Vincentium Luchinum ;* & (in fine) *apud Antonium Bladum impressorem Cameralem.* 8. . Rom. 1557.

Elegantiarum Laur. Vallæ libri VI. carmine perstricti, cum brevissimis scholiis, Joanne Roboamo Raverino authore : *apud Carolum Stephanum.* 8. . .. Lutet. 1557.

Et *apud Thomam Richardum.* (*b*) 8. Paris. 1557.

Joan Despauterii Syntaxis cum Gallicâ paradigmatum interpretatione, per Ægidium de Housteville, Sanctimarianum, Constantinatem, Cadomi tenellæ pubis institutorem; cui appressus est figurarum libellus: *ex Typographiâ Mauricii Menier.* 8. .. Paris. 1557.

De octo Orationis partium constructione libellus, cum commentariis Junii Rabirii : *apud Carolum Stephanum.* 8. *V. Cal. Febr.*. Lutet. 1557.

Dictionariolum puerorum ; ex postremâ authoris recognitione: *Olivâ Roberti Stephani.* (*c*) 4. *XVII. Cal. Maji.* . ... 1557.

Dictio-

(*a*) *Typographus æquo lectori S.* —— *Totum quod hic vides asteriscis consignatum auctarium, unius esse Hadriani nostri scito, partim nunc primùm, partim jam antea, nobis communicatum.* —— *Charactere, in hôc opere edendo, minori uti maluimus, ne libri & moles & pretium in immensum cresceret, & ut unico eum volumine tibi exhiberem; qui, si consueto usus fuissem charactere, in duos fortè tomos dividendus fuisset.* &c. *Basileæ, Kalendis Martiis.* 1557.

(*b*) Duæ hæ editiones ita in omnibus sunt sibi consimiles, ut singulæ ferè ubique paginæ, imò lineæ, in utrâque editione, sibi invicem respondeant.

(*c*) *Rob. Stephanus Maturino Corderio Lausannensis scholæ moderatori S. D.* —— *Tuas accepi literas occupatissimus, tamen dedi operam, ut tuæ rogationi satisfacerem. Commentarios enim tuos in disticha illa moralia, Catonis inscripta nomine, nuper abs te recognitos * impressi; nec minori quidem, ut* opi-

* Editionem Distichorum, quam hic commemorat Rob. Stephanus, nondum vidi.

Dictionaire des Mots Francois, ainsi qu'il les fault escrire; avec les manieres de parler plus necessaires, tournez en Latin pour les enfans & autres: *l'olive de Robert Estienne.* (*a*) 4. *le XXVIII. Juil.* . . .. 1557.

Traicté de la grammaire Francoise: *l'olivier of Rob. Estienne.* (*b*) 8. . ...

ARtis Typographicæ per universam passim Europam progressum ab ipsius exordiis ad annum 1557. secutus, totum sæculum exegi: regiones peragravi multas, laborésque hominum multorum lustravi. In hâc literariâ peregrinatione conficiendâ multiplex rerum sese meis oculis offudit varietas; cujus copiâ obrutus, argumentum propè infinitum, prout ipsius ubertas & amplitudo postulabat, tractare me non potuisse lubens confiteor. Quæ enim mihi in illâ materiâ innotescunt, paucissima sunt præ iis, quæ ignorantur: & sat scio me lectori sterile admodum spicilegium pro messe fœcundissimâ obtrusisse. Hìc, utcunque sit, quod opellæ in illo colligendo posuerim, sistendum tandem iter putavi: ne, si longiùs progrederer, onus mihi imponerem eo, quod antè susceperam, operosius; & meis non modò humeris, sed vix hominis laboriosissimi peritissimíque viribus perferendum. Verùm quoniam binas de STEPHANIS aliquótque aliis Pari-

opinor, diligentiâ, quàm Lutetiæ jam olim te præsente ipso feceramus. ——— *Nostro puerorum Dictionariolo, quod cupiebas ut denuo recognoscerem, ad prælum revocato, ego, in scholæ vestræ Lausannensis potissimùm gratiam, addidi quæ volebas maximè; nempe diversas verborum & quorundam etiam nominum constructiones, pro diversâ cujusque significatione; frequentiores item in quotidiano sermone loquutiones, adjectis præcipuorum authorum, qui illis usi sunt, nominibus. Hæc omnia characteribus paulo minutioribus indicavi.* &c. *ex nostrâ officinâ librariâ M. D. LVI. VIII. Cal. Novemb.*

De Criticis vet. Gr. & Latinis ; eorúmque variis apud poëtas potissimùm reprehensionibus dissertatio Henrici Stephani ; Restitutionis comment. Servii in Virg. & magnæ ad eos accessionis specimen : 4. *excudebatur* [sinè Typographi nomine] (*d*) . . Paris. 1587.

Henr. Stephani dialogus de bene instituendis Græcæ Linguæ studiis ; & alius ejusd dialogus de parum fidis Græcæ Linguæ magistris, & cautione in illis legendis adhibendâ. 4. *excudebatur* [sinè Typographi & loci nomine] (*e*) .... 1587.

La maniere de tourner en Langue Francoise les Verbes & Participes ; reveuë & corrigée en grande diligence : *de l'imprim. de Rob. Estienne imprim. du roy.* 8. . . à Paris. 1587.

Jobus, sive de Constantiâ libri quatuor, poëticâ metaphrasi (*authore Jac. Aug. Thuano*) explicati : *apud Mamert. Patisson. Typogr. reg. in offic. Rob. Stephani.* (*f*) 8. . Lutet. 1588.

Orphei carmina theologica, Græcè, ex Justino Martyre & Clemente Alexandrino collecta : *è Typographiâ Stephani Prevosteau.* 4. Paris. 1588.

Thucydidis libri VIII. Græcè, cum Scholiis Græcis, & Latinâ Laur. Vallæ interpretatione

ab

(*a*) In fine, leguntur carmina Gallica & Latina Roberti Stephani in Christiana opera Philippi des Portes.

(*b*) Hunc librum inter Henr. Stephani libros recenset Almeloveenius, pag. 62.

(*c*, *d*, *e*) Lege Histor. Stephanor. pag. 437. usque ad 444.

(*f*) Calci adnectuntur animadvertenda quædam, cum disticho Latino, cui subscribitur ; R. ST. R. F. R. N. i. e. Robertus Stephanus Roberti filius Roberti nepos.

ab Henr. Stephano recognitâ, & ejusd. Steph. adnotationibus; editio secunda: *excudeb. Henr. Stephanus.* (*a*) fol.	Genev.	1588.
Dionys. Halicarn. Antiquit. Roman. libri XI. Latinè, interprete Æm. Porto, cum ejus notis, & Henr. Glareani chronologiâ: *excudebat Eustathius Vignon sibi & Henrico Stephano.* (*b*) fol.	....	1588.
Rufi Festi breviarium rerum gestarum populi Romani: *apud Mamert. Patisson.* (*c*) 8.	Paris.	1588.
Chronicon Prosperi Tironis Aquitani. (*d*) 8.	Paris.	1588.
Homeri Poëmata omnia, Græcè & Latine. (*e*) 12.	....	1588.
Horatii Poëmata; Henr. Stephani scholiis, argumentis & diatribis illustrata; editio secunda, quæ præter scholiorum locupletationem, aliquot insuper diatribas, & quasdam in Veri Porphyrionis commentarios emendationes, nec non quasdam ad eos accessiones habet. (*cum Stephanico tantùm insigni*) 8.	....	1588.
Senecæ Thebaïs, cum not. Flor. Christiani: *apud Fed. Morel.* 4.	Lutet.	1588.
Tumulus Leodegarii à Quercu: *apud Eundem.* 4.	Lutet.	1588.
Discours faicts aux estats de Blois l'an 1588: *chez Fed. Morel.* (*f*) 4.	à Paris.	1588.
Les declinaisons des Noms, Pronoms, Verbes & Participes &c. (*eadem omnino editio, ac priùs ann.* 1584. *&* 1582.) *de l'imprim. de Rob. Estienne, imprim. du roy.* 8.	à Paris.	1588.

Nov. Testament. Græcè, cum duabus Latinis

(*a*) Histor. Stephanor. pag. 444.
(*b*) Ibid. pag. 447.
(*c*, *d*) Bibliothec. Tellerian. pag. 320. Sed neque in catalogo Tellerian. nec in Bibliotheq. Historiq. du P. le Long, num. 6560. indicatur, quis Chronici Typographus fuerit.
(*e*) Histor. Stephanor. pag. 445. 446. & pag. 222. lin. 26.
(*f*) Bibliothec. Cordesian. pag. 258.

nis interpretationibus, unâ vetere, alterâ Th. Bezæ nunc quartò ab eo recognitâ, cum ejus annotationibus, hâc quartâ editione, locupletatis; seorsim edentur Concordantiæ Novi Testamenti, quibus operam idem Beza & quidam alii impenderunt. (*cum insigni tantùm Stephanico*). fol. .... 1589.

Franc. Moncæi in cap. 1. Cantici Canticorum lucubrationum libri duo: *apud Fed. Morellum.* (*a*) 8. . . Paris. 1589.

Dicæarchi Geographica quædam, sive de vitâ Græciæ; ejusdem descriptio Græciæ, versibus Græcis jambicis, ad Theophrastum; cum If. Casauboni & Henr. Stephani notis, ac dialogo Henr. Stephani, qui inscriptus est Dicæarchi Sympractor: *excudeb. Henr. Stephanus.* (*b*) 8. .... 1589.

Demosthenis de Rhodiorum libertate oratio, Græcè: *è Typographiâ Stephani Prevosteau.* 4. Paris. 1589.

Dionis Chrysostomi de regno & tyrannide Oratio Græcè; à Fed. Morello prof. pub. castigata, ope vetusti codicis ex bibliothecâ collegii Societ. Jesu, & ejusdem notis illustrata: *è Typographiâ Stephani Prevosteau, in viâ aurigarum juxta trium Crescentium.* 8. (Pro *juxta* repone *è regione*, utì postea anno 1590.) . Paris. 1589.

Aristophanis Pax, Græcè; cum Latinâ Flor. Christiani interpretatione Latinorum Comicorum stylum imitatâ eodémque versuum genere cum Græcis conscriptâ; & ejusd. Christiani in eandem glossemata commentaria. *è Typogr. Steph. Prevosteau;* vel (ut in quibusdam exemplaribus) *apud Fed. Morellum.* (*c*) 8. . Lutet. 1589.

Guil.

(*a*) Bibliothec. Marckian. pag. 213.

(*b*) Histor. Stephanor. pag. 448. Sunt & exemplaria, quæ præferunt, *apud Petrum Chouet.*

(*c*) In fine, *Parisiis, M. D. LXXXIIX.* ubi in nonnullis exemplaribus adjiciuntur hæc verba, *excudebat Steph. Prevosteau,* sed in aliis omittuntur. Inter errata & omissa reponit Fl. Christianus Latinos duos versus, quorum jacturam reparaverat *doctiss. amicus Federicus Morellus, qui professionis & impressionis regiæ titulos unâ diligentiâ complexus est.* Pag. 142. *Lectori erudito S. Typographicarum operarum culpas non magìs meum est præstare, quàm lectoris qui paulò humanior fuerit, ne necessarium habeam veniam propterea aut excusationis gratiam implorare. Sed in nostræ mentis erroribus,*

Iiiii 3

Guil. Blanci poëmata, quibus accedit ejusd. de ratione anagrammatismi libellus : *apud Fed. Morel.* (*a*) 8. . .	Paris.	1589.
Henr. Stephani Schediasmatum variorum alii libri tres, qui sunt pensa succisivarum horarum Aprilis, Maji, Junii : *excudeb. Henricus Stephanus.* (*b*) 8. . .	....	1589.
Regrets sur la France composés par Simon Poncet Melunois ; avec un colloque Chrestien : *chez Mamert Patisson.* 8. .	Paris.	1589.
S. Chrysostomi HOMILIA in illum locum, *Fides sinè operibus mortua est*, nunc primùm Græcè in lucem edita, & in Latinâ interpretatione correcta & aucta : *è Typogr. Stephani Prevostai, in viâ aurigarum, è regione trium Crescentium.* (*c*) 8.	Lutet.	1590.
Joannis GEOMETRÆ in B. Deiparam HYMNI quinque, Græcè, cum Latinâ metricâ Fed. Morelli professoris & interpretis regii ; nunc primùm utrâque Linguâ in lucem prodeunt : *apud Fed. Morellum.* (*d*) 8. .	Lutet.	1591.
Marcelli SIDETÆ Medici, de remediis ex piscibus ; fragmentum poëmatis de re medicâ,		

è

ribus, qui in his glossematis nimis fortassis multi deprehendentur, utendum mihi deprecatione intelligo, quia per ignorantiam commissos satìs apparebit. &c. Modestè sanè Flor. Christianus, quod in omnibus criticis non occurrit. Pag. 144. Tetrastichon Latinum subnectitur epigramma *F. Morelli P. I. R.* i. e. (ut puto) professoris, impressoris vel interpretis regii.

(*a*) Bibliothec. Bultellian. part. 1. pag. 410.

(*b*) Histor. Stephanor. pag. 451. ubi de Henr. Stephani poëmatibus, quæ inscribuntur, *Musa monitrix principum*, & *De principatu bene instituendo*; ac de ejusdem *Dialogo inter Philoceltam & Coronellum*, & *De Aristotelicæ ethices ab historicâ & poëticâ ethice differentiâ.*

(*c*) *Typographus Lectori. Cùm auditoribus collegii Claromontani Societatis Jesu excudenda typis ex S. Chrysostomi orationibus una aliqua esset, ex iis potissimùm eam eligi placuit, quæ nondum in lucem edita Græcè fuissent.* ——— Hanc *reginæ matris liberalitate atque Jo. Bapt. Bencivennii Belloramei abbatis ejusdémque bibliothecarii operâ illius collegii præceptoribus communicatam, hâc occasione accipies, quæ antea in tertio S. Chrysostomi operum tomo, titulo Sermonis de Eucharistiâ in encæniis circumferebatur* &c.

(*d*) Pag. 19. *Admonitio.* ——— *Maculæ & lacunæ aliquot occurrerunt in Græco codice (quo uno nobis uti licuit hactenus) partim scriptoris errore vitiato, partim vetustate ipsâ propè obliterato.*

è bibliothecâ Reg. Medicæâ erutum; Græcè, cum metricâ Latinâ Fed. Morelli versione: *apud Fed. Morellum.* 8. . Lutet. 1591.

De regio Persarum principatu libri tres, ex adversariis V. C. B. B. S. P. P. *è Typogr. Steph. Prevosteau; væneunt exempla apud Robertum* (*a*) *Columbellum in monte D. Hilarii, in Aldinâ bibliothecâ.* (Et in fine, *excudebat Steph. Prevosteau. M. D. LXXXX*) (*b*) 8. . Paris. 1591.

Plinii Epistolarum libri IX. & ejusdem, Pacati, Mamertini, Nazarii, Eumenii, Ausonii, ac Claudiani panegyrici; cum If. Casauboni notis in epistolas posteriori huic editioni adjunctis: *excud. Henr. Stephanus.* (*c*) 12. . ... 1591.

Ad Varronis assertiones analogiæ sermonis Latini Appendix Henr. Stephani; & Jul Cæs. Scaligeri de eâdem disputatio: *excudeb. Henr. Stephanus.* (*d*) 8. . . Genev. 1591.

Justini Martyris EPISTOLA ad Diognetum, & ORATIO ad Græcos, nunc primùm luce & Latinitate donatæ ab Henr. Stephano, cum ejusd. & Jo. Jacobi Beureri annotationibus; Tatiani, discipuli Justini, quædam: *excudeb. Henr. Stephanus.* (*e*) 4. . ... 1592.

Herodoti libri IX. & narratio de vitâ Homeri; & Ctesiæ quædam de reb. Pers. & Ind. Græcè, & Latinè; editio secunda: *excudeb. Henr. Stephanus.* (*f*) fol. . ... 1592.

Dionis Cassii libri XXV. Græcè, & Latinè,

Guil.

(*a*) Caille. pag. 165. „ Robert Columbel (Verdier. pag. 716. Robert Columbet.) fit imprimer l'histoire de toutes les „ religions du monde, traduitte par Jean „ Lourdereau de l'Italien de Paul Morise „ &c. Il avoit pour marque celle des „ Aldes.

(*b*) *Typographus lectori.* ——— *Studiosorum quorundam victus auctor, urbe undique obsessâ, hisce commentariis recognoscendis & in unum corpus colligendis operam navavit.* &c. Altera hujus libri editio ex Typographeio Hieronymi Commelini anno 1595. in 8. prodiit, ubi authoris nomen pleniùs indicatur, *V. CL. Barnabæ Brissonii, Senatus Parisiensis præsidis.*

(*c*, *d*) Histor. Stephanor. pag. 453.

(*e*, *f*) Ibid. pag. 453. usque ad pag. 457.

Guil. Xylandro interprete : *excudeb. Henr. Stephanus.* (*a*) fol. .	....	1592.
Appiani Alexandrini Historiæ, Græcè & Latinè, cum Henr. Stephani annotationibus : *excudeb. idem Stephanus.* (*b*) fol. .	Genev.	1592.
E Dione excerptæ historiæ ab Joan. Xiphilino, Græcè, cum Latinâ Guil. Blanci interpretatione à Guil. Xilandro recognitâ ; & Henr. Stephani spicilegio : *excudeb. idem Stephanus.* (*c*) fol. . .	....	1592.
S. Chrysostomi de principatu & imperio sermo, Græcè : *apud Fed. Morel.* 8.	Lutet.	1593.
Sermons de S. Chrysostome de la providence & contre l'intemperance : *chez Fed. Morel.* (*d*) 8.	Paris.	1593.
D. Cyrilli ENARRATIO, cur Christus dicatur Sol Justitiæ, nunc primùm Græcè & Latinè, interprete Fed. Morello ; ex bibliothecâ Jo. à S. Andreâ : *apud Fed. Morel.* 8.	Paris.	1593.
Philonis Judæi liber de Nominum in Sacris Scripturis mutatione, nunc primùm Latinitate donatus à Fed. Morello ; cum ejusd. notationibus & indice : *apud Fed. Morellum.* (*e*) 8.	Lutet.	1593.
Hierocl. de Providentiâ & Fato : *apud Fed. Morel.* (*f*) 8. .	Lutet.	1593.
Ludovici d'Orleans unius ex confœderatis pro fide Catholicâ Parisiensibus ad A. S. unum ex sociis pro hæreticâ perfidiâ Turonensibus expostulatio : *apud Fed. Morel.* 8. .	Lutet.	1593.

Con-

(*a, b, c*) Histor. Stephan. pag. 453. usque ad pag. 457.

(*d*) Bibliothec. Cordesian. pag. 83.

(*e*) Paginæ primæ sive tituli dispositio in omnibus exemplaribus non est eadem; non solùm in verbis ipsis, quibus exprimitur titulus; sed etiam in symbolo Typographico: in aliis enim symbolum sive insigne præfigitur Typographis regiis commune; in aliis, icon cujusdam. Clementi VIII. Pont. Max. hæc nuncupatur editio. Ex epistolâ dedicatoriâ comperio, *Philonici hujus opusculi interpretationem, præfecti mercatorum & ædilium Parisiensium jussu, publicis impensis editam fuisse.*

(*f*) Bibliothec Cordesian. pag. 83. Ille tamen Hieroclis commentarius, qui postea anno 1597. prodiit, dicitur tunc *primùm Latinè & Græcè editus.*

Conference entre les deputés du duc de Mayenne avec les deputés des princes Catholiques du party du roy de Navarre: *chez Fed. Morel.* 8. à Paris. 1593.

Cujuſdam Viri de ſuſceptâ à Duce Errico Joyeuſe provinciæ Narbonenſis adminiſtratione ad Ant. Gualterum epiſtola: *apud Fed. Morel.* 8. Lutet. 1593.

Acta in comitiis Lutetiæ habitis anno 1593. *apud Fed. Morel.* (*a*) 8. Lutet. 1593.

Iſocratis Orationes & Epiſtolæ, Græcè, cum Latinâ Hier. Wolfii interpretatione ab ipſo poſtremùm recognitâ, & Henr. Stephani VII. diatribis; Gorgiæ & Ariſtidis quædam, ejuſdem cum Iſocraticis argumenti, Græcè, & Latinè, Guil. Cantero interprete: *excudeb. Henr. Stephanus.* (*b*) fol. ...... 1593.

Anonymi (ſcil. Libanii) de mulieris loquacitate, Græcè & Latinè, nunc primùm interprete Fed. Morello: *apud eundem Morel.* 8. Lutet. 1593.

Poëmatium Dramaticum, Muſarum & Fortunæ querimoniam continens, Græcis ſenariis; è Græcis Plochiri Michaëlis; Latinè eodem verſuum genere expreſſum à Fed. Morello; acceſſerunt epigrammata quædam è Græcis converſa ab eod. interprete: *apud Fed. Morel.* 8. Lutet. 1593.

Fed. Morelli monas, & Ad. Turnebi dyas: *apud Fed. Morel.* 8. Lutet. 1593.

Concordantiæ Novi Teſtamenti Græco Latinæ: *ex Typographeio Henrici Stephani.* (*c*) fol. ...... 1594.

S. Chryſoſtomi de principatu & poteſtate concio, Latinè, Fed. Morello interprete; cum ejuſdem notis: *apud eund. Morellum.* 8. Lutet. 1594.

Ejuſd. de Chriſtianâ benignitate Concio, nunc

(*a*) Bibliothec. Cordeſian. pag. 274.
(*b*) Hiſtor. Stephanor. pag. 457. 458. 459.
(*c*) Hiſtor. Stephanor. pag. 459. 460. 461.

nunc primùm Græce & Latinè edita: *apud eundem Morel.* 8 . . Lutet. 1594

Ejusdem in Genesin SERMONES TRES, nunc primùm in lucem editi Græcè & Latinè, ex bibliothecâ Medicæâ reginæ matris: *apud eund. Morel.* 8. . . Lutet. 1594

Polybii fragmentum ex legationibus collatum cum Livii loco de honoribus Attalo & Rhodiis ab Atheniensibus habitis: *apud Fed. Morel.* 4. Paris. 1594

Ex Memnone excerptæ historiæ, de tyrannis Heracleæ Ponticæ; ex Ctesiâ & Agatharchide; omnia cum recenti accessione, Græcè; & seorsim Latinè, partim ex Henr. Stephani, partim ex Laur. Rhodomanni interpretatione; & Appiani Hannibaïc. & Iberic. Græcè, cum Henr. Stephani castigationibus: *excud. Henr. Stephanus.* (*a*) 8. 1594

Diog. Laërtii libri X. Græcè, & Latinè; Pythagoreorum fragmenta, Græcè, & Latinè Gul. Cantero interprete; Anonymi dissertationes, & epistolæ Lysidis, Theanûs &c. Græcè; cum Is. Casauboni notis ad Diogen. & Henr. Stephani judicio de interpretat. Ambrosii & Brognoli; Hesychii Illustrii liber, Græcè & Latinè, Had Junio interprete, cum Henr Stephani annotationibus; editio secunda: *excudeb. Henr. Stephanus* (*b*) 8. 1594

Ecclesiæ Gallicanæ in Schismate status: *apud Mamert Patisson.* 8. . Paris. 1594

Les libertés de l'Eglise Gallicane [*par P. Pithou*]: *chez Mamert Patisson.* 8. . à Paris. 1594

Lettres d'un Francois pour la pre-seance du roy de France contre le roy d'Espagne: *chez le même.* 8. . . à Paris. 1594

Extraict des registres des Estats, sur la reception

tion

(*a*, *b*) Histor. Stephanor. pag. 459. 460. 461.

tion du Concile de Trente au royaume de France. 8.	à Paris.	1594.
Memoire & avis de Jean du Tillet, protenotaire & secretaire du roy, greffier de la cour de parlement, faict en l'an 1551. sur les libertés de l'Eglise Gallicane. 8.	à Paris.	1594.
Plaidoié d'Ant. Arnauld pour l'Université de Paris contre les Jesuites: *par Mamert Patisson.* 8.	à Paris.	1594.
Desenses de ceux du college de Clermont. 8.	....	1594.
De canonicâ absolutione Henrici IV. *apud Mamert. Patisson.* (*a*) 8.	Lutet.	1594.
Panegyrique de Guy Joly au roy Henry IV: *par Mamert Patisson.* 8.	à Paris.	1594.
Extraict de la genealogie du Hughes surnommé Capet roy de France, & des derniers successeurs de la race de Charlemagne en France: *chez le même.* 8.	à Paris.	1594.
Ponti Tyardæi Bissiani episcopi tractatus de genealogiâ Hugonis Capeti & postremorum successorum prosapiæ Caroli Magni in Franciâ: *ex officinâ Mamerti Patissonii.* (*b*) 8.	Paris.	1594.
Vera & simplex relatio colloquii inter deputatos ducis de Mayenne & principum & regis Navarræ: *apud Fed. Morellum.* (*c*) 8.	Paris.	1594.
Caroli Borbonii Cardinalis elogium, Papirio Massono authore: *apud Fed. Morel.* (*d*) 4.	Paris.	1594.
Henr. Stephani Orationes duæ; prima adversùs lib. Uberti Folietæ de magnitudine & perpetuâ in bellis felicitate imperii Turcici, secunda ad expeditionem in Turcas fortiter & constanter persequendam exhortatoria; quæ Cæsari		

Ro-

(*a*) Bibliothec. Cordesian. pag. 275.
(*b*) Ludov. Jacob. de Scriptorib. Cabilonens. pag. 56.
(*c*) Bibliothec. Tellerian. pag. 305.
(*d*) Bibliotheq. des Histor. de Franc. par Andr. du Chesne. pag. 159.

Rodolpho II. & universis Rom. imperii ordinibus, Ratisbonæ conventum habentibus ab eodem oblatæ, & illis acceptissimæ fuerunt: *Typis Wechelianis.* (*a*) 8. . Francford. 1594.

Proverbiales Græcorum versus, Græcè; Jos. Scaliger pridem collegit, composuit, digessit; & scorsim iidem, Latinis ejusd. generis versibus expressi, partim ab Erasmo olim, partim nunc à Fed. Morello: *apud Fed. Morellum.* 4. Lutet. 1594.

Eorundem, Græcè & Latinè itidem, alia editio: *apud eundem.* (*b*) 8. . Lutet. 1594.

Jo. Passeratii præfatiuncula in disputationem de Ridiculis; quæ est apud Ciceronem in libro secundo de Oratore: *apud Mamert. Patisson. Typogr. reg. in offic. Rob. Steph.* (*c*) 8. Lutet. 1594.

Adr. Turnebi explicatio loci Ciceroniani, in quo tractantur Joci, lib II. de Oratore; editio secunda: *apud Federicum Morellum Architypographum regium, viâ Jacobæâ ad insigne fontis.* 8. Lutet. 1594.

Tombeau de feu Monsieur de Giury maistre de Camp de la cavallerie legere de France, dedié à sa veufve Madame de Giury par Jean du Peyrat: *par Fed. Morel, imprimeur ordinaire du roy.* (*d*) 8. . . à Paris. 1594.

Les premices, ou le I. livre des Proverbes epigrammatizez, ou des Epigrammes proverbializez; c'est à dire, signez & seellez par les proverbes Francois; aucuns aussi par les Grecs & Latins, ou autres, pris de quelcun des langages vul-

(*a*) His adnectuntur in foliis duobus expansis, Henr. Stephani ad Rodolphum Ordinésque epistola Francfordii ad Mœnum, anno 1594. Sept. 5. data, & duo exhortatoria ad milites antiturcicos carmina. De illis orationibus lege Histor. Stephanor pag. 461. 462.

(*b*) Editio hæc in 8. ab illâ in 4. nihil penè discrepat, nisi quòd character hujus sit major, illius minor. Aliquid tamen inter utramque est præterea discriminis, quod lector curiosus deprehendens neutram negliget.

(*c*) Exemplaria quædam habent 1595. Ad hujus præfatiunculæ calcem adduntur aliquot Ad. Turnebi carmina in illam *novam sectam surrepentem, quæ mentitur Jesum.*

(*d*) Leguntur hìc inserta quædam carmina Fed. Morelli, Græcè & Latinè, pag. 25. 29. & Cl. Morelli, Latinè, pag. 39.

vulgaires ; rengez en lieux communs ; le tout par Henri Estienne. (*a*) 8. . ... 1594.

Liturgia sive Missa S. Apostoli Petri, Græcè, & Latinè, cum canone Latino S. Ecclesiæ Rom. & annotationibus Wilhelmi Lindani episcopi Gandav. *apud F. Morel. archtypogr. reg.* (*b*) 8. Lutet. 1595.

S.

(*a*) *A Monsieur Bucker secretaire d'Estat de la Ville de Berne.* ——— *Il y a environ quinze ans, que les heritiers de Thomas Redinger, demourans en la ville dicte Preslau, & en Latin* Vratislavia, *m'estans du tout incognus, & de nom mesmement, mais voulans me faire sentir quelque fruit de l'amitié, que ce seigneur m'avoit portée, m'envoyerent en don un grand vase d'argent doré par tout, ou vermeil doré* &c. *L'Empereur Maximilian II. auquel j'avois envoyé mon thresor de la Langue Grecque, m'ayant envoyé un beau present, tint le dict livre environ deux mois aupres de soy (comme il me fut escrit par monsieur Crato, & par un autre) en faisant ses monstres à tous venans (gens de lettres) comme du plus beau present qu'il eust onque receu.* &c. *J'ay entendu quelques faux rapports de moy faicts à vos trespuissans Seigneurs* ——— *je vous recommende cest affaire, de leur oster, par la cognoissance de la verité, la mauvaise impression, que le mensonge leur auroit faict avoir contre moy. Ce ne fut pas faute de bonne volonté, ains à mon tres grand regret, que je vins quelques semaines apres le terme pris par moy pour commencer la * charge, que j'avois acceptée* &c. *Le tout vostre, Henri Estiene* Le mesme *au Lecteur. Dieu me fit tant de bien en mon jeune aage, que de pouvoir gangner la bonne grace des amateurs des bonnes lettres Grecques & Latines: tant par les emendations de l'interpretation d'Herodote, Thucydide, Xenophon, qu'aussi par des expositions de plusieurs proverbes Grecs, qu'Erasme & autres avoyent ja exposez, mais mal, & aucuns tres mal, selon mon advis.* &c. *Je donneray un recueil d'iceux plus ample, & j'enrichiray l'Ouvrage (Dieu aidant) de six nouvelles inventions* &c. *A l'endroit de mon pere* ——— *ceux de son pays ont esté presque ingrats envers luy à comparaison des estrangers: pour tesmoignage de quoy je peu produire l'epistre mise au devant de son thresor de la Langue Latine (dont tant le Recueil que l'impression luy venoient à plus de trente mille francs) de l'impression de Venise; l'auteur de ceste epistre estant Italien* &c. *Quant à ceste sienne invention de distinguer par versets le Nouveau Testament; ceux qui s'en servent le plus, sont ceux, qui en donnent moins de louange à l'inventeur; & mesme aucuns font semblant d'ignorer, que cela ait esté inventé par luy. Mais un Allemand, demeurant au fin fond d'Allemagne, a faict le mesme devoir envers luy pour raison de cest Ouvrage (c'est a dire, envers sa memoire) qu'avoit faict l'Italien susdict pour raison de l'autre.* &c. *Ce qui m'occasiona de composer ces epigrammes, fut que le roy Henri III. lisant quelques proverbes Francois en mon livre de la precellence du langage Francois, me dit qu'il doutoit touchant deux, s'ils estoyent anciens: que quelques jours apres je luy monstray en un vieil livre escrit à la main.* &c. In hâc proverbiorum editione observo multas Græcas sententias Latinis literis excusas, nescio an præ characterum Græcorum inopiâ, nam quædam Græcis exprimuntur: E. G pag. 16. Theou thelontos kan epi ripos pleois [id est, θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις] pag. 105. Tω toi ponounti kai theos † Xyllamvanei. Id est, utì pag. 121: Τῷ τοι πονοῦντι καὶ θεὸς ξυλλαμβάνει. Et pag. 189. Chalepon to gyras estin anthrωpois varos. [Id est, χαλεπὸν τὸ γῆρας ἐστιν ἀνθρώποις βάρος. Stephanus in paginis 87. & 95. mentionem facit quorundam proverbiorum à Badio excusorum & in lucem editorum ante annos circiter octoginta, id est, anno circiter 1514. nam hæc editio prodiit 1594.

(*b*) *Hanc liturgiæ D. Petri Græco-Latinam editionem Petro de Gondy cardinali, Parisiorum antistiti, Jo. à Sancto Andreâ Cannonicus eccles. Parisien. dedicabat an. S. M. D. XCV. Kal. Octobr.*

* Suspicor ferè hoc fuisse munus Typographicum.

† Hinc colligo, quam literarum ὑψιλοῦ & βῆτα pronunciationem Stephanus maluerit.

S Gregorii papæ, quem Dialogum Græci cognominant, Divinum officium ſive Miſſà, Latinè, cum Græcâ Georgii Codini interpretatione: *apud eundem* (*a*) 8. .	Lutet.	1595.
S. Juſtini Mart. epiſtolà ad Diognetum, & oratio ad Græcos, cum notis: *per Henr. Stephanum* (*b*) 4. . .	....	1595.
D Jo. Chryſoſtomi de publicano & phariſæo, déque humilitate & oratione CONCIO, Græcè nunc primùm edita typis regiis; & ſeorſim Latinè, ex Joach Perionii interpretatione recognitâ & cum Græc. collatâ: *apud Fed. Morel. archityp. reg.* (*c*) 8. .	Lutet.	1595.
Conſtantini Imp. RESCRIPTUM ad Arium & Arianos, nunc primùm in lucem Græcè & Latinè prodit: *apud Fed. Morel. archityp. regium.* (*d*) 8. . .	Lutet.	1595.
Joan. Geometræ Paradiſus ſive hortus epigrammatum Moralium, Græcè: *apud eundem.* 8.	Lutet.	1595.
Synefii Cyrenæi CATASTASIS ſeu Conſtitutio, in quâ Pentapolis calamitas deſcribitur, quam in maximâ barbarorum irruptione pronunciavit, quo tempore principis partes Gen-		

nadius

(*a*) *Jo. à S. Andreâ Fed. Morellus. S. En corollarium* τῶ λειτουργικῶν, *à te profectum, fidei meæ commiſſum, ad te revertitur, & cultiori habitu typiſque informatum* &c. Ad finem ſubjungitur Hymnus D. Thomæ de Aquino, *Pange lingua* &c. Græcis iiſdem verſibus redditus à Fed. Morello: ὑπὸ Φεδ. Μορέλλου Δ. Β. ἑρμηνευθείς. i. e. Διδασκάλου Βασιλικοῦ, *regii profeſſoris.*

(*b*) Dubitandum mihi videtur de hâc editione, cujus mentio fit apud Almeloveen. pag. 46. uti & de aliâ pag. 51. *Rei ruſticæ auctorum, Catonis, Columellæ & Palladii, in* 8. *anno* 1595. quam Henr. Stephano ibi adſcribit.

(*c*) *Joanni Heurtault, cœnobii S. Victoris priori, & cardinal. Gondii vicario Fed. Morellus,* ἐν κυρίῳ χαίρειν. —— *Hanc conciunculam Græcè ex fide manuſcripti opt. parentis mei Federici, & Latinè typis noſtris editam, in tuo nomine apparere volui* &c. *Lut. X. Kal. Jul. M. D. XCV.* In meas manus fortè incidit *D Jo. Chryſoſtomi ſermo de hôc argumento*, Bonum Chriſti diſcipulum benignum eſſe, neque citò iraſci; *Latinè in* 8. cum notis marginalibus paginarum in Græco textu. Quo anno edita ſit Latina illa verſio, nullum eſt indicium, necdum textum Græcum videre contigit. Puto ex charactere verſionem illam Latinam ab officinâ Fed. Morelli prodiiſſe.

(*d*) Joannes à S. Andreâ in ſuâ ad Petr. Gondium cardinal. epiſc. Pariſienſ. epiſtolà notat hoc à Baronio Latinum factum fuiſſe, Ad calcem additur Conſtantini ad epiſcopos & populos epiſtola, *Græcè, ex biblioth. P. Pithoei, & Latinè, ex interpr. Fed. Morelli P. R.*

nadius ageret, dúxque Innocentius esset; Græcè, cum Latinâ Pe. Morelli (*a*) Turonensis interpretatione & conjectaneis; ejusd. Synesii de eod. argumento ad Troïlum epistola, (quæ est ejus epistolar. 73.) Græcè: *apud eundem.* (*b*) 8. Lutet. 1595.

Parabata vinctus, sive triumphus Christi; tragœdia [Jacob. Aug. Thuani]: *apud Mamert. Patisson. Typogr. reg. in offic. Rob. Stephani.* 8. Lutet. 1595.

Vaticinia Joelis, Amosi, Abdiæ, Jonæ Habaccuci, Haggæi, poëticâ metaphrasi illustrata [per Jac. Aug. Thuanum]: *apud eundem.* 8. Lutet. 1595.

Psalmi confessionales inventi in scrinio regis Portugaliæ, Antonii hujus nominis primi, propriâ R. manu scripti; in quibus peccator longævus divinam pro peccatis suis misericordiam implorat: *apud Fed. Morellum Typogr. reg.* (*c*) 12. Lutet. 1595.

Traité de Guil. du Vair, en trois livres, de la constance & consolation és calamitez publiques; seconde (*d*) edition reveuë & corrigée: *par Mamert Patisson imprim. du roy, chez Robert Estienne.* (*e*) 12. à Paris. 1595.

Traité de la dissolution du mariage par l'impuissance de l'homme ou de la femme; seconde edition reveuë & augmentée: *par Mam. Patisson impr. du roy, chez Rob. Estienne* (*f*) 8. à Paris. 1595.

Adr.

(*a*) De hôc Petro Morello [Moreau] lege Verdier. pag. 1015. & Croix du Maine. pag. 405.

(*b*) *Timoleonti Grangiero consiliario in senatu Parisiensi Papirius Massonus in regiâ advocatus, S.* —— *De Synesio Evagrius primo libro historiæ, cap. XV Synesius Arcadii temporibus vixit.* —— *Quàm afflictam urbem egregius ille episcopus incoluerit, ab ipso fonte hauries, & catastasin hanc nunc primùm à me, per Morellum nostrum, in lucem mitti publicè utilem gratulabere.* &c. *Interpres usus est manuscr. cod. Gr. ex bibliothecâ Jo. à S. Andreâ: quo etiam adjuti sumus in edit. Gr.*

(*c*) Ad finem libri adduntur Græca & Latina quædam Fed. Morelli in hujus regis laudem carmina. De his psalmis lege Colomes. Bibliotheq. Choisie. pag. 467. edit. 1709.

(*d*) Editio prima quando prodierit, nescio. Epistola authoris ad ducem de Monpensier secundæ huic præfixa datur 1. Jul. 1594.

(*e*) Privilegium regium conceditur 16. Jul. 1594 *à Mamert Patisson imprimeur du Roy, & à Abel l'Angel er libraire juré en l'université de Paris.* De hôc Abele lege Caille. pag. 173. Edidit Bibliothecam Francisci à cruce Cœnomanâ anno 1584. Ejus signum Typographicum fuit Abelis sacrificium, cum hôc lemmate, *Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.*

(*f*) Primam editionem disco ex Verderii

Adr. Turnebi in Phædonem Platonis præfatio, nunc primùm luce donata: *apud Fed. Morel.* 8. . . Lutet. 1595.

Playdoyer pour les laboureurs contre les gens d'armes, traduit du Grec de Tyr. Maxime: *chez le méme.* 8. . à Paris. 1595.

Genealogie de la maison de Montmorency, comprise en la representation des lettres d'office de M. le Connestable, faite au parlement le 29. Nov. 1595. *chez Mam. Patisson impr. du roy.* (a) 8. à Paris. 1595.

Christophori & Augustini Thuanorum elogia, Papirio Massono auctore: *apud Fed. Morel.* (b) 4. . . Lutet. 1595.

Pæan Henrico IIII. dicatus per Claud. Bredellum Tannaium: *apud eundem.* 8. Lutet. 1595.

Henrici Monantholii Oratio, quale esse deberet collegium professorum regiorum: *apud eundem.* 8. . . Lutet. 1595.

Adr. Turnebi Oratio habita post Jac. Tusani professoris regii mortem, cùm in ejus locum suffectus est; nunc primùm in lucem prodit: *apud eundem.* 8. . Lutet. 1595.

Magorum qui à Zoroastre prodiere, oracula; Græcè: *apud eundem.* 4. . Lutet. 1595.

De Lipsii Latinitate Palæstra prima Henr. Stephani Parisiensis; nec Lipsiomimi, nec Lipsiomomi, nec Lipsiocolacis, multóque minùs Lipsiomastigis; cum ejusd. præludio; *libertas velo sit Latinitati, Sed licentia nolo detur illi;* hìc multa non vulgaria vulgi literatorum linguis de Latinitate illâ antiquariâ tantum non digladiantibus opponuntur. 8. . Francford. 1595.

La

derii Bibliothec. pag. 891. fuisse *in* 8. *ann.* 1581. *apud Mamert. Patisson.* authorémque consiliarium quendam parliamenti Parisiensis.

(a) Bibliotheq. des Histor. de Franc. par Andr. du Chesne, pag. 224. Biblioth. Historiq. du P. le Long. num. 16667. & Tellerian. pag. 311.

(b) Bibliotheq. des Hist. de Franc. par A. du Chesne, pag. 165.

La billamano ; libro di messere Giusto de Conti, Romano senatore ; por M. Jacopo de Corbinelli ; raccolto di antiche rime diversi Toscani : *appresso Mamerto Patisson regio Stampatore*. 12. in Parigi. 1595.

Liceat hic institutum hujus Appendicis cursum tantisper interrumpere, dum à Parisiensi Typographiâ digrediar ad Lugduno-Batavam : quam à me quantumvìs festinante præteriri indictam & illaudatam non fas est ; cùm nemo nesciat ELZEVIRIANI nominis memoriam, Elzevirianarum editionum nitorem & cultum, quæque bellulis hujusmodi libellis, utì aliis plerisque rebus parvis, inesse solet, gratiam, omnibus politioris elegantiæ spectatoribus in precio, in deliciis semper fuisse.

Inter ELZEVIRIOS Typographos nullum novi priorem *Ludovico Elzevirio*, cujus prima mihi notitia in annum 1595. incidit. Prodierunt *Ennii fragmenta, conlecta, composita, commentariis inlustrata ab Paullo G. F. P. N. Merulâ; Lugduni Batavorum, ex officinâ Joannis Paetsii & Ludovici Elzevirii ; typis Joannis Balduini. M. D. XCV.* in 4. Jam antea suam Joannes Pætsius instruxerat Lugduni-Batavorum officinam, ex quâ emissi sunt in 8. *M. D. LXXXIII. Jani Dousæ Nordovicis pro Petronii Satyrico præcidaneorum libri tres.* Ludovicus Elzevirius *typis* etiam *Godefridi Basson* usus est in edendis *Philostrati Lemnii epistolis Græcè, cum Jo. Meursii de Philostratis dissertatione, M. DC. XVI.* in 4. Lucem aspexerunt *Erycii Puteani amœnitatum humanarum diatribæ XII.* in 8. *Lovanii, typis Christoph. Flavii, Francofurti, apud Lud. Elzevir. M. DC. XV,* [Hìc nescio, quid, *Francofurti*, velit. An Lud. Elzevirius Francofurti officinam habuerit ; an hic idem cum Ludovico Elzevirio Lugduno-Batavo fuerit]. Ludovicus Elzevirius (utì observat clariss. author (*a*) notar. ad Baillet. Jugem. des Sav.) non neglexit Orthographiæ discrimen inter u & i vocales, v & j consonas; in majusculis tamen U, V; I, J; non (*b*) ubique adhibuit discrimen.

Huic Ludovico proximum invenio *Isaacum Elzevirium* ; cujus *typis Constantini Porphyrogennetæ opera, Græcè & Latinè, cum notis* vulgavit *Joannes Meursius* in 8. *M. DC. XVII.* & *Variorum Divinorum librum unum, Græcè, cum notis,* in 4. *M. DC. XIX* Isaacus Typographicum insigne præfixit aquilam cum colligato sagittarum fasciculo, & lemmate, *Concordiâ res parvæ crescunt.* Postea sibi adoptavit arborem cum viro adstante, & his verbis, *Non solus*, [quod insigne & adagium invenio in Elzevirianâ Typographiâ permansisse; nescio an mul-

(*a*) Tom. 1. pag. 395

(*b*) *Ennii Fragm. in tituli paginâ* CVM, ANNALIVM, *et postea* LUGDUNI.

multùm ultra annum 1653.] *Lugduno-Batavæ Academiæ Typographus* anno *M. DC. XX.* edidit 4. *primùm Græcè Procopii Gaz. in libros Regum & Paralipom. scholia, cum Ludov. Lavateri, & Hartmanni Hambergeri Latinâ interpretatione; & notis Jo. Meursii.* Anno *M DC. XXI.* in 12. publicata est *Danielis Heinsii poëmatum editio nova, sumptibus Elzeviriorum & Joannis Mairii; typis Isaaci Elzevirii jurati Academiæ Typographi.* Joannes Mairius magnum nomen adeptus est inter Librarios Lugduno-Batavos; & à viris eruditis meritò gratiam inivit. Anno M. DC. XIX. in 12. dedit (*a*) *Martialem, cum variorum doctorum notis; ex museo Petri Scriverii.* Et anno M. DC. XX. in 8. ejusdem Scriverii *collectanea veterum tragicorum.* Et anno M. DC. XXIV. in 4. [Capelli (*b*)] *de punctorum Hebraïcorum antiquitate diatribam à Tho. Erpenio in lucem editam.* Mairius usurpavit insigne aliquando, (*c*) Plantinianum; aliquando, coloni humum ligone fodientis, cum sacro nomine יהוה & voce hâc (*d*) *Labore;* alibi, Herculis Theseïque mutuò se amplectentium, cum hôc adagio, *Concordia invicta.* Anno M. DC. XXV. in 4. *Psalterium Syriacum cum Latinâ versione* emissum est *Lugduni Batavorum ex Typographiâ Erpenianâ Linguarum Orientalium*; cujus exemplaria *prostabant apud Joannem Maire & Elzevirios.* Typographiæ Erpenianæ insigne erat Palma arbor, cum hâc gnomâ *Assurgo pressa.* Typos tamen Orientalium Linguarum neque Joannis Mairii nec Elzeviriorum prælo defuisse libri (*e*) complures satis testantur.

Tran-

(*a*) Hanc editionem Fabric. in Biblioth. Lat. lib. 2. cap. 20. notat esse *insignem, neque ubivis obviam*; Ger. Voss. alicubi (si bene memini) vocat *castigatissimam.* Licèt, quæ in hâc contenta sunt, pagina 16. initio enumeret, id tamen moneo lectorem, quòd ad calcem insuper adjiciantur Lipsii, Rutgersii, & Pontani notæ, seorsum cum novo titulo excusæ.

(*b*) Hanc diatribam à Capello, suo nomine præterito, scriptam fuisse docet Ger. Jo. Vossius Lib. 1. Art. Gramm. cap. 31.

(*c*) Utì in edition. Martial. & tum forsan Raphelengianis typis utebatur. Vide priùs, ubi facta est Fr. Raphelengii mentio.

(*d*) Utì in collect. Tragic.

(*e*) Utì in Capell. diatrib.

(*f*) *Th. Erpenii Grammatica Arabica; Lugd. Bat. Typis & impensis Maire,* 1656. in 4. Huic præmittitur pictura; in quâ spectantur icones emblematicæ, coloni fodientis, spei hinc anchorâ innixæ, illinc abuntiæ spicas & cornu copiæ tenentis; angelorum duorum, alterius ramum gerentis, alterius corollam, devolantium; in medio desuper vox יהוה irradiata, cum his verbis, *FAC & SPERA.* Ludovicus de Dieu edidit in 4. anno M DC. XXVII. *Apocalypsin charactere Syro & Ebræo cum versione Latinâ & notis, ex Typographiâ Elzevirianâ.* [ubi retinetur insigne Erpenianum.] & anno M. DC. XXVIII. *Grammaticam Hebr. Chald. Syr. ex officinâ Elzevirianâ.* & anno M. DC. XXXI. *animadversiones in quatuor Evangelia, ex officinâ Bon. & Abr. Elzev. Academ. Typograph.* & M. DC. XXXIV. *in Acta*, & M. DC. XLVI. *in Epistolas*, & M. DC. XLVIII. *in omnes Vet. Testam. libros; ex officinâ eâdem.* In his frequens usus est characterum Syrorum & Arabicorum. Ex eorundem officinâ publicum aspexerunt ann. M. DC. XXVIII. in 8. *Tho Erpenii rudimenta Linguæ Arabicæ;* & M. DC. LIII. in fol. *Jacobi Golii* Lexicon Arabico-Latinum; cujus exemplaria *prostant Roterodami, apud Arnoldum Laers.*

Tranſeo jam ab Iſaaco ad *Abrahamum Elzevirium* : apud quem anno M. DC. XXI. in 12. edita ſunt *Buchanani poëmata omnia.* Hos ſocios forſan fuiſſe puto in edendis Heinſii poëmatibus (de quibus paulò antè) necnon quibusdam aliis ; utì fortè in *Græcâ Novi Teſtamenti editione ex regiis aliisque optimis editionibus cum curâ expreſſâ* ; *ex officinâ Elzevirianâ. M. DC. XXIV.* in 16.

Poſtea Bonaventura & Abrahamus Elzevirii ſociatis ſumptibus officinæ Elzevirianæ curam ſuſceperunt ; eorúmque typis libri quam plurimi ab anno (*a*) 1626. ad annum (*b*) 1653. impreſſi prodierunt. Inter multos alios, quos hìc enumerare eſſet ſupervacaneum, excuderunt in parvâ voluminis (12 vel 18.) formâ Latinos pleroſque authores, & omnes penè rerum publicarum ſcriptores : quos cùm nemo ferè librariæ ſupellectilis amator ſibi coëmere in primis non ſtudeat, illorum horúmque (quoad ſcio) catalogum hìc exhibere non gravabor.

Authorum Latinorum ex officinâ Elzevirianâ, ſeu (*c*) Bonaventuræ & Abrahami Elzeviriorum typis editorum Catalogus.

HOratius, à Dan. Heinſio ex emendatiſſimis editionibus expreſſus ; cum ejuſdem de Satyrâ Horatianâ libris duobus, & notis. 2 vol.	[1628.]	1629.
Ovidius, à Dan. Heinſ. recenſitus ; cum brevibus not. ex collatione codd. Scaligeri & Palatinis Jani Gruteri. 3 vol.		1629.
Q. Curtius ; cum aliquot Jani Rutgerſii, & Joſ. Scaligeri, emendationibus. (*d*)		1633.

T.

(*a*) *Homeri Iliad. A. E. I. Græcè, in uſum ſcholarum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ. ex officinâ Bonaventuræ & Abrahami Elzevir. Academ. Typograph. M. DC. XXVI.* in 8. [Iidem libri poſtea, cum indice Alphabetico & exegetico omnium ferè vocum, recuſi ſunt ibidem, 1642. in 8.] Anno eodem 1626. ex eorundem officinâ in 8. prodierunt, *Horatii Odæ quædam, Satyræ & Epiſtolæ ſelectæ, & liber de arte poeticâ* (nitidiſſimo charactere Italico) *in uſum ſcholarum* : & in earundem etiam uſum *Ciceronis Orationum ſelectarum liber.*

(*b*) *Jac. Golii Lexic. Arabico-Lat. typis Bonaventuræ & Abrahami Elzeviriorum. M. DC. LIII* in fol. Ultra hunc annum nil mihi occurrit apud hos Elzevirios impreſſum. Præterea prodiit *Catalogus variorum & inſignium in quâvis facultate, materiâ & linguâ librorum Bonaventuræ & Abrahami Elzevir. Quorum auctio habebitur Lugduni Batavorum in officinâ defunctorum; ad diem* 16. *Aprilis ſtilo novo,* 1653. *Lugd. Batavorum, ex Typographiâ Elzevirianâ. M. DC. LIII.* in 4.

(*c*) Bonaventura & Abrahamus Elzevirii nonnullas harum editionum viris præclaris dedicaverunt ; (*d*) Conſtantino Hugenio equiti ;

T. Livius; ex recensione Heinsianâ. 3 vol. 1634.

Corn. Tacitus; ex J. Lipsii editione. (a) 1634.

Sallustius; cum ejus & veterum historicorum fragmentis, ac Sallustianarum locutionum florilegio. (b) . . 1634.

C. Jul. Cæsaris quæ extant, ex emendatione Jos. Scaligeri; cum fragmentis, & Aldi Manutii de Galliæ divisione commentario, & geographico Abr. Ortelii nomenclatore. (c) 1635.

C. Plinii Naturalis Historia; Joanne de Laet textum recognoscente, & varias lectiones colligente. 3 vol. . , 1635.

Terentius; ex recensione Heinsianâ. 1635.

Sulpitius Severus, ex optimis editionibus recognitus; cum V. Giselini Chronologiâ. (d) 1635.

Virgilius, Dan. Heinsio recensente nunc emendatior; cum animadversionum libello è doctorum virorum observationibus. . 1636.

Florus, cum chronologicis excerptionibus, variisque lectionibus; & Lucio Ampelio, nunquam antehac edito, ex bibliothecâ Cl Salmasii. (e) . . 1638.

Vell. Paterculus; cum notis Gerardi Vossii G. F. . . 1639.

L. Ann. Senecæ philosophi opera, ex ult. J. Lipsii emendatione; & M. Ann. Senecæ Rhetoris, quæ extant, ex Andr. Schotti recensione. (f) . . 1640.

[Philosophi operum tomus primus, 1640. secundus, 1639. Rhetoris Opera, 1639. Joh. Fred.

(a) Danieli Heinsio equiti; (b) Marco Zuerio Boxhornio, qui in Sallustio edendo operam illis navaverat; (c) Jacobo Skytte, Baroni Duderhovæ; (d) Abrahamo Heydano; (e) Guilielmo Boswel, equiti aurato, pro rege Britann. apud Belg. ordin. residenti; (f) Petro Seguiero, Franciæ cancellario, cui, *Existimavimus*, aiunt, *non fore tibi ingratum, si nova & commoda hujus editionis munusculum tibi nomine nostro, ab Elzeviris nostro, qui jam biennium apud vos degit,* de-

Fred. Gronovii in utrumque notæ, 1649.]

Plinii Epiſtolæ, & Panegyricus; cum variantibus lectionibus. (g) . 1640.

Juſtinus ex Trog. Pomp. cum notis Iſaaci Voſſii. . . 1640.

Ciceronis Opera, cum optimis exemplaribus accuratè collata. 10 vol. (h) . 1642.

Conciones & Orationes ex hiſtoricis Latinis excerptæ. . . 1649.

Claudianus, à Nic. Heinſio Dan. F. recenſitus; cum ejus notis. (i) . 1650.

Authores rei venaticæ antiqui; cum Jani Vlitii commentariis, variis lectionibus, & ſecundis (quæ ad calcem, ſub ſignaturis Y & Z, adjiciuntur) curis. (k) . 1653.

Eâdem characterum formâ, eodem voluminis modulo, apud eoſdem prodierunt, anno 1630. Barclaii Argenis, & ann. 1637. Euphormio; & ann. 1643. Eraſmi colloquia, quæ Hieronymo de Backere inſcripſerunt.

Scriptorum, qui de Rebuspublicis egerunt, Bon. & Abraham. Elzevir. typis editorum Catalogus.

Reſpublica Venetorum, per Caſparem Contarenum; cum ſynopſi Venetæ reipublicæ, & aliis de eâdem diſcurſibus politicis. 1626.

Poloniæ, Lithuaniæ, Pruſſiæ, Livoniæ &c. per diverſos authores. 1627.

Scotiæ & Hiberniæ; per diverſos authores. . . 1627.

Res-

demiſſiſſimè offerretur &c; (g) Joanni de Laet; (h) Guilielmo Borelio, equiti, Duinbequii domino. (i) Nicolaus Heinſius lectori enumerat magnam codicum manuſcriptorum & impreſſorum, quibus in emendando Claudiano uſus eſt, copiam. *Duos* è manuſcriptis *ſubminiſtravit Typographorum decus Balthaſar Moretus.* (k) Vlitius in prolegomen. pag. 85. 86. 87. & pag. 428. indicat, quæ editiones in his authoribus edendis ipſi ſubſidio fuerint.

Respublica Helvetiorum; ex variis authoribus. 1627.

Venetorum, per Casp. Contar. &c. Editio secunda auctior. 1628.

Daniæ & Norwegiæ, insularúmque adjacentium; Holsatiæ, ducatûs Slesvicensis, & finitimarum provinciarum; per diversos. 1629.

Galliæ; per Joannem de Laet, ex variis scriptoribus. 1629.

Hispaniæ; per eundem. 1629.

Romanorum; per varios. 1629.

Anglorum; per Thomam Smithum Anglum. 1630.

Belgii Confœderati; Anonymo authore. 1630.

Russiæ seu Moscoviæ, itémque Tartariæ; è probatis authoribus. 1630.

Italiæ principatuum; per varios; Editio secunda priore longè auctior. 1631.

Venetorum; per Donatum Jannotium Florentinum; cum Nicolai Crassi notis in Jannotium & Contarenum. 1631.

Indiæ veræ, seu imperii Magni Mogolis; per Joan. de Laet, ex var. auth. 1631.

Constantinopoleos Topographia; per Petrum Gyllium. 1632.

Græcorum; per Ubbonem Emmium; in partibus duabus. 1632.

Bospori Thracii; per Pet. Gyllium; edente Antonio (cui Petrus erat patruus) Gyllio. 1632.

Africæ; per Joannem Leonem Africanum. 1632.

Res-

Respublica Sueciæ; per Andr. Bureum Suecum; edente Henrico Sotero. . 1633.

Vallesiæ & Alpium; per Josiam Simlerum. . . 1633.

Rhetiæ; per Fortunatum Sprecherum à Berneck. . 1633.

Persiæ; per Joan. de Laet, ex variis authoribus. . . 1633.

Imperii Romano-Germanici; ex diversis tractatibus: Hanc editionem Carolo Ludovico Electori Duci Bavariæ dicaverunt B. & A. Elzevirii. . . 1634.

Sabaudiæ; per Lambertum Vander-Burchium. . . 1634.

Turcici imperii, & regni Algeriani atque Tunetani, ex commentationibus variorum: in hâc secundâ editione se multos locos correxisse scribunt Typographi in suâ ad lectorem præfatione. . 1634.

Hungariæ; anonymo authore. 1634.

Bohemiæ; per M. Paulum Stranskium. . . 1634.

Regni Chinensis; ex variis authoribus, Petro potissimùm Trigautio; cum B. & A. Elzeviriorum nuncupatoriâ ad Adrianum Pauw epistolâ; & præfatione ad lectorem, in quâ se aiunt *regnorum & rerumpublicarum descriptionibus, quas magnâ curâ ad lectoris utilitatem simul & voluptatem antehac adornari curaverant, jam dudum optavisse etiam Asiaticorum & cæterorum alicujus famæ regnorum descriptiones addere; verùm, cùm eas nondum satìs accuratè elucubratas nacti essent, satiùs duxisse aliquandiu morari* &c. *interea non penitus cessandum ratos, Sinensis regni descriptionem hìc exhibere.* &c. 1639.

Portugalliæ; ex variis authoribus. . 1641.

His

His regnorum rerúmque publicarum editionibus Bonaventura & Abrahamus Elzevirii Academiæ Leydensis Typographi à præpotentibus DD. ordinum fœderatarnm Belgii provinciarum, anno M.DC.XXVI. XV. Maji, obtinuerunt generale privilegium; quod suarum editionum plerisque affixerunt. His tractatibus adnumerari possunt alii etiam huc pertinentes ab eisdem eâdem quoque voluminis formâ editi: quales sunt;

Philippi Cluverii in Geographiam Introductio. . . 1629.

Joan. Sleidani de quatuor summis imperiis libri tres; postremâ editione hâc accuratè recogniti. . . 1631.

Itinerarium Benjaminis, Latinè redditum operâ Const. l'Empereur. . 1633.

Hug. Grotii Mare liberum; & P. Merul. de maribus; & Boxhorn. pro navigation. Hollandorum &c. . . 1633.

Gotfr. Hegenitii itinerarium Frisio-Hollandicum; & Abr. Ortelii itinerarium Gallo-Brabanticum. . . 1630.

Abrah. Golnitzii Dantisc. itinerarium Belgico-Gallicum. . . 1631.

Status particularis Regiminis Ferdinandi secundi. . . 1637.

In hujus ultimi libelli titulo nulla fit, utì in aliis, mentio officinæ Elzevirianæ: ex quâ tamen non dubium est quin prodierit; nam Typographi in suâ ad lectorem allocutione dicunt se *accuratissimis omnium rerumpublicarum, quantum fieri posset, descriptionibus animum ante complures annos addixisse: nullique rei unquam, quò à viris undequaque doctissimis, rerúmque omnifariarum peritissimis, haberent, quod lucem mereretur, pepercisse.*

Post hos Bonaventuram & Abrahamum Elzevirios venit memorandus *Ludovicus* (alius & diversus ab illo, qui anno 1595. cœpit innotescere; de quo suprà) *Elzevirius*; apud quem prodiit, Amstelodami, in 12.

Descriptio regni Japoniæ, cum quibusdam affinis materiæ, ex variis authoribus collecta, & in ordinem redacta, per Bernhardum Varenium Med. D. . . 1649.

Is

Is Ludovicus deinde vel (a) solus, vel cum (b) Daniele Typographiam exercuit. Hi sibi insigne Typographicum adoptaverunt arborem, cum Minervâ & ipsius noctuâ adstantibus, addito hôc proverbio, *Ne extra oleas.* Horum nomine prodiit, Amstelædami, in 12.

Philippi Cæsii à Zesen Leo Belgicus. . . 1660.

Præter supra dictos de rebus publicis tractatus, alii sunt recensendi, ab aliis Typographis, eâdem autem formâ, editi;
Ex officinâ Joannis Maire; Lugduni Batavorum;

Respublica Moscoviæ & urbes; ex diversis authoribus. . . 1630.

Respublica Hollandiæ & urbes; ex Hug. Grotio, P. Merulâ, & aliis. . 1630.

Joh. Angelii Verdenhagen JC C. de rebuspublicis Hanseaticis tractatus; in quatuor partibus. . . 1631.

Gul. Postelli de Republicâ Atheniensium liber. . . 1635.

Bonaventura Cornelius Bertramus de republicâ Ebræorum recensitus, commentarióque illustratus, operâ Constant. L'Empereur ab Oppijck. . . 1651.

Com-

(a) *Plauti comœdia. Amstelodami, typis Ludovici Elzevirii*, 1652. *sumptibus societatis.* in 12. *Homeri opera, Gr. Latin. cum scholiis Didymi, accurante Corn. Screvelio. Amstelodami. ex officinâ Ludovici Elzevirii.* 1656. in 4.

(b) *Ger. Jo. Voss. Etymologic. Ling. Latin. Amstelodami. apud Ludovicum & Danielem Elzevirios.* 1662. in fol. Daniel Elzevirius solus multos excudit libros, plerosque ex Nic. Heinsii recensione uti *Aurel. Prudentii opera ex vetustissimis exemplaribus à Nic. Heinsio recensita, cum ejus animadversionibus; Amstelodami, apud Danielem Elzevirium*, 1667. in 12. Daniel (Vide Baillet Jug. des Sav. Tom. 1. pag. 395.) obiit anno circiter 1680. vel 1681 ultimus Elzeviriorum, qui Typographiæ operam dederunt. Prodiit *Catalogus librorum, qui in bibliopolio Danielis Elzevirii venales extant. Amstelodami, ex officinâ Elzevirianâ. M. DC. LXXIV.* in 12. Distribuitur in classes, ex linguis antiquis; Theologicorum, Juridicorum, Medicorum, Miscellaneorum; postea ex linguis recentioribus; Gallorum in Theologiâ, Jure, Medicinâ, & Humanitate; denique Italorum, Hispanorum, Anglorum, Batavorum. Singulæ classes Alphabetico authorum ordine procedunt. Prodiit anno 1654. in 12. *Lud. Molinæi morum exemplar seu characteres; Lugd. Batavorum, apud J. & D. Elsvirios Acad. Typograp.* Ubi alium deprehendo Elzevirium (J. scil. *Joannem*) qui Danielis fuit socius & affinis; nisi me fallit conjectura.

Compendium historiæ Batavicæ, à Jul. Cæsare usque ad hæc tempora; authore Antonio Thysio J. C. & professore in Academiâ Leidensi. . . 1652.

Apud *Joannem* (*a*) *Janssonium*; Amstelodami;

Respublica Namurcensis, Hannoniæ, & Lutsenburgensis; authoribus I. B. Gramaye Andoverpiensi, Lud. Guicciardino, & Joan Bertelio. 1634.

Apud Joannem Janssonium à Waesberge, & Elizeum (*b*) Weyerstraet; Amstelodami; Petri Cunæi de republicâ Hebræorum libri III. Editio novissima. . 1666.

Apud *Isaacum* (*c*) *Commelinum*; Leidæ;

De Leodiensi republicâ authores præcipui; à Boxhornio editi. . 1633.

Apud *Guilielmum* & *Joannem* (*d*) *Blaeu*; Amsterdami;

Arabum vicinarúmque gentium Orientalium urbes & mores; à Gabr. Sionitâ ac Joanne Hesronitâ, Maronitis è Libano. . 1635.

Pe-

(*a*) Idem est (*ut puto*) qui mox vocatur *Joannes Blaeu*.

(*b*) Is Elizeus obiit ante ann. 1669. Nam prodiit *Apollodori Bibliotheca Græc. Lat. Amstelodami, apud Joannem Janssonium à Waesberge & Viduam Elizei Weyerstraet. M. DC. LXIX.* in 8.

(*c*) Fuit forsan Hieronymi Commelini filius.

(*d*) Ger. Jo. Voss. de Philolog. pag. 64. & de Scient. Mathemat. pag. 199. 200. 201. & 263. *Anno M. DC. XXVIII. nomen suum latè diffundebat Guilielmus Jansonius Cæsius sive Blaeu, civis Amstelodamensis, magni Tychonis Brahei discipulus, præclarè de rep. ac literis meritus; partim in re Geographicâ, partim in Astrologicâ. Nam ingenio & judicio maximus, sphæris globisque cœlestibus construendis priorum omnium industriam longè vicit. Obiit anno M. DC. XXXVIII. XII. Kalend. Nov. annos natus LXVII. Reliquit dignum se filium Joannem Blaeu, jurisconsultum quidem, paternis interim insistentem vestigiis; nec Typographicâ modò arte, sed expoliendâ etiam geographiâ tum veteri, tum novâ, præclarè admodum de studiis merentem. Guilielmus pater a filio Joanne magnopere fuit adjutus, Geographicum edendo Atlantem duobus ingentibus voluminibus, Linguâ Latinâ, Germanicâ, Belgicâ, & Gallicâ. Patre defuncto, idem Joannes, cum juniore fratre Cornelio, viro magnis virtutibus, tertium hujusce Atlantis volumen emisit. Cornelio præmaturè mortuo, quartum etiam publici juris Joannes fecit. Ac nunc* [1660. quo anno hæc scribebat Vossius] *in quinto sextóque desudat.* Hactenus Vossius.

Non

Petri Heindreich Massilia: *apud Josiam Stadelium*.	Argentor.	1658.
Th. Campanellæ de monarchiâ Hispanicâ discursus.	Amstel.	1640.
Erycii Puteani historiæ barbaricæ libri sex: *typis Joannis Cnobbari*. (*a*)	Antverp.	1634.

Pe-

Non possum silere editionem Novi Testamenti Græcam in 24. *apud Guil. Blaeu*, *M. DC. XXXIII.* [*minutissimo, sed elegantissimo charactere, non tamen absque mendis*; ut observat Jac. le Long, in Biblioth. Sacr. tom. I. pag. 491.] Joannes filius se vocabat aliquando *Joannem Janssonium*, utì in editione *Palingenii in* 12: 1628. & *Theoph. Golii grammatic. Gr. M. DC. LXI.* in 8. aliquando *Joannem Blaeu*, utì *Fr. Jun. de pictur. Vit. M. DC. XXXVII.* in 4. *Ger. Jo. Voss. de quat. artib. popular. M. DC. LX.* in 4. & *ejusd. Voss. de poet. Gr. & Latin. M. DC. LXII.* in 4. Guilielmi & Joannis Blaeuviorum insigne Typographicum fuit Globus sive Sphæra, aliquando sola; aliquando cum Archimede aut viro hinc speculante, colono illinc fodiente, angelo desuper duas tubas inflante; addito hôc lemmate, *Vivitur ingenio*; utì *Drus. comment. in Ruth*, *M. DC. XXXII.* in 4. aliquando cum figuris Temporis hinc falciferi, illinc Herculis clavigeri adstantium, adjectâ hâc gnomâ, *Indefessus agendo*; utì in *Jun. de pictur. Vet.* 1637. Aliquando (si modò duos ejusdem nominis non confundam) se Joannes scripsit *Joannem Janssonium à Waesberge*, & cum *Elizæo Weyerstraet* societatem iniit; utì *Joan. Vorst. de Hebraism. Nov. Testam. M. DC. LXV.* in 4. aut cum *Viduâ* illius *Elizæi*; utì *Apollodor. Biblioth. Gr. Lat. M. DC. LXIX.* in 8. & eodem anno in 12. *Reiner. Neuhus. poëmat. juvenil.* At affixit insigne sphæræ editionib. Apollod. & Neuhus. Sed in Vorst. aliud insigne (quod fortè erat Elizei Weyerstraet) apposuit; nempe arborem florentem & fructibus onustam, cum hôc adagio, *Et flore & fructu.* De Joanne Janssonio lege epistolam Antonii Borremansii ad Theodorum Janssonium ab Almeloveen, cujus avus erat Joannes ille Janssonius (Vide pag. 128. 129. Differtat. Almeloveen. de Vit. Steph.) In illâ epistolâ Borremansius Janssonios & Waesbergios distinguit; unde dubito adhuc an Joannes Janssonius, & Joannes Janssonius à Waesberge fuerint iidem, aut duo potiùs cognomines & aliquo fortè modo affines. Vidi *Librum Jezirah interprete Joan. Stephano Rittangelio*; in 4. *Amstelodami*, *apud Joannem & Jodocum Janssonios. M. DC. XLII.* cum insigni globi, & lemmate *Vivitur ingenio.* Nescio an Joannes & Jodocus fratres fuerint. Adrianus Baillet (Jug. des Sav. tom. I. pag. 393. 394.) hujus Jodoci mentionem facit. Ad quem locum Author notarum hanc adjicit censuram: *Ce Josse Jansson n'est autre que Jean Blaeu, qui dans l'edition, qu'il a donnée des œuvres de Janus Nicius Erythræus, & de quelques unes de celles de Leo Allatius, a mis Cologne à la place d'Amsterdam, & s'est caché sous le nom de Jodocus Kalcovius.* Viro tamen sagacissimo assentire nequaquam possum, cùm Joannes & Jodocus tam planè in libro Jezirah modò citato distinguantur. Vidi porrò duas editiones anno M. DC. XLVI. Coloniæ in 12. emissas; alteram *S. Augustin. Confession. apud Jodocum Kalcovium & socios* alteram, *Jacob. Balde è Soc. Jes. Sylvar. apud Jodocum Kalcovium:* In facultate huic præfixâ, *Judocus Kalcovius* dicitur *Civis ac Bibliopola Coloniensis.*

(*a*) Is obiit ante annum M. DC. LI. quo prodiit *Anacreon Græcè*, *eodem Latinorum versuum genere ab Hadriano Foppens expressus*; *Antverpiæ*, *apud viduam J. Cnobbari.* in 12.

Petri Baptistæ Burgi Genuensis de bello Suecico commentarii; editio ultima castigatior: *apud Henricum Edelmannum*.	Leod.	1639.
Anonymi Lusitania vindicata; Editio prima furtim & inscio authore, hæc gnaro eo & approbante.	*Sine nomine Typographi, Loci, & anni.*	

Finitâ jam, quàm potui breviter, hâc de Batavis illis Typographis adeò celebribus, ut nemo eos præterire, non-salutatos, aut leviter tantùm nominatos, voluerit, digressione; in viam redeo: meæque Appendicis incœptæ filum interjectâ eâ dissertatiunculâ abrumptum resumo.

PIcherellus in Matthæi cap. 26. Cœnantibus &c. *apud Patisson*. (*a*) 8.	Paris.	1596.
Discours de l'Arbre de Science traduit par Federic Morel sur l'original Grec de St. Jean Bouche d'Or: *chez Fed. Morel*. 8.	à Paris.	1596.
Playdoyer pour les gens d'armes contre les laboureurs, traduit du Grec de Tyrius Maxim. par Fed. Morel, & par luy dedié au Prevost des marchans & Eschevins de Paris: *chez le méme*. 8.	à Paris.	1596.
Traité de Loys le Roy sur les troubles & differents pour la religion: *chez le méme Morel*. 8.	à Paris.	1596.
Edict du roy sur les articles accordez au duc de Mayenne pour la paix en ce royaume: *par Mamert Patisson imprimeur ordinaire du roy* 8.	à Paris.	1596.
Statii Papinii Genethliacon Lucani, ex libro 2. Sylvarum: *apud Fed. Morellum architypogr. reg.* 4.	Lutet.	1596.
Ejusd. Lyrici versus è libro 4 Sylvarum: *apud eundem*. 4.	Lutet.	1596.
Pædagogii defensio adversùs injecta in præceptorum ordinem convitia; auctore Francisco Guerino Abrincensi Hylariano in academiâ Parisiensi apud Lexoveos præceptore classico: *à*		

Ty-

(*a*) Bibliothec. Thuan. part. 1. pag. 20.

Typographiâ Stephani Prevosteau. 8. Paris. 1596.

Historia Strenarum, orationibus adversariis explicata & carmine; item prosopopoeïa sive ἔμψυχοι λόγοι Martis, Justitiæ, Pacis Minervæ & Franciæ, metricè; per Theodorum Marcilium: *è Typograph. St. Prevosteau.* 8. Paris. 1596.

Petri Victoris Caietani Palmæ Paradigmata de quatuor linguis Orientalibus præcipuis, Arabicâ, Armenâ, Syrâ, Æthiopicâ: *è Typograph. St. Prevosteau.* 4. Paris. 1596.

Gregorii Nazianz. Ode jambica de se ipso, Græcè; hactenus in plerisque editionibus inchoata tantùm, nunc absoluta & integra: *apud Fed. Morellum architypogr. reg.* 8. Lutet. 1597.

S. Basilii Seleuciæ episcopi, de Pastore bono, concio; nunc primùm Latinitate donata, & notis, conject. atque emendat. Gr. edit. illustrata à Fed. Morello prof. reg. *apud eundem.* 8. Lutet. 1597.

Joan. Geometræ Paradisus; opus Latinis versibus nunc primùm editum, interprete Fed. Morello: *apud eundem.* 8. Lutet. 1597.

Hieroclis philosophi Alexand. de providentiâ & fato, déque liberi arbitrii cum divinâ gubernatione convenientiâ, COMMENTARIUS, in COMPENDIUM redactus, & nunc primùm Græcè & Latinè editus; ex fide Græci codicis vetusti, è bibliothecæ Medicææ penu eruti; interprete Fed. Morello: *apud eundem.* (a) 8. Lutet. 1597.

Replique de Jaq. Davy du Perron evesque d'Evreux à la remonstrance de quelques ministres, sur un certain escript touchant leur vocation, nouvellement addressé à eux par un des

leurs.

(a) In aversâ tituli paginâ legitur Fed. Morelli ad Jacobum Davy episcopum Ebroicensem epistolium; cujus in nonnullis exemplaribus omissi loco reponitur Scutum Franciæ cum his vocibus PIETATE ET JUSTITIA; de quo insigni lege Histor. Typographor. aliq. Parisiens. pag. 118.

leurs revenant à l'Egliſe Catholique : *chez Mamert Patiſſon impr du roy*. 8. . — à Paris. — 1597.

Severini Pinæi Carnutenſis Pariſiis in Chirurgiâ mag. I. opuſculum phyſiologum & Anatomicum, in duos libellos diſtinctum : *è Typogr. Stephani Prevoſteau*. 8. . — Paris. — 1597.

La Theologie naturelle de Dom Raymon Sebon, traduite par Jean Martin, de nouveau reveuë & conferée au Latin, & corrigée en pluſieurs lieux : *par Fed. Morel imprimeur ordinaire du roy*. 8. . . — à Paris. — 1597.

Zoroaſtris, ſeu Magorum qui à Zoroaſtre prodierunt, oracula, Latinis verſibus heroicis expreſſa, & notis atque conjectaneis aliquot illuſtrata per Fed. Morellum prof. & interpr. regium : *apud eundem*. 4. . . — Lutet. — 1597.

Oeuvres Morales de Plutarque : *chez le méme*. fol. . . — à Paris. — 1597.

Hiſtoire de Paul Æmyle, miſe en Francois par Jean Regnart Angevin, en ſon vivant Seigneur de la Mictiere : *chez le méme*. fol. — à Paris. — 1597.

Libanii [Anonymi] declamatio in uxoris loquacitatem, Græcè, & Latinè, Fed. Morello interprete : *apud eundem*. 8. . — Lutet. — 1597.

Gregorii Cyprii patriarchæ Conſtantinopol. Maris ſive univerſæ aquarum naturæ laudatio, Græcè, & ſeorſim Latinè, Fed. Morello interprete : *apud eundem*. (a) 8. . — Lutet. — 1597.

Senecæ ἀποκολοκύντωσις : *apud eundem* 8. — Lutet. — 1597.

Petri Pithoëi J. C. elogium, Papirio Maſſono auctore : *apud Mamert. Patiſſon. Typogr. reg. ex officin. Rob. Steph.* (b) 4. . — Lutet. — 1597.

Joan.

(a) Hunc libellum habemus Græcè primùm editum in 8: *Lugduni Batavorum, apud Fr. Raphelengium, M. D. XCI.* cum *Ariſtotel. de mund. Gr. Lat. & Pauli Silentiarii jambicis*; Bonavent. Vulcanio edente, & ſcholiis *illuſtrante*. Lege Hiſtor. Stephanor. pag. 452.

(b) Pet. Pithoëus *vixit annos LVII. obiit natali ſuo Kal. Novemb. M. D. XCVI.*

Joan. Pafferatii eloquentiæ profefforis & interpretis regii, de cæcitate Oratio : *apud eundem*. 8.	Lutet.	1597.
Ejufd. Kalendæ Januariæ : *apud eundem*. 4.	Lutet.	1597.
Le premier livre des poëmes de Jean Pafferat : *chez le même*. 4.	à Paris.	1597.
Abelii Sammarthani Scævolæ fil. poëmata : *apud eundem*. 8.	Lutet.	1597.
Les Mimes, enfeignemens & proverbes de Jan Antoine de Baif, en quatre livres, reveus & augmentez en cefte derniere edition : *chez le même*. 12.	à Paris.	1597.
Georgii Crittonii profefforis regii de fortibus Homericis Oratio : *è Typographiâ Steph. Prevofteau*. 8.	Paris.	1597.
Cauffæ Crittoniæ conjectio, in fenatu habita Idib. Septemb. ann. M. D. XCVII : *è Typographiâ Steph. Prevofteau, in collegio trium epifcoporum*. (*a*) 8.	Paris.	1597.
Theod. Bezæ Poëmata varia ; viz. Sylvæ, Elegiæ, Epigrammata, Icones (*b*), Emblemata, Cato cenforius Chriftianus ; [Abrahamus Sacrificans, Appendix ad poemata ; quorum duorum nulla mentio in titulo] omnia ab ipfo authore in unum nunc corpus collecta & recognita : [*cum infigni tantùm Stephanico*]. 4.	......	1597.

J.

(*a*) Georgius Crittonius fe defendit adversùs Fr. Parentium, qui *querebatur fe profeffionis regiæ cathedrâ per illius circuitiones fraudatum fuiffe*.

(*b*) In quibufdam exemplaribus pag. 223. hunc vidi titulum, *Th. Bezæ Emblemata. Apud Jacobum Stoer*. 1598. Et in libri initio, poft hæc verba, *Cato Cenforius*, fubjungebantur hæc, *Abrahamus Sacrificans*, in fruftulo chartæ agglutinato; vidi etiam exemplaria, in quibus addebantur hæc; *GENEVÆ, Apud Gabrielem Cartier*; quæ de novo impreffa potiùs videbantur & fuperinducta, quàm antea cum reliquis excufa. Pag. 368. fubnectitur *Admonitio de hôc opere & de hâc Appendice. Hæc tota editio primùm cœpta, & maximâ ex parte fuit abfoluta à Stephano. Deinde verò quum præter expectationem nacti tandem effemus figuras emblematum, & Johannes Jacomotus Barrenfis interea temporis vertiffet Abrahamum facrificantem, auctum non parum fuit opus, & ad finem poftea perductum à Jacobo Stoero. Ad Appendicem verò quod fpectat, addita funt, quæ fuperiùs fuerant prætermiffa, nec citiùs*

ab

ab amicis, apud quos latebant, haberi poterant: atque hinc aliquando in suum qualibet locum, si reiteranda esset editio, erunt transponenda. &c. *Cæterùm monentur hìc Typographi, ne sinè voluntate familiæ Zastriselliorum hoc opus recudant, vel ad minimum Johannem Paludium Philophilum, qui hujus rei curam in se suscepit, priùs consulent.* &c. Hôc eodem anno M. D. XCVII. iisdem characteribus excusam vidi in 4. Jacobi Lectii poëticam paraphrasin ad Jonam vatem Georgio Sigismundo Prakschicky, à Zastrisell, ab authore dedicatam. Typographi aut loci nomen non indicatur, sed initio præfigitur (utì in libro præcedente, scil. Th Bezæ poëmat.) Stephanicum insigne & lemma; putóque Henr. Stephani (paulò ante ejus mortem) aut Jac. Stoëri curâ prodiisse. Hic annus fuit ultimus Henrico Stephano: cujus mentionem quæ facit, epistolam Jac. Aug. Thuani ad Janum Gruterum missam, hìc integram lubet subjungere. Hanc manu-scriptam, in Ciceronis editione, *studio Joan. Gulielmii & Jani Gruteri. Hamburgi, ex bibliopolio Frobeniano.* 1618. *fol.* mecum aliquando communicavit Vir Clariss. Ric. Mead, M. D. & S. R. S.

Jac. August. Thuanus Jano Grutero V. C. Sal. D.

Gratissima mihi fuerunt, mi Grutere, literæ tuæ, quas nudius tertius accepi, fidémque fecerunt me, qui te, ut debeo, non amo vulgariter, vicissim à te redamari, cùm me in locum μακαρίτου *Bongars. substituis. At qualis viri! cui certè Francia nostra, seu mores seu raram eruditionem spectes, paucos olim superiores, hodie parem vix habet quempiam: tantum abest, ut me dignum existimem, qui cum eo conferri possim. Dabo tamen operam, ut potiùs ingenium & industriam, quàm animum & diligentiam porrò in me desideres. De privilegio quod petis, curabo. Sed quod extremis tuis addis, valde me commovit, & ut in publico mœrore non levi me affecit lætitiâ, cùm audio Ciceronem olim à Jano Guilielmio amico meo singulari, & quicum arcta ante XXVIII. annos mihi Lutetiæ necessitudo intercessit, summâ curâ ac studio recognitum in manus tuas deventurum, aut, quod voveo, jam pervenisse. Memini, cùm ille lucubrationes suas mecum communicaret, & nondum sibi plenè in philosophicis satisfactum diceret, Henricum Stephanum, qui tunc in urbe erat, aliquoties intervenisse: & cùm summopere à Guilielmio contenderet, ut editionem ab ipso adornatam sibi committeret, cùm se excusaret Gulielmius, Stephanum ei alterius editionis à se inchoatæ specimen exhibuisse, in quâ pleni margines annotationum, ut hodie ferè fit, erant: Guilielmium verò, qui adhuc hærebat, in arcano mihi dixisse, ante omnia velle se, ut, qui opus, in quo tantopere desudaverat, edendum susciperet, puros margines, sicuti in Rob. & Car. Stephanorum editionibus nunquam satìs laudatis factum erat, relinqueret, neque de suo quicquam in iis admisceret; siquid haberet, id ad calcem seorsim rejiceretur. Cùm igitur ex specimine jam exhibito H. Stephanum neutrum facturum appareret, non videre se, cur tantæ opus exspectationis, quod dignâ Cicerone & paricum superioribus illis editionibus formâ & elegantiâ in publicum prodire cupiebat, ei committeret: itaque re infectâ Stephanum à se dimisisse, & statim Avaricum Biturgicum concessisse, ubi vix post salutatum magnum Cujacium pauculos commoratus dies in febrim violentam incidit, quæ finem ejus vitæ & laboribus imposuit. Qui cum eo erant, Germani Ciceronem ei commissum in patriam secum asportârunt, & spem de tanto opere conceptam tam diu frustrati sunt. Quod eò tibi commendandum duxi, ut te de Guilielmii voluntate & consilio certiorem facerem, & interim admonerem, si rem ipsius Manibus, imò toti reipublicæ literariæ, gratam cupis facere, ut avaros librarios, qui lucro potiùs quàm honestati publicæ student, caveas, neque patiaris purissimum scriptorem à purissimo juvene tantâ curâ expolitum ab impuris hujusmodi hominibus miserè contaminari, & velut in sordes conjici. Habes Heidelbergæ Vœgelinum, cujus si diligentiæ res committatur, spes est, ut publico omnium desiderio plenissimè satisfaciat. Sed heus tu, mi Grutere, ridebis fortasse monitorem intempestivum, qui, antequam certò sciat, an rem penès te habeas, aut speres te habiturum, ejus utendæ leges tibi præscribat. Fac id ut per te quamprimùm sciam. Diploma primo quoque tempore accipies; eóque opera Ciceronis à Jano Guilielmio digesta, suppleta, emendata continebuntur. Hæc cùm raptim post acceptas statim tuas scripsissem, literæ meæ inter chartaceam supellectilem, quæ nimiùm quàm malim per negotia in dies excrescit, deerrarunt. Itaque cùm otium non esset rescribere, & metuerem, ne diuturniore morâ desiderium tuum remorarer,*

J. Mercerus in Genesin & quinque priores prophetas minores: (*a*) fol. .... 1598.

Gregorii Nazianz. carmen de seipso, Latinis iambicis versibus, ex Jac. Billii Prunæi interpretatione à F. Morello recognitâ: *apud Fed. Morellum architypogr. reg.* 8. Lutet. 1598.

Clementis Alexandr. in Christum hymni duo, Græcis & Latinis itidem metris, Fed. Morello interprete: *apud eundem.* 8. Lutet. 1598.

B. HIERONYMI unius è Græcis patribus commentarius de BAPTISMO, nunc primùm Græcè & Latinè editus, interprete Fed. Morello: *apud eundem.* 8. Lutet. 1598.

Ezechielis tragici Judæi Tragœdia sacra [scil. Ἐξαγωγή], Gr. Lat. *per Fed. Morellum.* (*b*) 8. Paris. 1598.

Cent Pseaumes (*c*) mis en vers Francois, avec quelques cantiques de la Bible; Poësies Chrestiennes; Prieres & meditations Chrestiennes; [*chacun de ces trois livres imprimés separement*] par Philippes des Portes, abbé de Thiron: *par Mamert Patisson imprimeur du roy.* 8. à Paris. 1598.

Phi-

rarer, & mihi neglecti officii crimen consciscerem, diploma obsignandum curavi, & D. Gottofredo, ut ad te sedulò mitteretur, tradidi, quod puto te jam accepisse. Has autem ante diploma datum & obsignatum scriptas & diu pòst repertas ad te nunc mitto, ut cura mihi rem à te commendatam fuisse intelligeres; simúlque te orarem, ut de tuæ Ciceronianæ editionis ratione ac consilio ad me quamprimùm diligenter perscribas. V. V. ampliss. D. Lingelshemio, & D. Frebero plurimam à me salutem. Vale, mi Grutere, & diligenter ad me scribe. Lutet. Paris. V. Eid. Jan. ut hìc tempora numerantur. A. S. M. DC. XIII.

(*a*) Hunc librum à Roberto Stephano excusum fuisse scribunt Almeloveenius pag. 78. & Joh. de la Caille pag. 187. Quod tamen ut credam, non facilè inducar. In Catalogis Bibliothec. Thuan. part. 1. pag. 156. & pag. 158. & Barberin. pag. 60. & Bodleian. pag. 451. reperio hanc editionem anno 1598. emissam, sinè nomine Typographi; sed Genevæ, ubi Robertus ille Stephanus, cui eam tribuunt Almeloveenius & Callius, exercuisse Typographicen neutiquam mihi videtur.

(*b*) Bibliothec. Thuan. part. 2. pag. 297.

(*c*) Non tamen plures quam 98. Psalmos ab eo traductos reperio; quos non traduxit, sunt hi 52 sequentes. 9, 10, 21, 23, 24, 25, 28, 29, 30, 33, 35, 36, 37, 43, 47, 48, 72, 78, 79, 81, 83, 92, 93, 96, 98, 99, 100, 101, 103, 104, 105, 106, 107, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 118, 119, 132, 133, 135, 136, 140, 144, 145, 147, 148, 149, 150.

Philonis liber de nominibus mutatis in sacrâ Scripturâ, Latinè, interprete Fed. Morello: *apud eund. Morellum.* (*a*) 8. Paris. 1598.

Traité de Pierre de la Place en son vivant premier president en la cour des Aydes à Paris, sur la vocation, à laquelle chacun est appellé, reveu, augmenté & distingué en trois livres: *par Fed. Morel imprimeur ordinaire du roy.* 8. à Paris. 1598.

Pauli Silentiarii in thermas Pythias & aquarum miracula, Græcè & Latinè, interprete Fed. Morello: *apud eundem.* 8. Lutet. 1598.

Discours politiques de Loys le Roy; viz. de l'histoire de ce temps; sur le royaume des Perses, extraict de Platon; exhortation aux Francois pour vivre en concorde; des changemens & ruines des estats publics: *chez le même.* 8. à Paris. 1598.

Resolution du differend de la religion: *chez le même.* (*b*) 8. à Paris. 1598.

Ciceronis liber de optimo genere oratorum: *è Typographiâ Steph. Prevosteau, in viâ aurigarum, è regione trium Crescentium.* 4. Paris. 1598.

Oppiani de Venatione libri quatuor; Latinis versibus redditi, Joan. Bodino interprete, cum ejusdem commentario: *apud Fed. Morellum archi-typogr. reg.* 4. Lutet. 1598.

Poëmatium Dramaticum Plochiri Michaëlis &c. [eadem omnino editio, quæ antea anno 1593.] *apud eundem.* 8. Lutet. 1598.

Statii Sylvarum libri, primus ad fidem vet. cod. emendatus, tertius [seorsim] ad libros veteres emendatus, quintus [seorsim etiam]: *apud eundem.* 4. Lutet. 1598.

Tibulli Elegia de bello & pace, à Fed. Morello Græc. Carm. reddita; & pacis commoda, ex

(*a*) Bibliothec. Tellerian. pag. 31.
(*b*) Bibliothec. Cordesian. pag. 107.

ex Euripid. & Philemon. ab eodem Morello Lat. versib. expressa: *apud eundem*. 8. Lutet. 1598.

Francisci Parentii regii professoris oratio, habita in auditorio regio Cameracensi Id. Nov. 1597. postquam causam ex S. C. obtinuit; cum ejus ad Crittonianam conjectionem responsione; ac tandem Senatûs decreto seu placito Linguâ vernaculâ: *è Typographiâ Steph. Prevosteau*. 8. Paris. 1598.

D. Basilii Magni homilia in Sanctum Martyrem Mamantem, Græcè: *è Typographiâ Steph. Prevosteau*. 4. Paris. 1599.

Jo. Geometr. Hymni in B. Deiparam, Gr. Lat. interpr. Fed. Morello: *apud eundem Morellum*. (a) 8. Paris. 1599.

GELASII Cyziceni commentarius Actorum Nicæni concilii, cum corollario THEODORI presbyteri Raithi de Incarnatione Domini; nunc primùm Græcè prodeunt ex opt bibliothecis, cum Roberti Balforei Scoti Latinâ interpretatione & notis: *Fed. Morellus professor & architypographus regius operosam hujus libri editionem Deo dante ad umbilicum duxit, sub Henrico IV. Gall. rege, IX. Kal. Jan.* (b) 8. Lutet. 1599.

Dis-

(a) Bibliothec. Marckian. pag. 183.

(b) *Rob. Balforeus Ægidio Noalio episcopo Aquensi* &c. *S. D. In parato & ad manum unicum illud exemplar tuum fuit, quod in Chio Ægæi maris insulâ à Græcis monachis, in quorum monasterio jamdiu magnâ curâ asservabatur, Franciscus frater tuus, volente & favente patriarchâ Constantinopolitano, ingenti pretio redemit, & Byzantium ad se perferri jussit.* ——— *Fuit exemplar illud à Græco quodam fidâ satis, sed nimis festinâ manu, idque notis insolentibus, quas vix Græci ipsi agnoscerent, descriptum. Deinde quod multo nos excepit molestius, falsâ sæpe accentuum notatione, obscuro literarum tractu, mutilâ versuum & periodorum interpunctione, sic in eo difficilia & perturbata fuerunt omnia, ut quid fugerem, quid sequerer, anxia semper esset atque difficilis explicatio.* &c. *Fed. Morellus Rob. Balforeo S. D.* ——— *Accersivi vindicem injuria, quam his libris intulerant notarum præpetes ministri, ut* ταχυγράφους *vocat Ausonius, codicem inquam doctâ & laboriosâ manu exaratum, quem è locuplete bibliothecâ suâ doctiss. Senator Petrus Stella nobis deprompsit, liberaliter communicavit, & sæpè unà mecum, quà humanitate est, cum exemplo tuo schedisque nostris contulit.* &c. *IX. Kal. Jan.* 1598. In notis Balforeus sæpe laudat operam à Fed. Morello sibi in locis multis restituendis præstitam. Idem pag. 282. mentionem facit Epistolæ sive responsionis episcoporum &c. (quam lege pag. 106.) Fed. Morelli professoris, interpretis & archity-

Discours de la reünion des eglises d'Alexandrie & de Russie à l'Eglise Romaine, trad. du Latin du card. Cæs. Baronius par Marc Lescarbot: *chez Morel.* (*a*) 8.	à Paris.	1599.
Discours sur le faict de Marthe Brossier de Romorantin pretenduë Demoniaque: *chez Patisson.* (*b*) 8.	à Paris.	1599.
Jacobi Augusti Thuani Poëmata (*c*) sacra: *apud Mamertum Patissonium Typograp. regium.* 12.	Lutet.	1599.
Edict du Roy & declaration sur les precedents edicts de pacification: *par les imprimeurs* (*d*) *& libraires ordinaires du roy.* 8.	à Paris.	1599.
Astrampsychi versus somniorum interpretes, Græcè, castigati & Latinis senariis expressi à Fed. Morello: *apud eund. Morel.* 8.	Lutet.	1599.
Hippostologie, ou discours des os du cheval, par Jean Heroard conseiller, medecin ordinaire & secretaire du roy: *par Mamert Patisson.* 4.	à Paris.	1599.
BARLAAMI monachi LOGISTICA, nunc primùm Græcè & Latinè edita, ex interpretatione & cum scholiis Joannis Chamberi collegii Etonensis apud Anglos socii: *è Typograph. Steph. Prevosteau.* (*e*) 4.	Paris.	1599.

Les

chitypographi regii typis non ita pridem evulgatæ, cum Latinâ interpretatione P. Morini, quæ apud Cæs. Baronium est Tom. 3. annalium, anno Christi 319. Idem Balforeus pag. 265. notat quædam in Eusebio Roberti Stephani desiderata, *non sinè læsa fidei suspicione.*

(*a*) Bibliothec. Bultellian. part. 2. pag. 554.

(*b*) Ibid. part. 1. pag. 75.

(*c*) Scil. *Jobus*; *Ecclesiastes*; *Threni*; *Vaticinia Joel. Amos. Abd. Jon. Habac. Hag. Parabata vinctus*; *& sacrorum carminum libellus.*

(*d*) *Par Lettres Patentes du roy donnees le 4. Avril.* 1599. *il est permis par privilege special à Federic Morel, Jamet Metayer, Pierre Luillier & Mamert Patisson ses imprimeurs, d'imprimer ou faire imprimer* &c. Jametius Metayer Joannis & Petri Typographorum etiam regiorum frater fuit. Illorum insigne erat lilium coronatum, cum his verbis, *Arte omni præstantior.* Caille. pag. 159. 175. 193.

(*e*) In initiali paginâ seu titulo tam Latinæ versionis quàm Græci textûs (nam separatim excuduntur), *Parisiis, apud Guillelmum Auvray, viâ D. Joannis Bellovacensis, sub insigni Bellerophontis coronati. M. VI. C.* id est, 1600. De illo Guillelmo Auvray lege Caille. pag. 163. Eodem Bellerophontis insigni usi sunt etiam Jeremias & Carolus Perier, de quibus prius. *Joannes Chamberus Lectori S. — Henricus Savilus, pro eo ac semper erat in veterum monumentis, præsertim Græcis vel* ode-

Les institutions Astronomiques de Jean Pierre de Mesmes : *chez Fed. Morel*. fol. à Paris. 1599.

Onosandri Strategicus ; & Orbicii Inventum ; Græcè & Latinè ; Nicolaus Rigaltius nunc primùm è vetustiss. codd. Græcis publicavit, Latinâ interpretatione & notis illustravit (*a*) : *apud Abrahamum Saugranium* (*b*), *& Gulielmum* (*c*) *des Rues*, *viâ Bellovacensi* ; [Ad calcem, *excudebat Steph. Prevosteau*, *M. D. XCIIX. mense Decembri*]. 4. Lutet. 1599.

Catalogue des Connestables &c. [Vide antea ann. 1555. apud Vascos.] oeuvre reveu, corrigé

odorandis sagax, *vel comparandis solers & sumptuosus*, *ut primùm quâ fœlicitate in alios*, *eâdem in Barlaamum inciderat*, *nihil habuit prius*, *quàm ut describeret primum*, *idque suâ ipsius*, *non amanuensis cujusquam operâ*, *deinde longis itineribus terrâ marique ad me transmitteret* &c.

(*a*) Nic. Rigaltius *Lectori*. —— *Hunc eximium scriptorem publico cœlo redonari*, *è republicâ & literariâ fore mihi visum est. Nam Latinè quidem antehac editus Basileæ fuerat*, *à Nicolao Saguntino*, *anno M. D LXX.* [*Aiunt etiam Italico idiomate editum fuisse à quodam Francisco Coccio : mihi videre non contigit.*] *posteáque Joachimi Camerarii Latina item interpretatio à filiis in vulgus emissa*, *Noribergæ*, *M. D. VC. Sed ille*, *scriptoris mentem ac stylum minùs adsecutus*, *optimo tamen exemplari usus videtur. At Camerarius*, *vir admodum quàm eruditus*, *unicum eúmque corruptissimum librum nactus*, *ingenio*, *quo valebat plurimùm*, *Onosandrum felicius & elegantius expressit* ; *sed ita ut veluti partes & membra*, *quæ in codice Græco deerant*, *in ejus quoque versione non semel desiderentur. indéque factum opinor*, *ut neuter Græca verba publicare voluerit. Mihi verò doctissimorum virorum beneficio codices duos è bibliothecâ Medicæâ promere licuit* ; *unum in vetustis membranis*, *alterum recentioris cujusdam notæ* : *tertium paulò pòst habui etiam adhuc recentiorem*, *quem*, *aut persimilem*, *penès Camerarium fuisse*, *facilè crederes. Hos tres inter sese conferre cœpi*, *& membranas demum emendatiores judicavi* : *proindéque ad illarum fidem excudi placuit*, *ac varias aliorum librorum lectiones sepositas sub uno conspectu exhiberi. Quod cùm opera Typographica perfecissent*, *monuerunt me amici*, *virum eruditum Fed. Morellum schedas aliquot adservare inscriptas*, Ὀνοσάνδρου Στρατηγικά. *Quartum adeò Onosandrum relegi ac recensui*, *atque tunc optimum & integerrimum reperi. Porrò illud inprimis notari velim*, *in hâc editione veteres membranas à librario expressas*, *nimis [illegible]uando religiosè*, *imò superstitiosè* : *sed &*, *quod non nisi iniquissimo animo ferre possum*, *quamplurimas mendas à Typographis & correctoribus*, *quorum oculos in oculis habere meis mihi non licuit*, *passim adspersas fuisse.* &c. Idem Rigaltius pag. 121. *Inter cæteros rerum militarium scriptores*, *quos mihi bibliotheca Medicæa calamo exaratus codex suppeditavit*, *reperi hanc quoque Urbicii scriptiunculam* —— *Monebo minutulum aliquot fragmentum excusum olim fuisse sub hôc elogio*, Ὀρβικίου τὸ περὶ τὸ στράτευμα τάξεων. *item me nuper habuisse à Franc. Pithoëo J. C. indicem scriptorum de re bellicâ*, *qui in Italiâ adservantur*, *in quo hujusmodi fit Orbicii mentio*, Ὀρβικίου τακτικῶν. &c.

(*b*, *c*) De his duobus lege Caille. pag. 186. & 189. „ La marque de Guillaume des Rues estoit un palmier, ou „ pend un enfant avec ces mots ; *obdurandum adversùs urgentia*.

gé & augmenté en ceste presente edition : *par Fed. Morel*. fol. | à Paris. 1598. 1599.

Plinii epistolar. libri IX. & panegyrici, cum reliquis aliorum panegyricis ; & If. Casauboni in epistol. notis ; variæ lectiones ultra præcedentes in hâc posteriori editione margini accesserunt : [*cum Stephanico tantùm insigni*]. (*a*) 12. .... 1599.

Petri Rami Veromandui, eloquentiæ & philosophiæ professoris regii vita, à Nic. Nancelio Trachyeno Noviodunensi Rami discipulo ac populari descripta : *apud* CLAUDIUM MORELLUM, *viâ Jacobæâ ad insigne fontis*. 8. Paris. 1599.

Pindari Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia ; Græcè & Latinè ; cum scholiis Græcis : *olivâ* PAULI STEPHANI ; & ad calcem, *excudebat Paulus Stephanus*, *K. Cal. Sept.* (*b*) 4. .... 1599.

Virgilii Poëmata Henrici Stephani scholiis illustrata ; editio tertia, [secundæ (ann. 1583.) per omnia consimilis] : *excudeb. Paulus Stephanus*. 8. .... 1599.

Franc. Parentii ad Pomp. Belliævreum de cancellariâ dignitate gratulatio : *è Typographiâ Steph. Prevosteau*. 8. Paris. 1599.

Theod. Marcilii Historia Strenarum &c. recentata & aucta editio : *è Typographiâ ejusdem*. 8. Paris. 1599.

Con-

(*a*) Hanc editionem puto ex Pauli Stephani officinâ prodiisse.

(*b*) *Jacobo Bongarsio P. Stephanus.* —— *Quot mendis scateat vetus, quæ extat, editio, nôsti: quæ sæpe aliter in textu, aliter in scholiis scriptum habet; circa nomina propria rarò sibi constans, circa distinctiones depravatissima, & quæ versus hinc indè citat corruptissimè. Nonnulla certè menda quum in margine annotata haberem, de quibus olim à me collatum fuerat cum affini conjunctissimo Is. Casaubono, re nuper ipsi ac recèns communicatâ, quia mihi spem suarum observationum fecit, sub ipsius incudem omnia remisi: quarum fruitionem lectori, ubi primum dabitur, non invidebo.* &c. Pauli Stephani epigrammata Latina ex anthologiâ Græcorum, & ejusdem juvenilia (quorum in Histor. Stephanor. pag. 531. mentionem feceram, ex aliorum tantùm authoritate) ad meas manus pervenerunt, excusa *Lugduni, apud Franciscum le Preux, M. D. XCIII.* in 8. Ex his constat, Paulo poëticam venam non defuisse. Hæc suo parenti Henrico Stephano inscripsit, Henrici Wotton & Richardi Thonson Anglorum epigrammatibus præfixis laudata ; inter quos & Paulum maxima erat familiaritas, quorum amicitiam Paulus ipse (pag. 109. & 116.) versibus suis testatam voluit. Pag. 91. & 103. Is. Casaubonum, seu Hortobonum, sororis Florentiæ maritum compellat.

Concordantiæ Græco-Latinæ Novi Testamenti, nunc primùm plenæ editæ; huic editioni accessit supplementum : *olivâ Pauli Stephani.* fol. . . .. 1600.

Gregorii Nazianz. adversùs mulieres ambitiosiùs se adornantes carmen Satyricum Latino carmine per Fed. Morel. *apud eundem Morel.* 4. Lutet. 1600.

Gregorii Nyss. de Domini Resurrectione oratio, Græcè & Latinè nunc primùm prodit, interprete Fed. Morello, cum ejusd. notis : *apud eundem.* (*a*) 8. . Lutet. 1600.

Basilii Seleuc. episcopi de Christi Passione concio, adversùs Arrianos & Eunomianos, nunc primùm Latinè edita, ex interpretatione Fed. Morelli : *apud eundem.* 8. . Lutet. 1600.

Synesii episc. Cyr. HOMILIÆ duæ, & CONSTITUTIO sive elogium Anysii, Græcè, ex bibliothecâ Huralti Messæi, augusti sacrique consessus consiliarii; & Latinè, interprete Fed. Morello : *apud eundem.* 8. Lutet. 1600.

METAPHRASTÆ Gr. Doct. de salutis nostræ mysterio, & suscepti hominis sacramento, carmen jambicum è biblioth. reg. depromptum, Græcè; à Fed. Morello iisdem numeris Latinè expressum : *apud eundem.* 4. . Paris. 1600.

Legis XII tabularum collecta editionis novæ, & interpretamentum Theodori Marcilii : *è Typographiâ Steph. Prevosteau, in collegio Camerscensi.* 8. . . Paris. 1600.

Les Politiques d'Aristote, traduictes par Loys le Roy avec expositions; augmentées du IX. & X.

(*a*) *Pomponio Bellievræo Gall. cancellar. Fed. Morellus S. P.* ——— Hæc *nuper oratio in manus meas venit inter alias plerasque, quas nactus sum in penu bibliotheca* μακαρίτου *Ægidii Davidi affinis mei, nuper in supremâ curiâ advocati : qui etiam dum vitali aurâ frueretur, ejusdem authoris commentarios adversus Eunomianos collega nostro Nic. Gulonio Latinitate donandos tradiderat : quod ex animi sententiâ pulcherrimè præstitit; atque hoc egregium opus ad umbilicum ductum regiam pontificiamve* μεγαλοπρέπειαν*, ne sit labor editionis in damno, desiderat.* &c. *IX. Kal. April. M. DC.*

X. livres composés en Grec par Kyriak Strosse, Patrice Florentin, traduicts & annotez par Federic Morel : *chez Claude Morel*. fol.	à Paris.	1600.
La Republique en dix livres, le Phedon, le Phedre, & partie du Gorgias, traduicts du Grec de Platon, & enrichis de commentaires par Loys le Roy ; le tout reveu & conferé avec l'original Grec par Fed. Morel ; avec un sommaire des principaux points, qu'il faut entendre devant la lecture des Politiques de Platon, tiré & translaté du Grec de Proclus, par le meme Morel : *de l'imprimerie de Claude Morel*. fol.	à Paris.	1600.
Adr. Turnebi libelli de vino, calore, & methodo, nunc primùm editi ; cum Aristotelis libello de his, quæ auditu percipiuntur, ab eodem Turnebo Latinitate donato : *apud Claud. Morel*. 8.	Paris.	1600.
Chionis Matridis f. epistola Apologetica ad Clearchum Ponti principem, Latinè, interprete Fed. Morello : *apud Fed. Morel*. 4.	Paris.	1600.
La Mesnagerie d'Aristote & de Xenophon, trad. du Grec par Estienne de la Boëtie : *chez Claud. Morel*. (a) 8.	à Paris.	1600.
Plinii Epistolar. libri X. & panegyricus, cum Joannis Mariæ Catanæi commentariis, multis epistolis cum illarum interpretatione adjectis ; adjuncti sunt alii panegyrici, ad fidem vetusti exemplaris emendati : *excudeb. Paulus Stephanus*. [exemplaria quædam habent M. DC. I.] (b) 4.	....	1600.
Panegyrique de Julien Peleus advocat en parlement, au peuple de France : *chez Claud. Morel*. 8.	à Paris.	1600.
Nic. Nancelii Noviodun. Trachyeni D. Medici Orationes & theses : *apud Cl. Morellum*. 8.	Paris.	1600.

Re-

(a) Bibliothec. Tellerian. pag. 362.
(b) Histor. Stephanor. pag. 534.

Remonſtrances faites au parlement de Paris par les ſieurs de Ribrac, Despeiſſes & Mangot: *chez Cl. Morel.* (*a*) 8.	à Paris.	1600.
Pindari, & cæterorum octo lyricorum carmina, nonnulla etiam aliorum; editio IIII. Græcolatina, H. Stephani recognitione quorundam interpretationis locorum, & acceſſione lyricorum carminum locupletata: *excud. Paul. Stephanus.* 12.	....	1600.
Ex Pindaro Ecloga (ſcil. Ὀλυμπ. εἶδος δ. ε. Πυθ. ζ. η. Νεμ. α. β. Ἰσθμ. γ. ε.) Græcè: *è Typographiâ Steph. Prevoſtæi, in viâ aurigarum, è regione trium Creſcentium.* 4.	Paris.	1600.
Horatii poëmata, ſcholiis & argumentis ab H. Stephano illuſtrata &c. Editio tertia (ſecundæ ann. 1588. per omnia conſimilis): *excud. Paul. Stephanus.* 8.	....	1600.
Horatii carmen ſæculare & hymnus in Apollinem ac Dianam, Græcis Sapphicis à F. Morello reddita: *apud Fed. Morel.* 4.	Lutet.	1600.
Alexander Severus, Fed. Morelli tragœdia togata: *apud eundem.* 8.	Lutet.	1600.
Les Oeuvres de la Boëtie: *chez Cl. Morel.* (*b*) 8.	à Paris.	1600.
Les premieres œuvres de Philippes des Portes: *par Mamert Patiſſon.* 8.	à Paris.	1600.
Alphabetum Græcum & Hebraïcum: *excud. Paulus Stephanus.* 8.	Genev.	1600.

ORIGENIS ſive alterius doctoris Gr. ευγχρόνου SCHOLIA in Orationem Dominicam, & cantica B. Virginis, Zakariæ & Simeonis, Græcè & Latinè nunc primùm prodeunt; ex interpretatione Fed. Morelli cum ejuſd. notis: *apud*

Fed.

(*a*) Bibliothec. Cordeſian. pag. 360.
(*b*) Bibliothec. Cordeſian. pag. 531.

Fed. Morel. (*a*) 8. Lutet. 1601.

Orationis Dominicæ & salutationis Angelicæ interpretatio Theod. Marcilii : *apud Cl. Morel.* 8. Paris. 1601.

Quelques prieres & meditations Chrestiennes de Phil. des Portes : *par Mamert Patisson imprimeur du roy.* 12. à Paris. 1601.

Synesii dissertatio super dono Astrolabii, ad Pæonium; Græcè, antiqui cod. manuscr. è bibliothecâ Hur. Messæi eruti, accuratéque collati ope, locupletior & castigatior edita ; & Latina facta notísque insignita à Fed. Morello : *apud Fed. Morel.* 8. Paris. 1601.

Le Code du roy Henry III augmenté des edicts du roy Henry IIII. à present regnant ; par L. Charondas le Caron jurisconsulte Parisien : *chez Cl. Morel.* (*b*) fol. à Paris. 1601.

Proprii & Accidentis logici series nova Theod. Marcilii, contra Porphyrium : *apud Claud. Morel.* 8. Lutet. 1601.

Adriani Behotii Apologia II. pro Porphyrio, contra Theod. Marcilium : *è Typogr Stephani Prevosteau, viâ D. Joannis Later. in colleg. Cameracen.* (*c*) 8. Paris. 1601.

Julii Cæsaris Bulengeri Juliodunensis liber de spoliis bellicis, trophæis, arcubus triumphalibus & pompâ triumphi : *apud Cl. Morel.* 8. Paris. 1601.

Onuphrii Panvinii Veronensis, de ludis circensibus libri duo, & de triumphis liber unus ; accessit

(*a*) *Claudio le Gras S. Cornelii Compendiensis cœnobiarcha & eleemosynario regio Fed. Morelius S. D.* ——— *Hanc explanationem è veteri manuscripto codice ex Italis bibliothecis profecto, selegi, exscripsi, transtuli; dum sub signis nostris militaret tuus ex fratre nepos Nicolaus &c, Kal Maji. M. DC I.* Pag. 37. Fed. Morellus Psalmi XXIII. (*qui omnium augustissimus ab Hebrais censetur, Philone teste*) Paraphrasin Gr. Lyricis versibus à se redditam inseruit.

(*b*) *Achevè d'imprimer pour la premiere fois le* 3. *de Fevrier.* 1601. Le privilege est accordé à *Sebastien Nivelle, Pierre l'Huillier, Jamet Mettayer, & Claude Morel, Marchands Libraires & imprimeurs à Paris, par Lettres Patentes données le* 16. *de Fevr.* 1599. *verifiées en parlement*, 1600.

(*c*) Behotius Marcilium vocat *hominem plebeia eruditionis fuco superbum, qui in omnes auctores censoriam virgulam accepisse videri velit.*

accessit Tertulliani liber de spectaculis : *apud eundem*. 8.	Paris.	1601.
Libanii expositio Kalendarum, Græcè, à Fed. Morello cum antiquis membranis reg. collata, castigata, & Latinitate donata : *apud Fed. Morel*. 8.	Paris.	1601.
Ejusd. Parasitus, Græcè, ex bibliothecâ regiâ, cum Latinâ Fed. Morelli interpretatione : *apud Cl. Morel*. 4.	Lutet.	1601.
Panegyrique funebre de Henry III. prononcé en l'hostel de Ville d'Angers, au mois d'Aoust 1589. par Julien Peleus : *chez Cl. Morel*. 8.	à Paris.	1601.
Natalis Ludovici Delphini : *apud Cl. Morel*. (a) 8.	Paris.	1601.
Lycophronis Alexandra, Græcè, cum Græcis Isacii Tzetzis commentariis ex fide manuscripti emendatioribus factis ; cum Gul. Canteri Latinâ interpretatione, & annotationibus ; necnon epitome Cassandræ Græco Latinâ, carmine Anacreontico : *excudeb. Paul. Stephanus*. 4.	....	1601.
Persii Satyræ, cum verborum omnium indice ; L. Ann. Cornuti commentum in easdem, cum veteri codice manuscr. collatum, ex bibliothecâ Joan. Roussati consil. reg. & El. Vinet. annotat. & P. Pith. Var. Lection. & commentar. Theodor. Marcil. & not. Joan. Tornorupæi : *apud Cl. Morel*. 4.	Lutet.	1601.

Martialis Epigrammata, cum commentariis Dom. Calderini & Georg. Merulæ ; ejusd. epigrammata selecta Græcè expressa à Fed. Morello cum notationibus ; Theod. Marcilii commentar. in amphitheatrum, & aliquot Nic. Rigaltii in libros XIX. notis [ann. M. D. CI.] ; Desid. Heraldi ad libros XII animadversiones [ann. M. DC.] ; Index Josephi Langii Cæsaremontani, qui Hadr. Junii editionem ann. 1579. ex

Plan-

(a) Bibliothec. Cordesian. pag. 276.

Plantin. offic. secutus est, [ann. M. DC.]: *apud Cl. Morel.* (*a*) 4. Paris. 1601.

Fed. Morelli in Statii sylvas commentationes & conjectanea; corollarium observationum Frid. Tiliobrogæ: *apud Fed. Morel.* (*b*) 4. Lutet. 1601.

Recueil des Oeuvres Poëtiques de J. Bertaut abbé d'Aunay, Conseiller du Roy; & premier aumosnier de la royne: *par Mamert Patisson imprimeur du roy.* (*c*) 8. à Paris. 1601.

De Analogiâ, causis eloquentiæ, & Linguæ patriæ locupletandæ methodo; auctore Emundo Richerio summo collegii Cardinalis magistro: *apud Cl. Morel.* 8. Lutet. 1601.

Nicol. Rigaltii Glossarium τακτικὸν μιξοβάρβαρον, de verborum significatione, quæ ad novellas impp. qui in oriente post Justinianum regnaverunt. de re militari constitutiones pertinent: *apud Cl. Morel.* (*d*) 4. Lutet. 1601.

D.

(*a*) Privilegium Bartholomæo Macæo in decennium ann. 1600 20. Sept. datum est: & quædam hujus editionis exemplaria Bartholom. Macæi nomen & insigne præ se ferunt.

(*b*) Quædam hujus editionis exemplaria habent, *apud Claudium Morellum. M. DC. II,* Multa Libanii ἀνέκδοτα in his commentationibus vulgantur ex bibliothecâ regiâ: viz. pag. 36. *Kalendarum descriptio*; pag. 57. 59. *Quid diceret pictor Apollinem in tabulâ laureâ colores non admittente pingens*; aut *timidus Bellum in suis ædibus pictum conspiciens*; pag. 65. *Achilles super Patroclo*; pag. 68. *Menelaus, cognito Agamemnonis interitu*; pag. 101. *Descriptio veris*; pag. 151. *Quid dixerit Niobe amissis liberis.* In iisdem plurima præterea Græcorum & Latinorum auctorum loca emendantur & illustrantur.

(*c*) Hæc opera imprimendi copia ab authore data est Mamerto Patisson & Lucæ Breyel. A Joanne de la Caille pag. 153. memoratur Lucas *Breyer* (non *Breyel*), qui inclaruit ann. 1568. & 1581. Sic & Verdier. pag. 316. At Croix du Maine pag. 80. Vidua Lucæ Breyer ann. 1575. Forsan ergo fuere duo ejusdem nominis, Lucas pater, & Lucas filius.

(*d*) *Lectori.* ——— *Præcipuam partem in istis jure sibi vindicare possunt Mauricius & Leo: quorum plerumque eadem aut parum diversa sunt verba. Leonis A. duos codices habui; unum è bibliothecâ regiâ, alterum è Mediceâ reginæ Katharinæ. Constantini tacticorum exemplar è bibliothecâ Palatinâ descriptum misit mihi Janus Gruterus, ubique ferè Mauricio re & verbis consimile.* &c. Hoc Glossarium imprimendi facultatem concessit Nicol. Rigaltius Ambrosio Drouart & Claudio Morello, 10 Mart. 1601. Hos itaque duos puto socios fuisse in edendo non tantùm hôc libro sed etiam in alio; cujus is est titulus; *Funus parasiticum, sive L. Biberii Curculionis parasiti mortualia, ad ritum prisci funeris; accessit de parasitis appendix; item Juliani Cæsaris ad Alexandrinos epistola, nunc primùm in lucem edita, Græcè* (ex unico exemplari calamo exarato, corruptissimo ac mendis innumeris inquinato) *cum Latinâ interpretatione ac notis Nic. Rigaltii. Apud Ambrosium Drouart. Lutetiæ. M. DC. I.* 4.

D. Basilii Seleuc. episc. concio in Olympicos ludos Græcè typis reg. emendatiùs excusa, & nunc primùm Latinitate donata à Fed. Morello, cum ejus notatis : *apud Fed. Morel. Kal. Mart.* 8. Lutet. 1602.

Ejusd. Basilii Oratio prima in Adamum, è Græco nuper Latinitate donata per Mart. Mestræum D. Th. *è Typographiâ Stephan. Prevosteau.* (*a*) 8. Paris. 1602.

Juliani Pelei in senatu Parisiensi advocati, Quæstionum publicè tractatarum liber primus, qui de jure connubiorum : *ex officinâ Typograph. Cl. Morelli.* 8. Lutet. 1602.

Observations de Jacques Leschassier : *chez Claude Morel.* (*b*) 8. à Paris. 1602.

Ciceronis de Legibus liber primus : *apud* PETRUM PAUTONNIER, *nepotem Guilielmi Morellii in Græcis Typographi regii, viâ aurigarum è regione trium Crescentium.* 4. Paris. 1602.

Libanii laudatio AGRICULTURÆ, Græcè nunc primùm prodit è bibliothecâ regiâ, cum Latinâ interpretatione & notis Fed. Morelli ; item laus agriculturæ, ex Ciceronis Catone : *apud Fed. Morel.* 8. Lutet. 1602.

Phocylidis poëma admonitorium ; Græcè ; *è Typograph. Steph. Prevosteau, viâ D. Joann. Lateranensis, in collegio Cameracensi.* 4. Paris. 1602.

Euripidis Tragœdiæ, quæ extant, Græcè, cum Latinâ Guil. Canteri interpretatione ; & Græcis in septem priores scholiis ; & Joan. Brodæi in undecim proximas annotationibus ; necnon Gaspari Stiblini, Guil. Canteri & Æm. Porti in omnes novendecim notis : *excudeb. Paulus Stephanus.* (*c*) 4. .... 1602.

Ju-

(*a*) *Hieronymo Seguierio Sacro-Magni consilio præsidi Mart. Mestræus S. D.* —— *Cum D. Morellus professor regius, vir πολυμαθέστατος, Græcas hujusce patris lucubrationes suppeditâsset, publico bono consultum iri suspicatus sum, si per otium selectas aliquot ejus orationes Latinâ civitate donarem* &c.

(*b*) Bibliothec. Cordesian. pag. 358.

(*c*) *Anton. Fayo Paul. Stephanus.* —— *Scholia multis partibus à nobis emendatiora facta,*

Juvenalis Satyræ, cum veteris ſcholiaſtæ & Joan. Britannici commentariis; quibus acceſſerunt P. Pithoëi, Cœl. Sec. Curionis, & Theod. Pulmanni notæ, & variæ lectiones; cum indice omnium vocabulorum abſolutiſſimo: *apud Cl. Morel.* 4. . . Lutet. 1602.

Recueil de quelques vers amoureux (*par le Sr. de Bertault*): *par la* VEUFVE *Mamert Patiſſon.* (*a*) 8. . . à Paris. 1602.

Le premier livre de Poëmes de Jean Paſſerat, reveus & augmentez par l'auteur en ceſte derniere edition: *par la veufve Mamert Patiſſon.* 8. à Paris. 1602.

Adriani Behotii Apophoretorum libri tres; in quibus auctores priſci paſſim illuſtrantur, emendantur, notantur: *ex officinâ Typographicâ Cl. Morelli.* 8. . . Lutet. 1602.

Les CL. Pſeaumes de David; la priere d'Ezechie; paraphraſe ſur le Cantique des trois enfans; le Cantique de Symeon; paraphraſe ſur le *Libera me, Domine, de morte æternâ*; hymne des Saintes vierges & martyres; en vers Francois par Phil. des Portes: *par la veufve Mamert Patiſſon.* 12. . . à Paris. 1603.

Gregentii Diſputatio cum Herbano Judæo, Gr. Lat. cum notis Gulonii: *ex officinâ Morellianâ.* 8. . . Paris. 1603.

S. Anthelmi priſci occidentalium Saxonum epiſcopi monoſticha Latina, à Fed. Morello Græcè reddita, & notis illuſtrata: *apud Fed. Morel.* 8. Lutet. 1603.

Dia-

facta, & multis locis emaculata, necnon multa malè tranſpoſita in ſuum & meliorem ordinem digeſta, lectio ipſa fatebitur: nonnulla tamen minùs tolerabilia ſupereſſe, quæ meliorum codicum inopiâ immutare fas non erat, &c. *Idib. Mart. M. DC. II.*

(*a*) Privilegium regium conceſſum eſt Viduæ, 25. Februar. ann. 1602. At ann. 1601. 9. Jun. privilegium Bertaldus obtinuit ſua opera edendi, quæ tunc apud Mamertum Patiſſon prodierunt. Oportet itaque Mamertum poſt 1601. 9. Jun. & ante 1602. 25. Februar. deceſſiſſe. Hæc amatoria carmina frater authoris (utì in epiſtolâ ad lectorem præfatur) edidit, quæ author ipſe ſub ſuo nomine vulgari noluit, quòd paulò nimiùm illam ætatem ſaperent, in quâ conſcripta fuerant.

Dialogue de Theophylacte Simocate sur diverses questions naturelles, translaté par Fed. Morel: *chez le même*. 8. . à Paris. 1603.

Artemidori Daldiani Oneirocritica Græcè, & Latinè ex Jani Cornarii versione, cum Nic. Rigaltii notis; ACHMETIS F. Seirim Oneirocritica nunc primùm Græcè in lucem edita ex bibliothecâ regis Christianiss. cum Latinâ Jo. Leunclaii versione; Astrampsychi & Nicephori versus oneirocritici, Græcè, è duobus codd. deprompti, regiæ bibliothecæ uno, altero Is. Casauboni, qui in Artemidoro multa emendavit; eorum versus, Latinè, interprete hujus Nic. Rigaltio: *ex officinâ Cl. Morelli*. 4 (quædam exemplaria gerunt nomen Marci (*a*) Orry). Lutet. 1603.

Libanii Ethopoeïæ quædam Græcè nunc (*b*) primùm prodeunt ex bibliothecâ regiâ, cum Latinâ interpretatione Fed. Morelli; viz. pictor Apollinem in tabulâ laureâ colores non admittente picturus; timidus Bellum in suis ædibus pictum videns; Menelaus Agamemnonis interitum audiens; Achilles super Patroclo: *apud Fed. Morel*. 8. . Lutet. 1603.

Ejusd. Parasitus, Latinè, interprete Fed. Morello: *apud eundem*. 8. . Lutet. 1603.

Georg. Crittonii Orationes duæ in Senatu habitæ; & Nicol. Borbonii indignatio Valeriana, sive Parisiensis Academiæ querimonia, versibus heroïcis: *è Typogr. Steph. Prevosteau*. 8. Paris. 1603.

Nic. Nancelii epistolarum de pluribus reliquarum tomi duo, cum ejusd. præfationibus in Psalterium, & in Nov. Testamentum: *apud Cl. Morellum*. (*c*) 8. . Paris. 1603.

So-

(*a*) Illius insigne erat Leo saliens montémque arduum conscendens, vultu stellas versùs erecto, cum hôc lemmate, *Ad astra per aspera virtus*. Caille. pag. 279. „ Il marria Jeanne Mettayer fille de libraire; & mourut le 25. Juin. 1610.

(*b*) Eas tamen antea anno 1601. suis in Statii sylvas commentariis inseruit. Vide prius.

(*c*) Multa in his Nancelii epistolis sparsim occurrunt, ad Typographos & rem Typographicam spectantia: quæ singula cùm

Sophoclis Tragœdiæ, Græcè, cum Græcis scholiis, Latinâ Viti Winsemii versione, & Henr. Stephani ac Joach. Camerarii annotationibus; unà cum sententiarum Sophoclearum indice: *excud. Paul. Stephanus*. 4.	....	1603.
Joannis Passeratii Kalendæ Januariæ, & varia quædam poëmatia: *apud viduam Mamerti Patissonii*. 8.	Lutet.	1603.
Nov. Testam. Gr. Lat. &c. Editio tertia; (eadem ferè per omnia, ac illa, quæ anno 1587. prodiit): *cum insigni tantùm Stephanico*. 12.	....	1604.
D. Basil. Seleuc. episc. de invidiâ & avaritiâ concio, Latinè, interprete Fed. Morello, cum ejus notis: *apud Fed. Morel*. 8.	Lutet.	1604.
Divers discours des Peres Grecs traduits par Fed. Morel: *chez le même*. (*a*) 8.	à Paris.	1604.
Trois discours de S. Ambroise, des Vierges à sa sœur Marcelline, avec une reprimande à une religieuse; traduits par J. Bertaut: *chez la veufve Mamert Patisson*. 12.	a Paris.	1604.
Aurea Christianorum distichorum & Parabol. Salomonis synopsis, Latinè, è floridis Hieron. Seguier præsidis prætoriani; cum Græcâ metricâ Fed. Morelli Metaphrasi: *apud Fed. Morel*. (*b*) 8.	Lutet.	1604.

La

cùm longum esset transcribere, in tempus aliud differam, & locum commodiorem; contentus interim paginas, ubi ea lector per otium examinare poterit, indicâsse. De Aldo, pag. 61. De Henr. Stephano, pag. 66. De utroque, pag. 118. De Andr. Wechelo, pag. 187, 205. De Stephano Roberti Stephani nepote, pag. 186, 205. De Rob. Stephano patrono in curiâ diserto, pag. 222. De Jametio Mettayero & Fed. Morello, pag. 224. 206. Lege item Nancelii epistolas quatuor ad Fed. Morellum, tres priores datas anno 1586. quartam, 1594. & quinque ad Fr. Raphelengium; duas priores ann. 1592. tertiam 1593. quartam 1594. quintam 1596. pag. 150, 154, 156, 163, 186, 194, 202, 206, 221. Lege porrò pag. 85. ubi de Parisiensi quodam Typographo anonymo; & pag. 90, 91. ubi (nisi fallor) de Jo. Bene-nato agit. Laudat pag. 116. artem Typographicam mirificè Lugduni excultam. Et in pag. 124. Tomi posterioris, suorum librorum à se scriptorum catalogum describit.

(*a*) Bibliothec Cordesian. pag. 83.

(*b*) Duæ præfiguntur epistolæ, Hieronymi Seguier ad Fed. Morellum, & Fed. Mo-

La nourriture de la nobleſſe, où ſont repreſentées les plus belles vertus d'un jeune gentilhomme; au Duc de Vendoſme; par le ſieur Pelletier: *par la veufve Mamert Patiſſon.* 8. à Paris. 1604.

Parigotius coronatus à brabeute Pariſienſium Theologorum die IIX. idus Sept. M. DC. IV. per Jo. Roënnum Rothomagenſem: *è Typographiâ Steph. Prevoſteau.* 8. . Paris. 1604.

Adriani Behotii apologia pro Porphyrio contra Theod. Marcilium; editio altera: *è Typographiâ ejuſdem.* 8. . Paris. 1604.

Inſtitution du prince, au duc de Vendoſme, par le ſieur des Yveteaux: *chez* [la veufve Mamert] *Patiſſon.* (*a*) 4. . à Paris. 1604.

Jac. Auguſti Thuani Hiſtoriarum ſui temporis pars prima, libros XVIII. continens: *apud viduam Mamerti Patiſſonii Typographi regii; in officinâ Roberti Stephani.* fol. . Paris. 1604.

Eadem: *apud eandem.* (*b*) 8. . Paris. 1604.

Iſocratis Orationes & epiſtolæ, Græcè, cum Latinâ interpretatione Hier. Wolfii, ab ipſo poſtremùm recognitâ; editio ſecunda: *olivâ Pauli Stephani.* (*c*) 8. . . .. 1604.

Ari-

Morelli ad Hieronymum Seguier. Ille in ſuâ notat ſe à Morello *Auſoniano Gripho Attico melle tincto, & monoſtichâ ſtrenâ beati Anthelmi donatum miſiſſe ei hanc.* σύνοψιν *amicitiæ teſſeram.* De Anthelmi quidem monoſtichis dictum eſt inter libros anno præcedente editos; & Auſonii Griphum à Fed. Morello Græcè redditum nondum vidi.

(*a*) Bibliothec. Thuan. part. 1. pag. 497.

(*b*) Hæc minor editio in duos tomos diſtribuitur, quorum ſinguli libros novem continent. Hujus ſecundum tomum vidi Ambroſii & Hieronymi Drouart nominibus ſignatum, qui igitur cum viduâ in impreſſione ſocii fuerunt. Editiones illas duas inter ſe non in omnibus convenire conſtat; E. G. Hæc verba [*quod minimè voluiſſet*] quæ in majore [pag. 419. lin. 27.] leguntur, in minore [Tom. 2. pag. 240. lin. 32.] omittuntur: & integram paginam, quam minor [Tom. 1. pag. 1004.] inſerendam monet, major [pag. 158. lin. 7.] omnino neglexit. Hic liber mihi occurrit ultimus, qui ex Patiſſonianâ Typographiâ exivit. Menagius (in Anti-baillet. Tom. 1. pag. 370) & Joannes de la Caille (pag. 202.) adducunt librum à Philippo Patiſſon, Mamerti Scilicet filio, excuſum ann. 1606. viz. *Le Recueil des vers d'amour de Bertaut* Eum equidem ipſum librum apud viduam anno 1602. editum vidi.

(*c*) Leve utcunque ſit, id tamen notabo, exemplaria alia præferre epigrapham hanc, *Noli altum ſapere*; alia verò, hanc, *Defracti ſunt rami, ut ego inſererer.*

Aristidis Orationum tomi tres, Græcè, & Latinè, interprete Gul. Cantero, cum variis tam Canteri quàm ex alterius codice lectionibus; gnomologiâ Græco-Latinâ ex Aristide collectâ; & rerum verborúmque indice: *olivâ Pauli Stephani.* (*a*) 8. .... 1604.

Synesii ΦΙΛΑΔΕΛΦΟΙ vel de benignitate oratio, nunc primùm Græcè prodit ex bibliothecâ reg. cum Latinâ Fed. Morelli versione: *apud Fed. Morel.* 8. Paris. 1604.

Dionis Chrysostomi Orationes LXXX. Græcè, cum vetustis codd. MSS. reg. bibliothecæ collatæ, restitutæ & auctæ; cum Latinâ Thómæ Nageorgi interpretatione à Fed. Morello emendatâ, Is. Casauboni diatribâ, & Fed. Morelli scholiis; præfiguntur ex Photii excerptis censura de Dione, & Synesii Dio, Græcè & Latinè, interpretibus illius Fed. Morello, hujus Dionysio Pæto: *ex officinâ Typographicâ Claudii Morelli; regiis typis.* (*b*) fol. Lutet. 1604.

Homeri Opera omnia; Coluthi de Helenæ raptu, & Tryphiodori de Ilii excidio, poëmata; Græcè, cum Latinâ ad verbum interpretatione: *excud. Paul. Stephanus.* 12. .... 1604.

Catulli, Tibulli, & Propertii Opera omnia, quæ extant, cum variorum doctorum virorum commentariis, & indice rerum ac verborum; ad finem accessit eorumdem poëtarum (solius textûs) nova editio, à Jos. Scaligero,

(*a*) Præmittuntur Canteri prolegomena, quæ antea edita sunt in editione Latinâ, Basileæ, à Petro Pernâ suis & Henrici impensis excusâ anno M. D. LXVI. in quibus agnoscit se in orationibus aliquot ab Aldinâ editione, in aliis à J. Aurato adjutum, & præterea libro Aristidis ab Arlenio cum manuscripto quondam collato, quem *vir optimè de literis omnibus meritus, & singulare totius Germaniæ decus, J. Oporinus, quâ erat humanitate & morum elegantiâ, cum ipso lubens communicavit.*

(*b*) Magnificentissimam hanc editionem Pomponio Bellievræo Gall. Cancell. nuncupavit Fed. Morellus. In hâc adornandâ quibus auxiliis usi fuerint duo illi fratres Federicus & Claudius, lege in Histor. Typographor. aliq. Parisien. pag. 129. Et de Henrico illo Stephano arcæ quæstore operum dominicorum, cui suam diatribam Is. Casaubonus inscripsit, consule Histor. Stephanor. pag. 513. 514.

ligero recensita : *ex officinâ Typographicâ Claudii Morelli*. fol. . . Lutet. 1604.

S. Dionys. Areopag. Opera, Latinè &c. (editio consimilis illi, quam Vascosanus dedit ann. 1566.) : *ex officinâ Typogr. Cl. Morel*. fol. Paris. 1605.

Synesii epistolæ, Græcè, cum antiquis codd. MSS collatæ; cum interpretatione Latinâ viri eruditissimi, & Fr. Porti notis: *ex offic. typ. Cl. Morelli*, vel (ut alia habent exemplaria) *apud Marcum Orry*. (*a*) 8. . Paris. 1605.

Elogium incerti authoris in S. Pantaleonem martyrem, Græcè è regio codice, unico, manu exarato, sed vetustate, carie & situ penè adeso & mutilo; versibus jambicis; & Latinis itidem trimetris à Fed. Morello expressum : *apud Fed. Morel*. 8. . . Lutet. 1605.

Libanii laudatio Justitiæ, Græcè, è bibliothecâ reg. & Latinè, interprete Fed. Morello, cum ejus observatione: *apud eundem*. 8. Lutet. 1605.

Plin. Epistol. & Panegyric. *olivâ Paul. Stephani*. 12. . . .. 1605.

Jos. Scaligeri opuscula diversa Græca & Latina (*b*) partim nunquam hactenus edita, partim ab auctore recensita atque aucta; cum notis in aliquot veteres scriptores : *apud Hadrianum Beys, excudebat Petrus Pautonnier, in Græcis lit. Typogr. regius*. 8. . . Paris. 1605.

Scholasticus Parisiensis; ludicra declamatio,

La-

(*a*) *Typographus Lectori. Codex à Jacobo Gilloto senatore nobis traditus, præter interpretationem ex ore docentis quondam Hadr. Turnebi ab ipso exceptam, etiam notatiunculas aliquas continebat, raptim, ut fieri solet, adnotatas* &c. *Fed. Morellus Is. Casaubono S. Notas, quas à Fr. Porto olim scriptas fidei meæ nunc nuper commiseras, typis tradidi. His quippe & germana lectio (quam collatis regiis membranis aliisque MSS. codd. indagare quidem libuit, repræsentare usque quaque nondum licuit) passim confirmatur; & Latina (scis è quantorum virorum capsulis arculisque eruta) interpretatio subinde illustratur*. &c.

(*b*) Caton. Distich. & Publ. Syr. Sentent. Græca Metaphrasis, cum notis; σρωματεὺς παροιμιῶν ἐμμέτρων; Ἀστραμψύχου ὀνειροκριτικὸν; & aliquot epitaphia carmina.

Latinis hexametris: *è Typogr Steph. Prevosteau.* 8. Paris. 1605.

Les diverses Oeuvres de M le Cardinal du Perron, contenans plusieurs livres, conferences, Discours, Harangues, Lettres &c. *chez* ANTOINE ESTIENNE. (*a*) fol. Paris. 1605.

D. Gregorii Nyss. de SCOPO seu fine veræ pietatis hypotyposis sive summaria descriptio, Græce; Fed. Morellus primus edidit, & Latinè vertit: *apud Fed Morel.* (*b*) 8. Lutet. 1606.

Ejusd. Epistola de iis, qui adeunt Jerosolyma, Græcè, & Latinè, juxta editionem Morellianam: *ex Typographiâ* ROBERTI STEPHANI; eadem, Latinè versa, & notis illustrata à Petro Molineo, cum ejusdem Molinei de peregrinationibus tractatus. (*c*) 8. Lutet. 1606.

Ejusd.

(*a*) Hujus editionis fides sit penès catalogum Bibliothecæ Tellerianæ, pag. 45. Suspicor interim, ne in numeris sit error Typographicus. Hunc ipsum librum vidi ab Ant. Stephano editum in fol. ann. 1622.

(*b*) *Fed. Morellus lectori. Sic habeto, me uno tantùm codice Græco, nec vetustâ manu exarato, usum fuisse in hôc Gregorii Nyss. commentario edendo, vertendo. Conjecturas nostras R. P. Fronto Ducaus è societ. Jes. Theologus* πολυμαθέστατος *firmavit & auxit.* &c.

(*c*) Vidi hujus editionis exemplar, in quo ad infimam tituli oram Typographus suâ manu adscripserat hæc. *Pietate & doctrinâ eximio D. le Faulcheur D. D. R. Stephanus. R. F. R N.* Vidi etiam exemplar Juvenalis Venet. per Georg. de Rusconib. anno 1515. impressi, in quo subscribebatur, *ex libris R. Stephani R. F. R. N.* 1604. De quâ subscriptione [R F. R. N.] lege Histor. Stephanor. pag 541. & 545. Initio Gregorianæ illius epistolæ præmisit Typographus hanc epistolam; *Lectori verè Christiano. Debetur publicatio hujus Gregorii Nyss. epistolæ Guil. Morellio, regio quondam in urbe Typographo, viro erudito. Is primus anno M. D. LI. Græcè ac Latinè eam luce donavit: quod & duo indices testantur librorum ab ipso publicatorum. Erat ille quidem à primævæ doctrinæ assertoribus alienissimus, & ut verbo dicam, apprime pontificius; sed homo ingenuus, iisque artibus, quæ ad veritatem obruendam postea sunt inventæ, parum instructus, repertum in antiquis codicibus libellum, tanti præsertim patris, bonâ fide typis mandavit. Ejus editionem ut oculis subjiceremus etiam eorum, qui in illam adhuc non inciderunt, visum est & Latinam versionem retinere, quam ipse dedit: non quòd eam judicaremus saltem tolerabilem; sed ut pudorem incuterem cuidam homini levissimo, qui, quum eandem epistolam vernaculo idiomate à nobis è Græco expressam & in vulgus emissam ægre ferret, ignarus eorum, quæ diximus, aut se ignarum certo consilio simulans, ausus est nuper fidem illius in dubium revocare* &c. *Jos. Scaligero Pet. Molineus S. Amicus noster Robertus Stephanus, vir ingenio terso & veritatis amans, aureolum Gregorii Nyss. libellum de peregrinationibus in Judæam vertit Gallicè ad Græci contextûs fidem, præfixâ præfatiunculâ, commodâ sanè ac eleganti. Pupugit Jesuitas libellus, quippe qui peregrinationes non modò* ἐκφαυλίσει *ut inutiles, sed & sugillat ut noxias & periculosas. ——— Ne exautoraretur hoc mercimonium, prodiit quidam ex Jesuitarum pistrino ludi magister, nomen homini Plusiandro, seu Riche-

Ejusd. ad Eustathiam, Ambrosiam, & Basilissam EPISTOLA; Græcè Is. Casaubonus nunc primùm publicavit, Latinè vertit, & notis illustravit: *ex Typographiâ ejusdem.* (a) 8. Lutet. 1606.

Les larmes de S. Pierre, & autres vers sur la Passion; & quelques paraphrases sur les hymnes de l'année; à monsieur Phelypeaux [dedié par l'Auteur *R. E.* c'est à dire Robert Estienne]: *de l'imprimerie du méme Robert Estienne.* (b) 8. à Paris. 1606.

Jacques de l'Echassier de l'ancienne liberté de l'Eglise Gallicane: *chez Claude Morel.* (c) 8. à Paris. 1606.

Le pourtraict de la santé, par Jos. du Chesne Sr. de la Violette, conseiller & medecin ordinaire du roy: *chez le méme.* 8. . à Paris. 1606.

Jos. Quercetani Diæteticon polyhistoricon: *apud eundem.* 8. . . Paris. 1606.

Marciani Heracleotæ poëma de situ orbis; Fed. Morellus Græca recensuit, & Latinè eodem genere versuum expressit, cum notis & indice duplici:

cheomus mavult appellari. Is Stephano mirum quàm ineptè insultat —— Argumenta si quæ habet, ad verbum sumpsit ex Bellarmino. Nos putavimus interesse veritatis authoritatem libelli non minùs vetusti quàm venusti asserere à calumniis &c. Gallicam Gregoriani hujus opusculi versionem à Rob. Stephano elaboratam & editam videre nondum mihi contigit; utì neque Richeomi librum.

(a) *Epistolæ hujus*, ait Casaubonus, *neque in editionibus Latinis operum hujus patris (quandò Græca adhuc nulla prodiit) ullum extat vestigium; neque in eo codice regiæ bibliothecæ habetur, quo pleraque illius scripta continentur: multæ tamen certæ rationes auctoritatem ejus libri confirmant, unde illam Nicolaus Faber, quem jure possis* ἔμψυχον βιβλιοθήκην ἐκκλησιαστικὴν *dicere, descripsit, & nobiscum, priusquam eodem illo codice, qui est Jacobi Vulcopii viri eruditione & dignitate præstantis, uteremur, communicavit.* &c.

(b) Πρὸς Ῥωβερτον Στέφανον.
Κλωστὶν ἀειθαλέσιν στέφανος Στέφανον στεφανώσει
Ἀενάοις Πέτρου δάκρυσι δευόμενος.
Ιακ. Σεβαστὸς Θυανὸς Ἡμέριος.

Ῥωβέρτου Στεφάνου ἀπόκρισις.
Ἀστεφάνους μίμνειν ἐπεὶ οὐ καλόν ἐστι Σεβαστούς,
Χρήστε, Σεβαστὲ, λαβεῖν τὸν Στεφάνου στέφανον.

(c) Bibliothec. Cordesian. pag. 385.

plici: *apud Fed. Morel.* (*a*) 8.	Lutet.	1606.
Libanii tres dissertationes, de opibus, de amicis, de inexplebili cupiditate, Fed. Morellus Latinè convertit, & notulis illustravit: *apud eundem*. 4.	Lutet.	1606.
Ejusd. Operum tomus primus continens præludia oratoria LXXII. declamationes XLV. & dissertationes morales; Græcè, è MSS. maximè reg bibliothecæ à Fed. Morello nùnc primùm edita, & Latinè versa. cum notis, var. Lectionibus, & duplici indice: *ex officin. Typogr. Cl. Morelli.* (*b*) fol.	Paris.	1606.
Joan. Passeratii Kalendæ Januariæ, & varia quædam poëmatia; quibus accesserunt ejusdem authoris miscellanea nunquam antehac typis mandata: *apud eundem.* (*c*) 8.	Paris.	1606.
Recueil des Oeuvres Poëtiques de Jan Passerat, augmenté de plus de la moitié, outre les precedentes editions: *chez le même*. 8.	à Paris.	1606.
Le Theatre Sacré; Dina, Josue, Debora; par Pierre de Nancel: *chez Cl. Morel*. 8.	à Paris.	1607.
Pharmacopœa Dogmaticorum restituta, auctore Jos. Quercetano; secunda editio ab eodem aucta & correcta: *apud Cl. Morel*. 8.	Paris.	1607.
Max. Tyr. traduit par Fed. Morel. (*d*) 12.	à Paris.	1607.
Xenophontis Cyro-pædiæ liber primus, Græcè: *apud Cl. Morel*. 4.	Paris.	1607.
Ciceronis de Oratore liber secundus: *apud eundem*. 4.	Paris.	1607.
Ejusd. Topica: *apud Petrum Pautonnier*. 4.	Paris.	1607.

Epi-

(*a*) *Monitum. Nomen autoris hujus metrica periegeseos in Is. Casauboni Msc. supprimitur: in cod. Palatino Marcianus Heracl. præfigitur.* Morellus in not. notat, *Davidi Hœschelio eruditissimo viro Græcam hujus Geographi & aliorum editionem deberi.*

(*b*) Lege Histor. Typographor. aliq. Parisiens. pag. 130.

(*c*) Le privilege du roy est donné à *Abel l'Angelier Marchand Libraire & Imprimeur.*

(*d*) Thuan. Bibliothec. part. 2. pag. 5.

Epigrammata in imagines ducum, regum, imperatorum, ex Græc. Anthologiâ selecta, Latinis versibus à Fed. Morello reddita; Inscriptio Vetus ab Herode facta, Græcè, Latinis Heroicis ab eodem Morello expressa: *apud eund. Morel.* 4. Lutet. 1607.

Martialis Epigrammata, cum Jos. Langii indice, & Laurentii Ramirez de Prado Hispani commentariis: *apud Michaël. Sonnium*, vel *Cl. Morellum* (utrique enim privilegium junctim concessum est). 4. Lutet. 1607.

Florilegium Epigrammatum Martialis; cum Græcâ metricâ Jos. Scaligeri versione: *ex Typographiâ Rob. Stephani*; & ad calcem, *excudebat Joannes* (a) *Janonus in Typographiâ Roberti Stephani.* 8. Lutet. 1607.

Claudii Puteani (*qui decessit Kal. Dec. an. Christi M. D. XCIV. ætatis XLVIIII.*) tumulus. (b) 4. Paris. 1607.

Philippi Cospeani nupera in urbem reversio, ejusdémque Aturensium episcopi facti consecratio, Sorbonorum augustali in æde, XVIII. authore Jo. Roënno: *ex Typogr. Stephani Prevosteau.* 8. Paris. 1607.

S. Cyrilli Hierosol. Archiepisc. Catecheses, ex variis bibliothecis, præcipuè Vaticanâ, Græcè OMNES nunc primùm in lucem editæ; cum Latinâ interpretatione Joannis Grodecii, plerisque

(a) Hic postea artem exercuit Sedani, academiæ ibidem Typographus. Pro insigni elegit Jani bicipitis (qualis in Ovid. Fast. lib. I. describitur, *tenens clavem dextrâ baculúmque sinistrâ*) imaginem, cum hôc Homeri (Ιλ. α. v. 343.) hemistichio, ΑΜΑ ΠΡΟΣΣΩ ΚΑΙ ΟΠΙΣΣΩ. Excudit *Martialem cum Tho. Farnabii commentariis*, in 8. M. DC. XXIII. *Ex ejus Typographiâ & typis novissimis* (minutissimis, sed nitidissimis) prodierunt in 16. *Virgilii opera omnia, ad doctiss. R. P. Jacobi Pontani castigationes accuratissimè excusa*, 1625. (initio M. DC. XXVIII.) ac *Horatii*, 1627. Iisdem typis in 24. anno 1644. excusi sunt *Les Pseaumes de David par Cl. Marot & Th. de Beze* (avec la musique & sans musique) *à Sedan, par Pierre Jannon imprimeur de l'Academie.*

(b) Nullius Typographi nomen additur; sed editionis magnificentia Morellianum aut Stephanicum prælum indicare mihi videtur. Suis epigrammatibus Græcis & Latinis hunc tumulum Fed. Morellus & Rob. Stephanus, inter viros alios clarissimos, ornaverunt.

que in locis auctâ & emendatâ; studio & operâ Joan. Prevotii Burdegalensis; ad Paulum V. Pont. Max. *apud Claudium Morellum.* (*a*) 4. Paris. 1608.

S Athanasii opera, Latinè: *apud* SEBASTIANUM CRAMOISY. (*b*) fol. Paris. 1608.

THEOPHILI Alexandr. episcop pia dissertatio, cujus rei homo similis sit, Græcè nunc primùm prodit è bibliothecâ regiâ; à Fed. Morello recensita, & Latinè versa: *apud Fed. Morel.* 8. Lutet. 1608.

Jatrosophistæ de urinis liber unus, Gr. Lat. interprete Fed. Morello cum ejusd. notis: *apud Morel.* (*c*) 12. Paris. 1608.

Pestis Alexicacus, authore Jos. Quercetano: *apud Cl Morel.* (*d*) 8. Paris. 1608.

Philostrati Lemnii opera, quæ extant; Philostrati junioris imagines, & Callistrati Ecphrases; item Eusebii liber contra Hieroclem; Græcè & Latinè; Fed. Morellus cum MSS. contulit, recensuit; & hactenus nondum Latinitate donata vertit: *ex officinâ Typographicâ Cl. Morelli.* (*e*) fol. Paris. 1608.

La

(*a*) *Fed. Morelli* ἑξάστιχον.

Te Solymorum Antistes, maxime Paule, salutat
Cyrillus, per te qui redivivus erit.
Contulit ut Romæ chartas Pravotius amplas
Cyrilli, ostrigeri Perronii auspicio:
Indè typis Linguâ regalibus edita utrâque
Morelli studio scripta sacrata Patris.

(*b*) Bibliothec. Cordesian. pag. 35.

(*c*) Bibliothec. Thuan. part. 2. pag. 136. & Bigotian. part. 2. pag. 143.

(*d*) Author in epistol. ad Lector. dicit *Libavium medicum, & virum spectatissimum Petrum Kopffium Typographum secum egisse, ut hac tractatio absolveretur.*

(*e*) *Fed Morellus lectori. Isaacus Casaubonus identidem à nobis consultus, ubi in hôc autore dignus vindice nodus occurrebat, è regiâ bibliothecâ, cujus chartophylax est, suppeditavit codices manu non valde priscâ nec ita recente, sed scitâ & fidâ satis, exaratos; quorum unus VIII. libros de Apollonii vitâ, ultimo tamen μετέωρῳ, continebat; alter Sophistarum vitas. Stephanus Turnebus reg. consiliarius emendationes & notas ἰσοφόρους in εἰκόνας utriusque Philostrati è libro parentis sui & reip. literariæ columinis Adr. Turnebi μακαρίτου sedulò collectas amicè ultróque contulit. Andr. Schottus è Soc. Jesu quasdam in Græca animadversiones misit, & cod. Græcum Heroïcorum, vita Sophist. Philostr. jun. imaginum, & Callistrati ἐκφράσεων Venetiis concinniùs & castigatiùs excusum an. 1550. cum Latinâ Alem. Rhinuccini Flor. VIII. lib. de Apol-*

lon.

La louange de la Loy, par Dion; trad. par Morel. (*a*) 8.	Paris.	1608.
Theodori Prodromi DISSERTATIO de sapientiâ, Πενίη σοφίην ἔλαχε; Græcè, ex bibliothecâ regiâ, cum Latinâ versione & notis Fed. Morelli: *apud eund. Fed. Morel.* 8.	Lutet.	1608.
Ciceronis de Oratore liber primus: *apud Cl. Morel.* 4.	Paris.	1608.
Catull. Tibull. Propert. cum Joan. Passerat. commentariis; & indice verborum Propertii: *apud eundem.* (*b*) fol.	Paris.	1608.
Epigrammata ex libris Græcæ Anthologiæ à Flor. Christiano selecta & Latinis versibus reddita; accessit Musæi poëmatium versibus Latinis ab eodem expressum: *ex Typographiâ Rob. Stephani.* 8.	Lutet.	1608.
S. Ambrosii de officiis libri tres: *ex officinâ Nivellianâ; apud Sebastianum Cramoisy, viâ Jacobæâ, sub ciconiis.* 12.	Paris.	1609.

S. Chrysostomi, ad populum Antiochenum, adversùs Judæos, de incomprehensibili Dei naturâ, de sanctis, déque diversis ejusmodi argumentis, HOMILIÆ LXXVII. nunc primum GRÆCÈ & LATINÈ conjunctim editæ; ex bibliothecâ Henrici IV. impensâ & liberalitate reverendiss. episcoporum & cleri universi; Fronto Ducæus Burdegalensis Societ. Jes. Theologus variant. lectiones ex MSS. codd. erutas selegit, veterem interpretationem editarum olim homi-

liarum

lon. translationis editione recognitâ & notis auctâ à Gul. Longolio ex Edit. Colon. Eruditiss. Senator Pau. Petavius concessit, ut cod. suo scholiis & glossis Græcis onerato uteremur.

(*a*) Bibliothec. Bigotian. part. 2. pag. 234.

(*b*) Claudii Morelli nomine privilegium datum est: at libri initio, urbis Parisiorum delineatio præfigitur, cum his verbis, *Lutetia urbs Parisiorum*; appositis hinc indè binis scutis, altero Franciæ & Navarræ, altero urbis ipsius insignium. His insignibus suas editiones solebant ornare illi Typographi librariique qui societatem Parisiis inierunt; viz. *Claudius Morel, Marcus Orry, Claudius Chappellet, Robertus Fouet, Nicolaus Buon, & Sebastianus Cramoisy.* Lege Caille. pag. 206.

liarum recensuit, aliarum novam edidit, utramque notis illustravit: *typis regiis; apud Claudium Morellum, viâ Jacobæâ, ad insigne fontis.* (*a*) fol. Lutet. 1609.

S. Gregorii Nazianz. OPERA [scil. quæ solutâ oratione scripsit, & hôc tomo primo continentur] nunc primùm GRÆCÈ & LATINÈ conjunctim edita, subsidio Episcoporum & cleri; ex Billii collatione, emendatione & interpretatione; aucta aliquam multis ejusd. Gregorii epistolis nunquam antea editis, ex interpretatione Fed. Morelli: *typis regiis, apud Cl. Morellum.* (*b*) fol. Lutet. 1609.

CONSTANTINI Porphyrogennetæ imp. de THEMATIBUS occiduæ partis Orientalis imperii libri duo, Græcè nunc primùm è biblioth. reg. editi; à Fed Morello recensiti, Latinè versi, & notis illustrati: *apud Fed. Morel.* 8. Lutet. 1609.

Κήπου ἔκφρασις, ἀδήλου, Græcè, cum Latinâ versione Fed. Morelli: *apud eundem.* 8. Lutet. 1609.

Six Oraisons de Ciceron [viz. pour Cælius, Milon, Marcellus; premiere Catilinaire; premiere & seconde Philippique] avec une sommaire exposition du suject de chacune d'icelles; par Francois Joulet, sieur de Chastillon: *de l'impri-*

merie

(*a*) Id obiter observare lubet, ad *fontis* (cujus insigne præfigitur) pedem, in annulo ibi appenso, inscribi has duas litteras, *F. M.* initiales Fed. Morelli. Sic etiam in Hist. P. Æmyl. ann. 1597. fol. Fronto Ducæus, in epistolâ ad lectorem, notat *communibus Cleri suffragiis decretum fuisse, ut ad Græcas SS. Patrum editiones ex regiâ bibliothecâ elegantissimis characteribus exprimendas Typographo regio * duo millia aureorum à quæstore cleri numerarentur* &c. Fusè & copiosè de iis, quibus editor usus est, subsidiis agit epistola; quam, ne hìc longior sim, lectori evolvendam relinquo.

(*b*) Hanc editionem Paulo V. inscripsit Fed. Morellus: usus Græcis codd. vetustis, Bibliothecæ regiæ, & Jac. Aug. Thuani; codice cum variis MSS. in Belgio collato & ab Ant. Vaquerio Noviodunensi communicato; codicibus Billii; Germanicâ editione cum MSS. regiis, Medicæis reginæ, & cardinalis Sirleti collatâ, ac à Paulo Petavio commodatâ; assiduâ denique optimâque Frontonis Ducæi, in Chrysostomi editione quantumvìs occupati, operâ. Additæ sunt ad calcem notæ in Nazianzeni opera hæc, & Fed. Morelli in ejusd. epistolas à se primùm editas. F. Morellus fatetur sibi ab adolescentiâ hunc Scriptorem in deliciis fuisse.

* Nescio an ille regius Typographus fuerit Federicus an Claudius Morellus; neque an Claudius hunc titulum sibi adscripserit ante ann. 1623.

merie de Robert Estienne, en la rue S. Jean de Beauvais. 8. . . à Paris. 1609.

De numerorum historiâ, carmen φιλοσοφοθεολογοποιητικὸν; Fed. Morellus pridem collegit, recentavit, composuit, digessit: *apud Fed. Morel.* (a) 8. . . Lutet. 1609.

Histoire des Roys de France, composée par Paul Æmyle: *chez Fed. Morel.* (b) fol. à Paris. 1609.

Crambe, Viola, Lilium; poematia tria Jac. Aug. Thuani: *ex Typographiâ Rob. Stephani.* fol. Lutet. 1609.

Sidere; pastorelle par Sr. d'Ambillou: *de l'imprimerie de Rob. Estienne.* 8. . à Paris. 1609.

Jo. Roënni Rotomagensis accentiunculæ; ad duodeviginti viros, qui totidem per dies hujus quadragesimæ, in Thesaurarii sacello, Theologicè dixerunt; M. DC. IX. *è Typographiâ* JOANNIS LIBERT, *viâ D. Joannis Lateranensis, prope collegium Cameracense.* 8. Paris. 1609.

Jacobi Gretseri Soc. Jes. Institutionum Græcæ Linguæ libri tres [singuli seorsim excusi]: *apud Cl. Morel.* (c) 8. . Paris. 1609.

Jeremias, Ezechiel, Baruch, Daniel, & Psalmus CIX Latinè cum comment. Joan. Maldonati Andalusii Soc. Jes. & ejusdem epistolâ de collatione Sedanensi cum Calvinianis: *sumptibus Cl. Morelli.* (d) 4. . Paris. 1610.

Dix

(a) In hôc opusculo continentur, *Monas Fed. Morelli* scripta *Idib. Octob.* M. D. LXXXX. *Duas Adr. Turnebi Adr. F. Trias Ausonii, cum Fed. Morelli metricâ metaphrasi; & ejusd. Morelli Græcum carmen in Sanctam Trinitatem; ex Typographiâ Joannis Jannon. Tetras Pauli Huralti Hospitalis archiep. Aquensis ad Fed. Morellum Profess. & interpr. Reg. Græcarum literarum ocellum. Pentas Fed. Morelli. Ejusdem Hexas; Hebdomas; Ogdoas; Enneas;* * *Decas; Hecatontas.*

(b) Hæc editio omnino consimilis est illi, quæ apud eundem prodiit anno 1597.

(c) Ad finem tertii libri; *Ex Typ. Steph. Prevosteau, viâ D. Joan. Later. in Colleg. Cameracensi.* 1607.

(d) Hæc editio est posthuma, & nunc primùm vulgata. Itaque in Catalogo bibliothec. Cordesian. pag. 20 ubi anno 1600. attribuitur, vitiosi sunt numeri, scil. 1600. pro 1610.

* In hâc F. Morellus se *Profess. Reg. Decanum* vocat.

Dix Sermons de Theodoret evesque de Cyr, de la providence de Dieu, contre les athées & Epicuriens; traduicts par Seb. Hardy receveur des tailles & aydes au Mans : *de l'imprimerie de Robert Estienne*. 8. .. à Paris. 1610.

Sueton. de Cæsarib. & Grammatic. & Rhetorib. libri, ab Is. Casaubono ex fide vetustissimorum librorum recensiti, cum ejusd. animadversionibus, & doctorum virorum commentariis; editio altera ab auctore emendata & aucta: *apud Hieronymum Drouard*, cui privilegium commune fuit cum *Adriano Beys & Sebastiano Cramoisy*. fol. .. .. Paris. 1610.

Libanii ad Julianum Imp. ORATIO adversùs Adsessores magistratuum, Græcè nunc primùm prodit è MS. codice bibliothecæ Bavaricæ (*in quo quædam minùs sana & integra, quædam graviter luxata*); à Fed. Morello recensita, Latinè versa, ac notis illustrata : *apud Fed. Morel*. 8. Paris. 1610.

Ejusdem PANEGYRICUS Juliano imp. dictus, Græcè nunc primùm è duobus bibliothecæ regiæ codicibus (*altero recentiore & incultiore manu, altero vetustiore & peritiore exarato*) prodiens, recensente Fed. Morello, cum ejus Latinâ versione & notis : *apud eundem*. 8. Paris. 1610.

Ejusdem NÆNIA super Daphnæi Apollinis fulgure exusto, Græcè, ex codd. regio & Bavarico; cum Fed. Morelli versione & notis : *apud eundem*. 8. .. . Paris. 1610.

Ejusdem ORATIONES ad Theodosium Imp. pro Antiochenis ob dejectas Impp. imagines, Græcè nunc primùm ex bibliothec. reg. & Latinè, interprete Fed. Morello, cum ejus notis : *apud eundem*. 8. . Paris. 1610.

Ciceronis Oratoriæ partitiones : *ex officinâ Stephan. Prevosteau*; *apud Joannem Libert*. Paris. 1610.

Ejusdem Paradoxa : *ex Typographiâ Joann. Libert*. 4. . .. Paris. 1610.

Sen.

Sententiæ Græc. ex diversis in gratiam juventutis Colleg. Societ. Jesu : *apud Cl. Morel.* 8.	Paris.	1610.
Regalis echo ; epigrammata , ἀναθήματα , emblemata δίγλωττα : *apud Fed. Morel.* 4.	Paris.	1610.
Jacobi Cujacii J. C. Oratio in funere Gasparis Chastræi Nancæi regiorum stipatorum præfecti habita in æde sacrâ Nancæi in Bitur. Cubis, 15. Cal. Feb. 1577. à Nic. Rigaltio ex Gallico in Latinum versa : *ex Typogr. Rob. Stephani.* (*a*) fol.	Lutet.	1610.
Christi Nativitas , authore Pet. Valente , pro strenis anni 1610. ad Jo. Gallandium : *ex Typographiâ Joannis Libert.*	Paris.	1610.
Exposition des sept Pseaumes Penitenciels ; cum textu Latino ; par R. E. [*c'est à dire* Robert Estienne] : *par Jean Sara imprimeur , en la rue S. Jean de Beauvais , devant les escholes de decret.* (*b*) 12.	à Paris.	1611.
S. Gregorii Nazianz. operum tomus secundus ; quo poëmata omnia Græcè & Latinè, unà cum doctiss. Græcorum Nicetæ Serronii , Pselli , Nonii , Eliæ Cretensis , & Jac. Billii commentariis in omnia ejusd. Gregorii scripta , continentur : *ex offic. Typogr. Cl. Morelli.* (*c*) fol.	Lutet.	1611.
PROSOPOPOEÏA Virtutum & Vitiorum Græcis Iambicis senariis scripta ab autore incerto , nunc primùm è bibliothec. reg. prodit , Græcè ; Latinis trimetris à Fed. Morello expressa ; cum duobus in S. Trinitatem carminibus. Græcè & Latinè, eodem interprete : *apud Fed. Morel.* 8.	Lutet.	1611.

Ma-

(*a*) Almeloveen. pag. 78. Long. Bibliotheq. Historiq. num. 15772.

(*b*) De Joanne Sara Vide Caille. pag. 235. ubi nulla ejus mentio ante annum 1619.

(*c*) Fed. Morellus in suâ epistolâ præfixâ Cardinali Perronio gratias agit, quòd Clero author fuerit, ut *patrum Græcorum editione aureorum duo millia sedulo Typographo data in perpetuum addicerentur : itémque ut alia aureorum chilias aliis Typographis Librorum officii Ecclesiastici mutuò data ad idem negotium adjuvandum & conficiendum transferrentur.*

Magni Felicis Ennodii episcopi Ticinensis opera, à Jacob. Sirmondo Soc. Jes. emendata & notis illustrata: *ex officinâ Nivellianâ, apud Seb. Cramoisy*. 8. . .	Paris.	1611.
Nic. Nancelii Medici Analogia microcosmi ad macrocosmum; opus posthumum à Petro Nancelio Nicolai filio editum: *ex officinâ Typographicâ Cl. Morelli*. fol. .	Lutet.	1611.
Harmonia seu consensus philosophorum chemicorum, à Davide Lagneo regis Christianiss. consiliario & medico: *apud Cl. Morel*. 12.	Paris.	1611.
Corn. Taciti opera, gnomologiâ & breviariis aucta: *ex officinâ C. Morelli*. 12. .	Paris.	1611.
Plinii Epistolæ, & Panegyrici; cum Is. Casauboni notis: *olivâ Pauli Stephani*. (*a*) 12.	....	1611.
Aristidis Orationes, Gr. Lat. G. Canteri. (*b*) 8.	....	1611.
Libanii legatio pro Antiochenis ad Julian. imp. Græcè, à Fed. Morello recensita, Latinè versa, & notis illustrata: *apud Fed. Morel*. 8.	Paris.	1611.
Ciceronis Lælius: *apud Joannem Libert*. 4.	Paris.	1611.
Ejusd. de legibus liber secundus: *apud eundem*. 4. . .	Paris.	1611.
Petri Fabri in libros Academicos Ciceronis commentarius, & in orationem pro Cæcinâ: *apud Cl. Morel*. (*c*) 8. .	Paris.	1611.

Partie du premier & du quatriesme livre de

l'Æ-

(*a*) Hæc editio duæque præcedentes ann. 1599. & 1605. nihil inter se differunt.

(*b*) Hanc posteriorem editionem, sub Pauli Stephani nomine, recenset Almeloveenius pag. 75. postquam ibidem alteram ann. 1604. memoravit. Vix dubito, quin error sit Typographicus: ægre enim inducar, ut credam hanc editionem intrà illud breve temporis spatium fuisse repetitam. Id tamen intrà brevius accidit Plinio & Panegyricis. Forsan itaque (quod solent Typographi) Paulus Stephanus eidem editioni annum alium affixit, ut pro novâ haberetur.

(*c*) *Pet. Faber Arvernus lectori S. P. D.* —— *Claudius Morellus studium suum atque operam obtulit, pollicitúsque est daturum operam, ut ea nunc ederentur emendata maximé* &c. *Rupellæ, Kal. Sextil. M. DC. XI.*

l'Æneïde de Virgil, en vers Francois [*par du Perron*] : *de l'imprimerie de Robert Estienne*. 4.	à Paris.	1611.
J. A. Th. Crambe, Viola, Lilium, Phlogis, Terpsinoe. (*a*) 4.	Paris.	1611.
Pro inauguratione Ludovici XIII. Rhemis celebratâ XVII. Octob. 1610. Fed. Morelli senarii jambici votivi : *apud Fed. Morel*. 8.	Lutet.	1611.
Ejusdem inauguratio, Nicolao Borbonio authore : *è Typogr. Rob. Stephani*. 8.	Lutet.	1611.
Recueil de diverses poësies sur le trespas de Henry le Grand, & sur le sacre & couronnement de Louis XIII. dedié à la royne mere regente, par G. du Peyrat, aumosnier servant du roy : *chez Robert Estienne, rue S. Jean de Beauvais ; & chez Pierre Chevalier, au mont S. Hilaire*. (*b*) 4.	à Paris.	1611.
Primera parte de Diana enamorada ; cinquo libros, compuestos por Gaspar Gil Polo : *en casa de Rob. Estevan*. 12.	en Paris.	1611.
Quarenta Enigmas Españolas, por El Curioso : *en casa de Rob. Estevan, en la calle de S. Juan de Beauvais*. 12.	en Paris.	1611.
Declinationes Græcorum Nominum, ac Verborum conjugationes, in gratiam alumnorum seminarii Rhemensis, totiusque academiæ juventutis ; Fed. Morellus recognovit, ac recentavit : *ex Typogr. Joannis Libert*. 8.	Paris.	1611.

D. Hieronymi Theologi Græci DIALOGUS de S. TRINITATE, Græcè nunc primùm ex bibliothecâ Friderici Lindenbrogii J.C. pro-

diens ;

(*a*) Non dubito, quin hæc Thuaneorum poëmatum editio typis sanè elegantissimis expressa, à Morellianâ vel Stephanicâ officinâ prodierit, quamvis nullius Typographi nomen titulus indicet.

(*b*) De Petro Chevalier, & patre & filio, lege Caille. pag. 189. 201. Notandum est ad finem addi separatim *Inaugurationem Ludovici XIII*. (de quâ paulò antè) Nic. Borbonio authore, cum aliis aliorum carminibus, inter quæ Gallica est Roberti Stephani ode, regi data 21. Maji, 1610.

diens; cum Latinâ Fed. Morelli versione: *apud Fed. Morel.* 8. Lutet. 1612.

Photii Bibliotheca, Græcè, & Latinè, Andr. Schotto interprete, cum Dav Hœschelii & Andr. Schotti notis: *olivâ Pauli Stephani.* fol. .... 1612.

Rei Accipitrariæ Scriptores nunc primùm à Nic. Rigaltio editi, Græcè, ex bibliothec. regiâ Mediceâ; viz. Demetrii Constantinop. libri duo de re accipitrariâ, Latinè à Petro Gillio redditi; accessit libellus de curâ canum, Græcè, & Latinè, interprete Andreâ Aurifabro Vratislaviensi medico [*qui hunc olim ante LXVII. annos Viteberga edidit, & Rudberti cujusdam Moshaimi versionem secutus Latinum fecit, & nomen Phamoni indidit, cum variantibus ex Augustano codice lectionibus*]; epistola falsò inscripta Aquilæ, Symmachi & Theodotionis ad Ptolemæum regem, Catalanicâ linguâ; de diversis falconum in illâ epistolâ generibus, ex libro incerti authoris; Jac. Aug. Thuani de re accipitrariâ libri tres; & Hier. Fracastorii Alcon sive de curâ canum: *typis regiis excudebat C. Morellus.* vel (ut in quibusdam aliis exemplaribus) *ex officinâ Nivellianâ, sumptibus Seb. Cramoisy.* 4. Lutet. 1612.

Libanii laus Palmæ, Pomi; (*a*) Horti, Portûs, Naumachiæ, & Leonis certantis descriptiones; nunc primùm è Vaticanâ bibliothecâ Græcè prodeunt; cum Latinâ Fed. Morelli versione: *apud Fed. Morellum.* (*b*) 8. Lutet. 1612.

Ciceronis de Oratore libri tres [singuli seorsim excusi]: *ex Typograph. Joannis Libert.* 4. Paris. 1612.

Ejusd. de Officiis libri tres: *ex Typogragh. ejusdem.* 4. Paris. 1612.

Ejusd.

(*a*) Horti Ecphrasis, sed sub anonymo auctore, antea anno 1609. prodierat.

(*b*) Hæc Libanii opuscula Fed. Morellus dedicavit Jacobo primo Magn. Brit. & Hib. regi, cujus famam ex If. Casaubono suo in regiâ professione collegâ audierat.

Ejuſd. de Legibus liber tertius: *ex Typograph. ejuſdem.* 4.	Paris.	1612.
Ejuſd. Philippica octava: *ex Typograph. ejuſdem.* 4.	Paris.	1612.
Pindarus & Lyrici, Gr. Lat. Editio V. Græco-Latina: *olivâ Pauli Stephani.* (*a*) 12.	....	1612.
Martialis Epigrammata; ex fide vetuſtiſſimorum exemplarium, quantâ fieri potuit curâ vigilantiâque emendata: *apud Joan. Libert.* 12.	Paris.	1612.
Sparte, ad V. illuſtriſſ. Hen. Turrium Bullionis ducem, authore Jac. Aug. Thuano: *ex Typogr. Rob. Stephani.* fol.	Lutet.	1612.
Joan. Paſſeratii Conjecturarum liber; & Adr. Behotii apophoretorum libri tres: *apud Cl. Morel.* (*b*) 8.	Paris.	1612.
Officium B. Mariæ V. Gr. Lat. per Fed. Morellum. (*c*) 12.	Paris.	1613.
S. Hieronymi Epiſtolæ ſelectæ, & in libros tres diſtributæ, operâ Petri Caniſii Theologi; ad exemplar Mariani Victorii Reatini epiſcopi Amerini emendatæ: *ex offic. Nivellian. ſumptibus Seb. Cramoiſy.* (*d*) 12.	Paris.	1613.
Trois epiſtres de S. Jerome; à Heliodore, Julien, & contre Vigilantius; avec deux autres de J. Pic. de la Mirande à Jean Francois ſon neveu; traduittes par Jean Davy du Perron: *de l'imprimerie d'*ANTOINE ESTIENNE, *rue des Carmes au college des Lombards.* 8.	a Paris.	1613.
Hippocratis Aphoriſmi, novâ methodo exornati, & ejuſd. arcana judicia, Gr. Lat. interprete Rod. Magiſtro regis conſiliario & regiorum		

Fran-

(*a*) Hæc editio ab editione IV. anni 1600 perpaulùm differt.
(*b*) Bibliothec. Tellerian. pag. 391.
(*c*) Bibliothec. Thuan. part. 1. pag. 93.
(*d*) *Ægidio Souvræo S. Florentii abbati, Sebaſtianus Cramoiſy. —— Dedi operam, ut hi libri quàm emendatiſſimè in hominum manus veniant* &c. *Lutetiæ*, 1. *Febr.* 1613.

Franciæ liberorum archiatro; qui addidit, leges medicinæ, limites humani partûs, & patrocinium: *ex officinâ eâdem sumptib. ejusd.* 12.	Paris.	1613.
Traduction de quelque partie du premier livre des Annales de Tacite, avec des observations Politiques, topographiques & Historiques, par Franc. de Cauvigny Sieur de Collomby: *de l'imprimerie d'Antoine Estienne.* (*a*) 8.	à Paris.	1613.
Georgii Flori Mediolanensis J. C. de bello Italico & rebus Gallorum præclarè gestis libri sex: *ex Typograph. Rob. Stephani.* (*b*) 4.	Lutet.	1613.
Libanii ECPHRASES certaminum Herculis, Junonis, & Polyxenæ mactatæ; Græcè nunc primùm è bibliothecâ Vaticanâ prodeunt, cum Latinâ versione & notis Fed. Morelli; qui ex Ovid. Metam. lib. XII. Herculis certamen cum Periclymene adjecit: *apud Fed. Morellum.* (*c*) 8.	Paris.	1613.
Ciceronis Brutus: *è Typogr. Joan. Libert.* 4.	Paris.	1613.
Ejusd. ad Brutum Orator: *ex eâdem.* 4.	Paris.	1613.
Ejusd. Cato Major: *ex eâdem.* 4.	Paris.	1613.
Homeri in Apollinem hymnus à Fed. Morello recensitus, iisdem numeris Latinè expressus, & notulis illustratus: *apud Fed. Morel.* 4.	Paris.	1613.
Menandri & Philistionis sententiæ comparatæ, Græcè, ex bibliothecâ regiâ; cum notis; curâ Nic. Rigaltii: *excudebat Robert. Stephanus.* (*d*) 8.	Lutet.	1613.

Ho-

(*a*) Bibliothec. Boltellian. part. 2. pag. 611.

(*b*) Hugo Picardetus sacri regii consistor. consiliar. & in supremo Burgundionum senatu procurator generalis in suâ præfixâ ad Nic. Brulartum Sillerium Franc. cancellarium epistolâ, dicit hunc librum in suas manus incidisse scriptum ante annos centum.

(*c*) Nescio qui factum est, ut Federicus Morellus in hâc suâ editione Ecphrasin Junonis Latinè vertere noluerit. Vidi tamen Libanianam Junonis Ecphrasin seorsim hôc anno excusam in 8 *ex bibliothecâ Vaticanâ Græcè, cum Latinâ Fed Morelli versione, apud eundem Fed. Morellum.*

(*d*) In privilegio recensetur opusculum hoc non solùm Græcè excusum, sed etiam ejusdem versio seorsim, quam nondum vidi.

Horatii opera, cum notis Jani Rutgersii: *ex Typographiâ ejusdem*. 12.	Lutet.	1613.
Juvenalis Satyræ, cum commentariis & indice [editio eadem ac quæ anno 1602. prodiit]: *apud Cl. Morel.* 4.	Lutet.	1613.
Persii Satyræ cum comment. & ind. [editio eadem ac quæ ann. 1601.]: *apud Cl. Morel.* 4.	Lutet.	1613.
S. Chrysostomi Homiliæ in Genesin LXVII. unà cum aliis XVIII. de diversis ex eâdem Genesi & libro I. Regum locis; nunc primùm Græcè & Latinè conjunctim editæ ex bibliothec. reg. impensâ quorundam Gall. antistitum; Front Ducæo vulgatam interpretationem editarum olim homiliarum recensente, aliarum novam edente, utramque notis illustrante: *typis regiis, apud Antonium Stephanum, Pauli F. Henrici N. Typographum regium.* fol.	Lutet.	1614.
Ejusd Homiliæ & Commentarii in Psalmos, in Esaiam, & de aliquot aliis prophetarum locis; nunc primùm Græcè & Latinè [&c. *uti in libro præcedente*]: *typis regiis, apud Claud. Morellum* fol.	Lutet.	1614.
Ejusd de Sacerdotio libri VI. de compunctione cordis libri II. de providentiâ Dei libri III. & alii similis argumenti, unà cum ejusd. aliquot homiliis & epistolis ad diversos CCXLV. nunc primùm Græcè & Latinè [&c. *uti modò*]: *typis regiis, apud Claud. Morellum.* (a) fol.	Lutet.	1614.

Ter-

(a) In horum Chrysostomi Librorum editione Cl. Morellus & Ant. Stephanus socii fuere. Fronto Ducæus præfixit eorum nomina, qui singulos tractatus Græcos Latinè primi interpretati sunt; indicavit etiam, quos ipse verterit, antea non versos. Ad finem enarrationis in Esaiam, ultra caput VIII. non *excurrit exemplar corrogatum precarióque exhibitum è regiâ Fontis-Eblaudi bibliothecâ.* Ducæus notas adjecit in libros de sacerdotio: *ad quorum instituendam editionem usus est primùm Augustanâ Davidis Hæschelii; libris duobus regiis calamo exaratis, & membranis Francisci Olivarii; antiquissimâ editione Latinâ Parisiensi ann.* 1521. *apud Petrum Gromorsum, & Græcâ Lovanii excusâ typis Rutgeri Rescii ann.* 1529. Lovaniensem hanc *omnium primam* existimavit; cui tamen antecessit Frobeniana ann. 1525. in 8.

Tertullian. de Pallio, cum not. Theod. Marcil. *apud Joan. Libert.* (*a*) 8. Paris. 1614.

